Curia Episcopalis Miletensis. In causa spectantiae juris patronatus, atque institutionis ad Rectoriam seu Abbatiam sub Titulo Sanctorum Fantini et Joannis Theologi erectam in propria rurali Ecclesia ejusdem invocationis sita in territorio olim Seminariae nunc Palmarum hujus Miletensis Dioecesis vacantem per obitum Josephi Spinelli Equitis religionis Hierosolymitanae a die vigesima secunda novembris millesimi octingentesimi trigesimi septimi (a) uti ex actis 1838 in archivio nostrae Curiae existentibus. Atque ad pristina suae institutionis jura restitutam ex morte Januarii Spinelli Chariati Principis secuta tertio nonas Junii millesimi octingentesimi quinquagesimi primi (b) Fol. 42 Vol. 4 Documentum administratoris ejusdem rectoriae ex Indulto Apostolico (c) ex actis 1841 in Archivio existentibus inter Comitem Camaldulentium Julium Ricciardi tamquam Patrem, Tutorem et legitimum administratorem suorum minorennium filiorum Alfridi, Emmanuelis, Francisci, Aloysiae, Metildis et Mariae Ricciardi, Ducem Seminariae, Ferdinandum Spinelli, Marchionissam Margaritham Spinelli, atque Equitem Antonium Spinelli, nec non Sacerdotes Cajetanum Greco de Neapoli, et Petrum Militeno Civitatis Palmarum, atque denique Josephum Friozzi hodiernum Ducem Castrovillarum qualitate prout ex actis. « Visis actis, servato juris ordine, confectis, totoque processu rimato, partibusque in contradictione per suos procuratores oretenus, et scripto, nec non Revmo Fisci Patrono auditis, atque viso regio rescripto de die decima tertia Februarii hujus anni pro competentia nostrae Curiae in praesenti causa. Quoniam constat in facto. » 1. Comiti Seminariae Petro Antonio Spinelli a Papa Paulo Tertio concessum fuisse juspatronatus super rectoria seu Abbatia a Divis Fantino et Joanne Theologo, eo successionis ordine, quem staunt Pontificiae Bullae apud Sanctum Petrum datae tertio Kalendas Octobris millesimi quingentesimi quadragesimi secundi verba ista. « Tibi filio tuo primogenito masculo,
« ipsiusque primogeniti filiis masculis de primo-
« genito in primogenitum, et illis non existenti-
« bus, aliis filiis tuis, eorumque filiis, ac ipsis
« deficientibus, tuis proximioribus de familia Spi-
« nellorum consanguineis similiter masculis, et

« de primogenito in primogenitum, ac deinde « foeminis » (d). Fol. 16 Vol. 3 Documentorum 2. Scipionem Spinelli quartum Seminariae Ducem ejusdem nominis fuisse ultimum primogenitum masculum primogenitalis lineae patronatum adeptae, atque habuisse duas fillas tantum nempe ex primis nuptiis cum Margarita Branciforte Christinam primogenitam, ex secundis vero nuptiis cum Chatarina Doria Joannam Secundogenitam (e) Fol. 30 Vol. 3 documentorum fol. 144 documentorum quarti voluminis adhuc viventem. 3. Solemni conventionis, concordiaeque instrumento, servatis de jure servandis, ac regia auctoritate atque adprobatione interveniente, confecto per Notarium Josephum Mariam Macchia de Neapoli die vigesima mensis Dicembris millesimi septingentesimi nonagesimi quinti, Principissae Chariati Christinae Spinelli attributos fuisse titulos omnes privilegii, jura bona allodialia et feudalia, majoratus fideicommissa primogenituras, et secundogenituras spectantes ad familias ex Ducibus Seminariae, atque ex principibus Chariati, Scipioni Spinelli autem filio Antonii patrui magni praedictae Christinae ducatos bis centum et octoginta millium monetae hujus regni, nec non praefatam Principissam Chariati cessisse enunciato Scipioni titulum Ducis Seminariae, prout latius ex eodem instrumento, cui etc. (f) Fol. 3 ad 39 primi Vol. documentorum ». 4. Decretis Supremae regiae Audientiae Belli et Domus regalis peculiari Regis mandato, deputatae de die vigesima tertia Januarii, et decima octava Junii millesimi octingentesimi primi, servatis servandis, et auditis partibus, et interesse habentibus, latis, et in judicatum transactis, non obstantibus nullitatibus propositis, jus nominandi rectorem sive Abbatem dictae rectoriae Sanctorum Fantini et Joannis Theologi adjudicatum fuisse Christinae Spinelli Chariati Principissae tamquam filiae primogenitae Scipionis Quarti, et hanc Curiam Decreto de die undecima Novembris millesimi octingentesimi primi nominationem et praesentationem a praedicta Principissa Christina factam favore Equitis Hierosolymitani Josephi Spinelli admisisse et confirmasse (*G*) fol. 19 ad 28 vol. 4 documentorum, actis 1801 in archivio Curiae existentibus 5. Marchionissam Margaritam Spinelli hodiernam Cha-

riati Principissam esse filiam primogenitam Christinae Spinelli Chariati Principissae ex primis nuptiis cum Nicolao Spinelli ex Ducibus Caivani (*H*) fol. 31 et 32 vol. 4 documentorum 6. Ducem Seminariae Ferdinandum Spinelli, et filios Comitis Julii Ricciardi pertinere ad lineas subalternas diramatas ex linea primogenitali praefati Comitis Petri Antonii Spinelli, cui concessum fuit a Papa Paulo III privilegium patronatus (*I*) fol. 30 vol. 3 documentorum 7. Equitem Antonium Spinelli esse ex familia contentiva Comitis concessionarii Petri Antonii Spinelli (*K*) fol. 1 art. 2 vol. 5 documentorum 8. Comitissam Sophiam Spinelli, Marchionissam Margaritam Spinelli, Ducissam Carolinam Spinelli super juribus haereditatis tam quondam Principissae Chariati Christinae Spinelli earum genitricis, quam Ducis Castrovillarum Hernesti Spinelli, atque Equitis Alberti Spinelli ipsorum fratruum conventionem iniisse instrumento de die decima octava Martii millesimi octingentesimi quadragesimi quinti condito a Notario Angelo Guerra quondam Nicolai de Naepoli (*L*) fol. 118 et seqq. 4 vol. documentorum. 9. Regia resolutione de die decimanona mensis Julii elapsi anni millesimi octingentesimi quinquagesimi tertii Marchionissae Margaritae Spinelli titulos Principis Chariati, Comitis Oppidi, et Ducis Castrovillarum; Alfrido Gicciardi titulos Marchionis Fuscaldi, Ducis Caivani, et Principis S. Archangeli attributos fuisse ex legitima suorum majorum successione juxta leges in hoc Regno vigentes; Antonio Spinelli vero Regio decreto ejusdem diei ex Ænaria Insula dato titulum Ducis Marianellae ex peculiari gratia concessum fuisse, uti latius et clarius apparet ex auctoritatitia hujus Regni Ephemeride de die decima octava Augusti millesimi octingentesimi quinquagesimi tertii sub numero centesimo septuagesimo octavo (*M*) fol. 6 et 7 alligationis ad calcem 4 voluminis documentorum. 10. Sacerdotes Cajetanum Greco de Neapoli a Comite Julio Ricciardo, et Petrum Militeno civitatis Palmarum a Duce Ferdinando Spinelli nominatos, praeditos esse bonis, vita, fama, et moribus (*N*) fol. 3, 2 vol. documentorum fol. 1 ad 13 tertii vol. documentorum. 11. Modernum Castrovillarum Dncem Josephum Friozzi a sua genitrice Margarita Spinelli ne nomen quidem Clericali militiae dedis-

se, nec sub conditione Clericatus assumendi praesentatum fuisse (O) fol. 25 processus. 12. Ex Bulla concessionis Pauli III requiri nominatum et praesentatum ad Rectoriam seu Abbatiam, de qua agitur, esse saltem Clericali dumtaxat charactere insignitum (P) fol. 11 quarti vol. documentorum. Haec duxit exquirenda in jure. Primum dubium = An transactionis, concordiaeque instrumentum sub die vigesima mensis Decembris millesimi septingentesimi nonagesimi quinti conditum a Notario Josepho Maria Macchia labe simoniaca infectum sit. Secundum dubium = Num patronatus transitum fecerit ad collaterales Comitis Petri Antonii Spinelli? Tertium dubium = Deficiente masculo in actuali linea primogenitali, patronatus perdurat ne in foeminis primogenitis ejusdem lineae subalternae, vel ad omnes descendentes a Comite Petro Antonio Spinelli, aut ad ultimi haeredes? Quartum dubium = Quem ad simplex Beneficium Ecclesiasticum jurispatronatus laicalis Ordinarius Dioecesanus tenetur instituere? Quintum dubium = Quid de expensis? Quoad primum dubium perpenso quod ne verbum quidem de cessione jurispatronatus in Rectoria seu Abbatia a Divis Fantino et Joanne Theologo factum est in enunciato instrumento, nec aliquo pretio hujusmodi jus extinctum fuit: adhuc simoniaca venditio vel alia quaelibet illicita patronatus translatio quoad effectum privationis patronatus, operetur Ecclesiae, Beneficiique libertatem, si agitur de patronatu haereditario, secus vero in familiari vel gentilitio, in quo privatur tantummodo noxius venditor, quoadusque vivet, non successores de familia, et de gente, qui ad patronatum adipiscendum, exercendumque suo jure veniunt, tamquam a fundatore vocati, non vero tamquam a noxio defuncto causam habentes: jus enim quaesitum successoribus ex propria persona venientibus, ab ipsoque fundatore vocatis nullatenus patroni queunt auferre, infringere, vel quomodolibet minuere (Q) (Gagliardi de jur. patr. cap. 14). Quoad secundum dubium perpenso quod = proximiores de familia Spinellorum consanguinei collaterales ad patronatus exercitium in defectu omnium descendentium a Comite Petro Antonio Spinelli, uti clarissime eruitur ex illis Bullae concessionis verbis « ipsis deficientibus, tuis proximioribus de fami-

« lia Spinellorum consanguineis similiter masculis, et de primogenito in primogenitum ». Quae verba « *ipsis deficientibus* » relationem habent ad alia immediate ante prolata, nempe « *aliis filiis tuis, eorumque filiis* ». Quibus sane verbis descendentes omnes comprehenduntur sive masculi, sive foeminae, namque pronuntiatio in sexu masculino ad utrumque sexum porrigitur ex Ulpiani axiomate (*R*) in leg. pronuntiatio 195 § de verborum significatione ; et Papa ipse Paulus III quando voluit foeminas excludere in aequali masculorum concursu usus est non solum nominibus generis masculini, sed etiam adjunctis *masculo masculis*, prout ex Bullae tenore. Quoad tertium dubium perpenso quod = 1.° Inspecta concessionis Bulla, jus patronatus primo loco institutum non est, nisi primogeniale agnatitium masculinum, non vero saltatorium masculinum; namque non reservatur masculis plurium linearum, exclusis foeminis, sed masculis lineae primogenialis, Pontifex ait « Tibi, ac filio tuo primogenito masculo, ipsiusque primogeniti filiis masculis de « primogenito in primogenitum ». Transitus nunquam fit de linea ad lineam nisi ex conjecturis evidentissimis constat de disponentis mente; saltus enim est odiosus, ideoque in dubio non praesumitur a fundatore volitus (*S*). Pereg. de fideicom. art. 27 num. 13 et seqq., Card. De Luc. de lin. leg. art. 12 num. 27 decis. 69 num. 30 et decis. 381 num. 20 part. 17, decis. 165 n. 1 part. 8. Gagliar. de jur. patr. cap. 11 num. 14. Sed masculi in linea primogeniali non sunt taxative vocati adeo ut linea, extincto sexu masculino, habenda esset tamquam totaliter evacuata, et patronatus transmissus ad substitutos: Papa enim non reservavit jus patronatus primogenitis masculis verbis taxativis; quod nimirum ipsiusque primogeniti solis filiis masculis *tantum*, vel *dumtaxat*, vel *solummodo* patronatus pertineret (t) decis. 581 Piton. lib. 1 discept. eccles. 33 num. 5 » Gagliardi de jure patr. cap. XI. num. 28: nec officit, foeminas in extrema periodo vocari ad patronatum verbis illis « Ac deinde foeminis » Verba enim illa referuntur, aut ad masculos immediate ante vocatos, nempe collaterales Comitis Petri Antonii Spinelli, aut ad omnes lineas superius, nominatas: et hoc in casu foeminae intelligerentur discrietve

substitutae cuique lineae in defectu masculorum (u) Piton. de controversia patronorum alleg. 13 2.° Patronatus primogenitus reservatus a pragmaticis quoad susceptionem aequiparetur primogenituris, majoratibus, et fideicommissis (v) Gagliardi de jur. patr. cap. III. num. 21: 3.° In primogenituris quislibet ex fratribus constituit de per se lineam diversam ab altero fratre, et donec supersit aliquis ex primogenito, sive donec ejus descendentia totaliter extincta non sit nunquam transit ad alias lineas primogeniturae (x) Decis. 451 num. 4. 6 et 8 Petronio 19 tom. 2. = 4.° Linea patronatum semel adepta vincit gradum, sexum, et aetatem, hoc est qualibet persona lineae prerogativae sive masculus sive foemina omnibus aliorum linearum antefertur (y) Gagliardi de jur. patr. cap. XI. num. 21 = 5.° Sexus praerogativa attenditur solum quando masculus et foemina ad primogenituram adspirantes sunt pares in linea et gradu (z) Decis. 26 num. 17 part. 18 tom. 1 secus autem quando primogenitura est ingressa lineam unius, quo casu foemina illius lineae non potest excludi per masculos alterius lineae (aa). Decis. 165 num. 3 part. 8. In primogenituris qualitas masculinitatis posita non excludit foeminas ubi in aliquo casu vocantur (bb). Decis. 449 num. 3 et seqq. part. 9 tom. 2 = 6.° Patronatus Gentilitius vel familiaris cujuscumque speciei, dummodo non sit ex privilegio evadit haereditarius deficiente omnino gente vel familia cui fuit reservatus (cc) Gagl. de jur. patr. cap. XI. num. 27 e 33. = Quoad quartum dubium, perpenso quod ordinarius Dioecesanus tenetur instituere illum qui praesentationem habuit a legitimo patrono dummodo indignus atque incapax non sit obtinendi ecclesiastica beneficia ob aliquod Canonicum impedimentum, vel ob deficientes qualitates ab homine volitas (dd). Gagl. de jur. patr. cap. XX. num. 1 et 2 cap. XXII. n. 5. = Quoad quintum dubium perpenso quod. 1. Quisque ex interesse habentibus et praetendentibus erogavit expensas in colligendis et conficiendis documentis ad sua respective jura tuenda necessariis etiam in simplici contestatione cum Fisci patrono, et quod Dux Seminariae Ferdinandus Spinelli solummodo tulit levissimas expensas, scilicet unius ducati et assium quadraginta monetae huj. Regni pro terminis dandis, atque aliorum quatuor ducatorum cum medietate assis

pro ipsis notificandis, nec non aliorum trium ducatorum pro relatione super actuali statu Rectoriae ad Excellentissimum Dominum a negotiis Ecclesiis hujus regni, resolveretur regio rescripto hujus Curiae cempetentia » 2. Ex vi articuli duecentesimi vigesimi secundi tertiae partis nostri Regni codicis tenentur victi reficere expensas judicii » Quibus omnibus visis ac perpensis, nec non consideratis hinc inde deductis, tam in jure quam in facto considerandis, nos Joseph Antonius Marrone Illm̃i et Ecm̃i Domini Philippi Mincione Miletensis Episcopi Vicarius Locumtenens, et Apostolicus in Episcopalibus et temporalibus Generalis U. J. D. pro Tribunali sedentes, justitiam prae oculis habentes, dicimus, decernimus, et definitive decretamus *jus patronatus in Rectoria, seu Abbatia sub tit. SSrum Fantini, et Joannis Theologi a Paulo III. concessum Comiti Petro Antonio Spinelli spectavisse et spectare ad* ***HODIERNAM CHARIATI PRINCIPISSAM MARGARITAM SPINELLI****; ideoque instantias omnes Equitis Antonii Spinelli, Ducis Ferdinandi Spinelli Comitis Julii Ricciardi, qualitate prout ex actis: nec non praesentationes Sacerdotum Cajetani Greco de Neapoli, Petri Militeno Civit. Palmarum, atque hodierni Ducis Castrovillarum Josephi Friozzi rejiciendas, prout praesenti decreto* rejicimus, et praecipimus, ut infra juris terminum praed. Chariati Principissa idoneum et habilem Rectorem, seu Abbatem nominet et praesentet ordinario Dioecesano; alias Rectoria sive Abbatia ut supra vacans providebitur jure devolutionis: reservamus demum provisionem quoad expensas « Mileti die 20 Aprilis 1854 » Joseph Ant. Marrone Vic. Generalis ita pronunciavi » Can. Dominicus Antonius Liquoretta Cancellarius » Lectum, latum, et publicatum fuit supradictum definitivum decretum per Rm̃um Dominum Vicarium Generalem Militensem P. J. S. stipulatum vero et rogatum per me infrascriptum Cancellarium Curiae Episcopalis hodie vigesima Aprilis 1854 quinquagesimiquarti, Mileti coram Procuratoribus Partium, praesentibus pro testibus Archip. D. Ant. Pusii a Philadelphia, et Can. D. Petro Rigali a Radicena » Archip. Antonius Pusii testis » Can. Petrus Rigali testis » Can. Dominicus Antonius Signoretti Cancell. » N. 430. Registrato a Mileto li 20 Aprile 1854 reg. 1 vol. 51 fol. 72 cas. 6 ricevuti grana venti « Il Rice-

Litt. A.

Litt. B.

vitore Ricosta vi è il bollo » Visto il Reg. Giudice V. Berlingieri vi è il suggello » L'anno milleottocentocinquantaquattro, il giorno ventotto Aprile in Mileto.

Ad istanza del Rev. Procuratore fiscale della Curia Vescovile di Mileto Decano D. Giuseppe Palumbo ivi domiciliato » Io Antonio Lombardi Usciere addetto alla Regia Giustizia del circondario di Mileto, ove sono domiciliato, ho notificato il quì sopra trascritto decreto curiale, e suo contenuto, datato, e registrato come apparisce, ai Signori D. Nicola Agnini, Canonico D. Pasquale Romano, D. Francesco Talatta, D. Antonino Scarano, e D. Paolano Sciumi, prop. domiciliati in Mileto, nella loro rispettiva qualità di procuratori come dagli atti, acciò ne abbiano conoscenza legale per tutti gli effetti di legge » Del sopra trascritto decreto non solo, che del presente atto, ho lasciato copia da me collazionato, e firmato, nel domicilio de'predetti Signori Agnini, Romano, Talatta, Scorano, e Sciumi, consegnandole nelle loro mani » L'importo di questo atto, è ducati tre, e grana ottantatrè come dall'originale

Per copia conforme Antonino Lombardi Usciere.

SACRA CONGREGATIONE CONCILII

SIVE

R. P. D. QUAGLIA

SECRETARIO

MILETEN.

JURISPATRONATUS

PRO

Excellentissima D. Margarita Spinelli Principissa Cariati

CONTRA

Excellentissimos DD. Comitem Julium Ricciardi nomine etc.
Ducem Ferdinandum Spinelli, Eq. Antonium Spinelli,
et litis etc.



RESTRICTUS FACTI ET JURIS

CUM SUMMARIO ET SCHEMATE GENEALOGICO

Pro Congregatione diei 3. *Martii* 1855.

ROMA
STABILIMENTO TIPOGRAFICO in via del Corso num. 387.
1855

MILETEN.

JURISPATRONATUS

STANTIBUS ETC.

DUBIUM

An sententia Curiae Episcopalis Miletensis sit confirmanda vel infirmanda in casu etc.



Eminentissimi, ac Reverendissimi Patres

1 Ruralibus corruentibus Ecclesiis SS. Fantino, et Joanni Theologo dicatis, et in Territorio Seminariae Miletensis Diaeceseos existentibus, Vir Nobilissimus Carolus Spinelli per id temporis Cariati Comes a Sa. Me. Leone Pont. X. obtinuit, in correspectivitatem oneris ab eodem suscepti, tum utrumque templum vetustate fatiscens propriis sumptibus instaurandi, tum rebus cunctis ad eorum manutentionem, et divini cultus exercitium necessariis commoniendi, tum eorum demum dotem augendi, *sibi, suisque haeredibus, et successoribus* activum earumdem Ecclesiarum patronatus jus in perpetuum concedi *Summ. num.* 1. *Litt. A. B. et E.* Vita functo Carolo, ac morte praevento, anteaquam susceptum impleret onus, unicus ejus filius Petrus Antonius piissimum patris desiderium executioni cupiens committi, supplex Sa. Me. Paulum Pontificem III. rogavit, ut idem juspatronatus sub iisdem conditionibus, sibi, suoque « *filio primogenito masculo, ac ipsius primogeniti filiis masculis de primogenito in primogenitum* » denuo tribueret ET ILLIS NON EXISTENTIBUS ALIIS FILIIS (suis) EORUMQUE FILIIS, *ac ipsis deficientibus proximioribus de familia Spinellorum consanguineis similiter masculis, et* ***DE PRIMOGENITO IN PRIMOGENITUM****, ac deinde foeminis* facta sibi, ac successoribus suis facultate earumdem Ecclesiarum rectorem proprio lubitu nominandi, atque in id praesentandi « *personas idoneas etiam conjunctas, nec non filios seu fratres germanos, ac etiam clericali charactere dumtaxat insignitos* « *citat. numer.* 1. *litt. B.* ».

2 Petri Antonii petitioni benigne undique annuit Pontifex Apostolicis litteris tertio calendas Octobris anni 1502. ejusdem favore obsignatis, *cit. num.* 1. *litt. E. et seq.*, solemnique etiam ritu in iis declarans, ejusmodi patronatus jus, ita haberi, idemque robur sibi vindicare oportere, perinde, ac « *tibi, nec non filiis et descendentibus, et consanguineis praefatis ex fundatione, ac plena de his, ac eorum bonis patrimonialibus facta Ecclesiarum hujusmodi dotatione quaesitum foret, et competeret* » *ibid. lit. G.* Onera sibi injuncta religiose, et ad unguem implevit Petrus Antonius, atque ex utriusque Ecclesiae redditibus unicum, simplexque sub Divorum Fantini, et Joannis invocatione Ecclesiasticum erectum est beneficium, sive **RECTORIA** potius, et **ABBATIA**, cujus patronatus jus a Carolo II. primogenito Petri Antonii filio per masculinam primogenialem lineam ad Scipionem III. Cariatensem Principem pervenit veluti ex genealogico patet schemate, quod seorsim distribuimus.

3 Rectore hinc suo anno 1765 ejusmodi beneficio viduato utens Scipio patronatus jure sibi competenti, ad ejusdem fruitionem elegit nepotem suum *Scipionem Spinelli* ex **SECUNDOGENITO** ejus filio **ANTONIO**; Supremi Commercii Magistratus Praeside ortum, *Summ. num.* 2, germanumque fratrem **FERDINANDI SPINELLI** hodierni Seminariae Ducis, quem una cum ceteris adversarium experimur in praesens. E vivis vero Scipione III. erepto, prout in cetera cuncta primogenialia Cariatensis Spinelliae gentis bona, sic in controversum pariter juspatronatus plurimos inter quos ex duplici ejus connubio superstites is reliquit liberos, unus ejusdem primogenitus **JOANNES BAPTISTA** successit. Brevi tamen masculina ejusdem linea exaruit. Quamvis enim unicus ei masculus adnatus fuerit filius Scipio IV., duplexque hic duxerit uxorem Margaritam scilicet Branciforte, et Catherinam Doria, patri tamen suo Joanni Baptistae praemortuus praeter filiam Christinam ex Margheritae nuptiis genitam, uxorem Catherinam utero gravem reliquit unde foemina altera Joanna post patris funus nata est, veluti cuncta fusius patent ex genealogico schemate seorsim distributo.

4 Sospite autem Jo. Baptista adhuc manente, animo antevertens Christina, ejusque Curator Gregorius Bisogni post avi sui Jo. Baptistae obitum, masculina hujus linea omnino deficiente, acerrimum ortum iri jurgium eam inter et memoratum Antonii filium Scipionem, quoad primogenialem Cariatensium bonorum successionem, preces Clementissimo utriusque Siciliae Regi porrexit: « *perchè compiaciuta si fosse di destinare un Ministro, il quale pre-*

ventivamente esaminasse le pretensioni delle parti interessate in tale successione, e cercasse economicamente di comporle » *Sum. n.* 3 *Litt. A.* Quibus sane obsequens votis inclitum virum *Xaverium Mariam D'Andrea* ab ejus Consiliis, cujusque nomen pro elogio ad ejusmodi dirimendam controversiam Siciliarum Rex delegavit *cit. num.* 3. *Litt. B.*, novis etiam, et amplioribus facultatibus post Joannis Baptistae obitum eidem tributis *ibid. Litt. D.* Singulis autem utriusque partis juribus ad examen sedulo revocatis, decretum tandem suum Kalendis Junii anni 1793. delegatus Judex tulit, *cit. num.* 3. *litt. E.* quod Suprema etiam ac Principali auctoritate ab ipsomet Siciliarum Rege fuit roboratum, *ibid. litt. F.*, facultate quoque in eumdem regium Delegatum, ex novo Principis rescripto collata; tum declarandi, tum componendi jurgia caetera, quae editi decreti executionem respicerent *cit. num.* 3. *litt. G. et H.*

5 Ea vero fuit prolati judicii summa, quod scilicet « *la successione* DEI BENI, TITOLI, E DIGNITA' DELLA CASA DI CARIATI *per la morte dell'ultimo defonto Principe di Cariati D. Gio: Battista Spinelli* », non ad secundogenitam quidem Antonii lineam spectaret, sed ALLA NOMINATA ECCELLENTISSIMA SIG. PRINCIPESSA *di Cariati* D. CRISTINA SPINELLI, DI LUI NIPOTE PRIMOGENITA EX FILIO PRAEMORTUO » *ibid. litt. I.*; eique pariter forent tribuenda primogenialia omnia nobilissimae ejusdem gentis bona *ibid. lit. K. et seq.*; juribus tantum nonnullis favore Scipionis reservatis, tum quoad majoratum duplicem annis 1640, et 1694 a Joanna di Capua, et Isabella Spinelli conditum; tum quoad *secundogenituram* anno 1704 a Joanne Baptista Spinelli institutam *cit. num.* 3 *Litt. N.et seqq.* Nedum autem decretum hujusmodi ratum, acceptumque numeris omnibus habuit Scipio *cit. num.* 3 *litt. G*, verum in ejus insuper executionem publicae, solemnesque tabulae ad diem vigesimam Decembris anni 1795 partes inter sunt obsignatae, quas benigne recolere Eños Patres deprecamur in *cit. num. per tot.*, ac validas insuper renunciari, suaeque executioni committi, caeteri etiam Scipionis fratres, ac FERDINANDUS praesertim ipsemet hodiernus Seminariae Dux impetrarunt *test. Summ. n.* 4.

6 Illud siquidem patet ex iis, post amplissimum utrinque nuncium missum « *a qualsivoglia istanza, memoriali, e decreti, ed a tutti gli atti . . . . . . fatti in qualsivoglia Tribunale, per causa delle di sopra descritte azioni, e pretensioni dedotte, e non dedotte* », *cit. numer.* 3 *Litt. S.*, *et T*, quod primogenialia Cariatensis Spinelliae gentis

bona cabitalibus fuisse verbis partes inter conventum, « *che sia lecito ad essa Eccellentissima SIGNORA PRINCIPESSA di Cariati D. Cristina Spinelli di comparire nella gran Corte della Vicaria, ed ivi anche a tenore, e per esecuzione del menzionato decreto interposto a dì 1 Giugno 1793 dal sudetto Signor Consigliere D. Saverio Maria D'Andrea Delegato, agire, domandare, ed ottenere in suo beneficio il decreto di preambolo dell'ultimo defonto Principe di Cariati D. Gio: Battista Spinelli suo avo paterno in tutti i beni così feudali, e burgensatici dell'Illu-*
☞ *stre Casa di Cariati, TITOLI, ONORI, PREROGATI-*
☞ *VE, E DIGNITA' DELLA MEDESIMA* » *ibid. lit. U*; solemni etiam, ac jurata declaratione a Scipione emissa, « *che per la morte del sudetto Principe di Cariati Don Gio: Battista Spinelli alla mentovata Signora Principessa D. Cristina, come di lui Nipote primogenita ex filio praemortuo spetta la successione dei beni, titoli, dignità della Casa di Cariati* » *cit. num. 3 litt. V*. Quo vero ad bona caetera eidem Scipioni tributa, illud speciali cautum est pacto, quod in extinctionem jurium omnium ei, ejusque successoribus competentium cospicuam ducatorum 150,000 summam rependere iis teneretur Christina, integrumque insuper foret iis jus titulo Seminariae Ducis utendi Antonii linea vigente, sive (ut iisdem utar conventionis verbis), « *fino a che ci siano maschj, e femmine di Casa Spinelli discendenti da detto Signor Presidente D. Antonio* « *ibid. litt. Y*.

7 Post haec ad plures abiit Antonii filius Scipio Seminariae Dux, atque ex avi nominatione, *Summ. num.* 2, possessor una simul Abbatiae SS. Fantini, et Joannis, ejusque proinde obitu novi ejusdem Abbatiae Rectoris nominationi factus est locus. Quod licet jus ad unam Principissam Christinam dubio procul competeret, defuncti tamen Scipionis fratres, *Cajetanus* scilicet, *Octavius*, aliique utpote ad masculinam, non tamen primogenitam, Cariatensis domus lineam pertinentes, sibi illud vindicare proposuere. Re autem in judicium adducta interloquutorium quidem decretum ad diem 17 Septembris 1798 a Regio Judice Vanvitellio subripere initio valuere, quod patronatus controversiam ordinaria methodo dirimi jussit, « *intesi tutti gl'interessati* », atque interim sequestro subjici praecepit bona cuncta ad memoratum beneficium spectantia *Summ. num.* 5 *litt. A*. Quod sane decretum cum aequo animo Principissa Christina ferre nequiverit, nulla interposita mora ab eo provocavit *Summ. num.* 6, illud potissimum in ipsomet interpositae appellationis actu propugnans, quod scilicet, tum ex rejudicata a Regio Judice Delegato an-

no 1793 edita, et accepto undique habita, tum ex concordiae tabulis postea obsignatis, non ad Antonii quidem lineam, sed ad eam econtra unam controversum patronatus jus pertinebat; *cit. n.* 6 *litt. B. et seq.*

8 Et ad trutinam reapse coram Neapolitana Appellationis Aula, per id temporis nuncupata « *udienza generale di guerra, e Casa Reale* », causa revocata, post acrem diuturnamque disceptationem consultissimum tandem decretum ad diem 21 *Januarii* 1801 prodiit solemni ritu declarans: « *che il diritto di nominare il Rettore nella Chiesa di S. Fantino, e S. Giovanni Teologo negli atti dedotto HA SPETTATO, E SI APPARTIENE ALL'ILLUSTRE PRINCIPESSA D. CRISTINA SPINELLI in tutto servata la forma della fondazione di Paolo III.* » *Sum. num.* 7 *Litt. A.* Quin imo quum in una, eademque contentione caeteri Cajetani Spinelli fratres natu minores, ac potissimum Oppidi Comes, et Commendator Dominicus Spinelli propugnandum suscepissent, *passivum* saltem patronatus jus ad eorum familiam spectare; uno hinc, eodemque decreto abnormem pariter petitionem id genus Regii Judices rejecerunt, illudque expressim mandarunt, « *che la sudetta illustre D. Cristina non si molesti ad istanza del Commendatore di Oppido D. Domenico Spinelli per la domandata spettanza del patronato passivo della Rettoria come dagli atti* » *cit. num.* 7 *Litt. B.* Quamvis autem animo haud fractus ab aequissimo ejusmodi decreto Cajetanus praesertim Spinelli initio provocaverit, litemque etiam ad alteram ejusdem Regiae Aulae detulerit sectionem, *Summar. num.* 8 *Litt. A.*; mutato tamen repente consilio, suique pessimi juris conscius amplissimam causae renunciationem in pervigilio ejus propositionis solemniter emisit *cit. num.* 8 *litt. B.*

9 Cujus quidem rei nuncio ad Christinam delato apud acta ea stetit *Summ. n.* 9; ac memorans primo, Cajetani appellationi caeteros etiam ejusdem fratres natu minores jamdiu inhaesisse, neque validam proinde serotinam unius Cajetani renunciationem dijudicari mereri *cit. N.* 9 *Litt. A*; *et B;* suaque insuper non leviter interesse blaterans, controversiam dirimi « *a termini di giustizia,* sibique tribui « *dal Magistrato, e dalla Legge quel che le appartiene ibid. Litt. C*; apud Supremum institit Tribunal stata die, sive die **INSEQUENTI**, ad causae disceptationem, ac definitionem procedi *cit. N.* 9 *Litt. C.* Neque ejus quidem spem fefellit eventus. Post interloquutorium siquidem editum decretum, quod posthabita Cajetani renunciatione jussit, « *procedersi alla discussione delle dette nullità* » *Summ. N.* 10 *Litt. B;* defini-

tivam reapse sententiam sub una eademque die 18 Junii Supremum tulit Tribunalis conceptis declarans verbis « *che le suddette nullità non ostano Summ. numer.* 1 *Litt. A.*

10 Re itaque absolutissima judicata favore Principissae Christinae tali pacto orta, ad judicem Vanvitellium ea rediit, illiusque exequutionem secundum praxim per id temporis in Neapolitana Curia vigentem ab eodem flagitavit *Summ. N.* 12 facta siquidem referens singula, quae ad eam usque diem contingerant, *cit. N.* 12 *Litt. A. et seq*; illudque insuper expressim recolens, quod novissimum scilicet Supremi Tribunalis decretum ejusdem favore latum « HA FATTO PASSAGGIO IN COSA GIUDICATA, » *ibid. litt. D*; nedum petiit congrua jussa edi, ut sibi uti impune liceret « *del diritto suo nel nominare per Abbate della rammentata Badia* **CHI LE TORNA PIU' IN GRADO** . . . . . *senza potersi opporre verun altra eccezzione, o pretenzione da chicchessia,* » verum insuper immitti etiam institit » *al possesso de Beni appartenenti a detta Badia il soggetto, che dall' Illustre Principale sarà nominato per Abbate « cit. N.* 12 *lett. E.* Eique reapse praefatus Judex adhaerens in exequutionem » *dei citati decreti di detta generale udienza di Guerra, e Casa Reale* PASSATI IN COSA GIUDICATA, » illud denuo, quod ad activum primo patronatus jus pertinet, declaravit, quod scilicet » *il diritto di nominare il Rettore della Chiesa di S. Fantino, e S. Giovanni Teologo dedotto negli atti ha spettato, ed appartiene all'Illustre Principessa D. Cristina Spinelli in tutto servata la forma della fondazione di Paolo III.* « *Summ. num.* 13 *Litt. A.*

11 Quo vero ad juspatronatus passivum, illud pariter in uno eodemque actu jussit, quod « *l'Illustre detta Principessa D. Cristina non sia molestata,* sive *ad istanza del Commendatore d'Oppido D. Domenico Spinelli* « sive » *ad istanza di detti Illustri D. Ottavio, e D. Luigi* (minorum Cajetani Spinelli fratrum) *per la rispettiva domandata spettanza del patronato passivo della suddetta Rettoria cit. n.* 13 *Litt. B;* amplissimo inde jure eidem Christinae tributo proprio lubitu nominandi » *il Rettore di detta Badia di S. Fantino, e S. Giovanni Teologo, in tutto servata la forma dei precitati decreti dei* 22 *Gennaro, e* 18 *Giugno corrente anno* 1801 *ibid. Litt. C.* Atque ejusmodi quidem jure ea utens in Clericum Josephum Spinelli S. Hyerosolimitani Ordinis equitem, nominationem suam contulit, qui Abbatiae inde possessionem a Miletensi Curia sibi vindicavit, et dum in humanis fuit, sive ad annum usque 1837 pacifice retinuit. Vi-

ta vero per id temporis eo functo ad S. Sedem convolavit *Januarius Spinelli Marchio di Fuscaldo* cui post Nicolai Spinelli germani ejusdem Januarii fratris funus secundo nupserat Christina, eta Sa. Me. Gregorio PP. XVI. facile impetravit, controversae Abbatiae bona, primogenito primum utriusque filio *Hernesto*, eoque immatura morte brevi perempto, sibi ipsimet, donec lucis usura frueretur, in administrationem concedi.

12 Interea vero temporis naturae etiam cesserat Christina, geminis quidem relictis filiabus ex prioribus ejus ortis nuptiis, Clientula nimirum praeclarissima MARGARITA SPINELLI nobili viro Marchioni Laurentio Friozzi nupta, et *Carolina* Ducis Lauriti uxore; tribusque insuper ex altero ejus connubio genitis filiis, HERNESTO nimirum, cujus superius meminimus, ALBERTO, et SOPHIA; Matris autem funeri illud etiam postea accesserat, tum utriusque masculi ejus filii HERNESTI, et ALBERTI, qui improles omnino decesserunt; tum SOPHIAE, Camaldulensium Comitis Julii Ricciardi conjugis, cui sex superstites fuerunt liberi, ex Julii conjugio suscepti, *Alfredus nimirum, Emanuel, Franciscus, Aloysia, Mathildes*, et *Maria*. Tali hinc pacto masculina etiam ejusdem Christinae linea extincta, acris orta est contentio inter primogenitam ejus filiam MARGARITAM, et *Equitem Antonium Spinelli ex Marchionibus de Fuscaldo*, primumque insuper Sophiae filium *Alphridum Ricciardi*, quem utrumque pariter in hodierna concertatione adversarium experimur; cuinam ex iis successio ad primogenialia cuncta utriusque Spinelliae gentis, tum *Cariatensis* scilicet, tum *Fuscaldiae* bona foret tribuenda. Rei autem cognitione ad Regiam primam Commissionem, et ad Supremum postea Siciliorum Regis Ministrorum Consilium ex principali etiam rescripto ablegata controversiam omnem consultissimum tandem diremit decretum albo undique calculo a Supremo Principe probatum, quod refert *Summ. n.* 14. Illud enim sancitum in eo est « CHE IN QUANTO A TITOLI DI CASA CARIATI, CIOÈ IL PRINCIPE DI CARIATI DUCA DI CASTROVILLARO, CONTE DI OPPIDO I MEDESIMI SIANO RICADUTI PER LEGITTIMA SUCCESSIONE IN D. MARGHERITA SPINELLI IN FRIOZZI » *cit. numer.* 1 *litt. A*, bonis ceteris a FUSCALDIA gente provenientibus ALFRIDO RICCIARDI tributis, *ibid. litt. B.*, atque ex speciali dumtaxat Supremi Principis gratia Equiti Antonio Spinelli facultate concessa utendi titulo *di Duca di Marianella* » *cit. n.* 14 *litt. A. B. et C.*

13 Nescio tamen quo ductus consilio Eques Antonius Spi-

nelli, licet jure quolibet, nedum super Cariatensibus, verum super Fuscaldiae etiam domus bonis destitutus, Januario tamen vix defuncto Apostolicam adiit Sedem, ac mendacissime asseverans, ad familiam suam pertinere jus patronatus superius memoratae Abbatiae SS. Fantini, et Joannis Theologi, obreptitium, ac subreptitium impetravit rescriptum, quo Miletensi Antistiti data est facultas, « *verificato prius . . . dicto jure patronatus ad praescriptum Concilii Tridentini* », ejusdem beneficii bonorum administrationem ad decennium ipsi largiendi *Summ. num.* 15 *litt. A.* » Verum per id temporis coram eodem Miletensi Curia lis acerrima fuerat jamdiu contestata super enunciati beneficii collatione Clientulam inter Margaritam Cariati Principissam, eumdemque *Antonium Spinelli*; nec non Comitem *Julium Ricciardi*, defunctae Sophiae virum, uti legitimum Alfridi, aliorumque communium filiorum administratorem, ac *Ferdinandum* demum *Spinelli* Seminariae Ducem, ex quibus immo aliqui in fraudem patronatus juris ad unam Clientulam pertinentis unum etiam vel alterum in ejusdem Beneficii Rectorem ausi fuerunt nominare *teste Summ. num.* 16 *in princ.*

14 In pendulo itaque ex regio etiam rescripto relicta Pontificii indulti, non sine manifesta obreptione et subreptione ab Antonio impetrati, executione, diu, longeque de patronatus pertinentia Clientulam inter, et adversarios singulos coram praefata Curia est disputatum; Universis tamen contrariis dispulsis commentis definitiva tandem prodiit sententia Clientulae undique propitia; conceptisque iterum verbis declarans: « *juspatronatum in Rectoria sub titulo SS. Fantini, et Joannis Theologi a Paulo III concessum Comiti Petro Antonio Spinelli, spectavisse et spectare* AD HODIERNAM CARIATI PRINCIPISSAM MARGARITAM SPINELLI, *ideoque* INSTANTIAS OMNES EQUITIS ANTONII SPINELLI, DUCIS FERDINANDI SPINELLI, COMITIS JULII RICCIARDI, *qualitate prout ex actis, nec non praesentationes Sacerdotum Cajetani Grego de Neapoli, Petri Militano Civitatis Palmarum, atque hodierni Ducis Castrovillorum Josephi Friozzi, rejiciendas fore et esse*, » *cit. num.* 16 *litt. A.*; termino etiam Cariati Principissae una simul praefixo ad « *idoneum et habilem Rectorem seu Abbatem* nominandum; locique secus Ordinario facultate reservata eamdem Abbatiam conferendi « *jure devolutionis* », *ibid. litt. B.* Causa vero ex provocatione ab Adversariis fere singulis interposita ad S. C. delata; minime ambigimus, eamdem eos sortem fore experturos; dubii formulae, quam praesens inscriptam gerit

in fronte libellus, rescripto hodie ab Emis et Rmis Patribus dato « *Sententiam Curiae Episcopalis Mileti esse confirmandam* » veluti eo, quo solemus, deprecamur obsequio.

15 Quaestio est de pertinentia jurispatronatus, quod dum Miletensis sententia Clientulae Nobilissimae Margaritae Spinelli Cariati Principissae, ac Marchionis Laurentii Friozzi uxori, tamquam ex PRIMOGENIALI Cariatensis Spinelliae gentis linea descendenti, natuque majori Christinae filiae attribuit, *Summ. num.* 5 *litt. A.*, sibi e contra arrogare praesumunt, tum *Alfridus Comes Ric ciardi*, ejusdem Christinae ex praedefuncta altera, longeque natu minore ipsius filia Sophia nepos, tum *Ferdinandus Spinelli* Dux Seminariae, atque ex *secundogenita* Antonii linea profluens; tum Eques demum *Antonius Spinelli*, non ad Cariatensem quidem, sed ad distinctam familiam Spinelli DE FUSCALDO pertinens, *teste Summ. num.* 13 *litt. G.*, *et num.* 14 *ac* 16 *in princip.* Nil autm facilius, quam contradictores omnes repellere. Intimioribus enim causae meritis paulisper etiam sepositis, cuilibet ex iis gravissimae, et extrinsecae, ut ita dicam peculiares exceptiones obstant, quae licet caetera, longeque solidiora rationum deessent momenta, satis tamen forent, superque ad manifestam Miletensis sententiae justitiam, optimumque Clientulae jus numeris omnibus vindicandum.

16 Ac re quidem vera, quod ad *Ferdinandum* primo pertinet, Antonii Spinellii secundogeniti Nobilissimae Cariatensis familiae filium, praesto aedepol, Judices, est RES JUDICATA, non ab ordinario quidem Judice, sed a speciali Regio Delegato, inclytoque viro Equite Xaverio Maria D'Andrea, utriusque Siciliae Regis a Consiliis, atque extraordinario ritu edita, *Summ. n.* 3 *litt. E.*, neque suprema solum ejusdem Siciliarum Regis auctoritate roborata, *ibid. litt. F.*, sed accepto etiam a litigatoribus singulis habita *cit. num.* 3 *litt. G.*, quae insuperabilem ei obicem praebet, quominus jus ullum adversus Christinae descendentes quoad primogenialia cuncta Cariatensis familiae jura, vel bona valeat in medium proferre. Illud enim cubitalibus fuit verbis, tum in Regii, ac Delegati Judicis decreto, tum in subsequutae ejusdem acceptationis tabulis cautum; quod scilicet « *la successione* DEI BENI, TITOLI E DIGNITA' DELLA CASA DI CARIATI », prout caetera cuncta primogenialia eiusdem gentis bona « *per la morte dell' ultimo defonto Principe di Cariati D. Gio. Battista Spinelli spetti,* » non ad masculinam quidem lineam secundogeniti hujus fratris Antonii, unde causam ha-

bet Ferdinandus, sed « **ALLA NOMINATA ECCELLENTISSIMA SIGNORA PRINCIPESSA D. CRISTINA SPINELLI, DI LUI NEPOTE PRIMOGENITA EX FILIO PRAEMORTUO** »; eique inde uni liceret, immissionem consequi (prout reapse accidit) ad possessionem primogenialium omnium bonorum, « *dell' illustre Casa di Cariati, TITOLI, ONORI, PREROGATIVE, E DIGNITA' DELLA MEDESIMA* « *cit. num.* 3 *litt. I., K., U, et V.*

17 Praeterea, et illud insuper ex solemnibus iisdem tabulis patet, nedum Scipionem Spinelli, primogenitum Antonii filium, acceptum undique ejusmodi habuisse decretum, nunciumque amplissimum misisse cuilibet juri, quod primogeniali desuper de qua loquimur, substantia, vel is, vel ejus successores experiri unquam valerent, *cit. num.* 3 *litt. S.*, verum nominatim etiam, atque expressim spopondisse, quae cuncta fuerant partes inter conventa, sese, et **SUCCESSORES** suos perpetuo servaturos, *cit. num.* 4 *litt. Z.* Et illud demum constat, Judices, tabulas eas, adeoque anterius etiam Regii Judicis Delegati decretum Christinae favore editum, Scipione jamdiu defuncto, non ratum solum acceptumque numeris pariter omnibus habuisse caeteros quoque omnes ejusdem Scipionis fratres, ac secundogeniti Antonii filios natu minores, eosque inter potissimum **FERDINANDUM IPSUM**, quem adversarium in praesens experimur, verum earum insuper nullitatem acriter reclamante Christina, *Summar. num.* 4 *in princ.*, validas eas renunciari ac religiose servari eosdem obtinuisse, *cit. n.* 4 *litt. A et C.*

18 Actis autem hisce singulis, ac memoratis praesertim tabulis firmis, immotisque manentibus, quo, obsecro, pacto eidem Ferdinando in praesentiarum licet tueri, non Clientulae quidem, Christinae descendenti, et primogenitae ejusdem filiae, seb sibi potius, tamquam ad secundogenitam Antonii lineam pertinenti, juspatronatus controversae Abbatiae pertinere, quod caeterum natura sua est dubio procul **PRIMOGENIALE**? Oppido num cuilibet licet impune, rei judicatae, a Supremo etiam Principe comprobatae, auctoritatem, pactorumque conventorum fidem proprio lubitu convellere, atque obiter quidem, et veluti incidenter perfringere? Maxime vero postea quam adversarius ipsemet actorum hujusmodi validitatem strenue, acriterque, et feliciter quidem, judicio vindicavit, et transactionis nullitatem a Christina propositam rejici obtinuit *cit. num.* 4? Proh calumniam omnino perditissimam!

19 Neque ambigendum quidem, sub amplissima ea Regii Delegati declaratione, partiumque conventione, quae ad Christinam statuit spectare « LA SUCCESSIONE DEI BENI, TITOLI, E DIGNITA' DELLA CASA DE CARIATI « *Summar. num.* 3 *litt. O*; ac rursus possessionem bonorum omnium *dell'illustre Casa Cariati* TITOLI, ONORI, PREROGATIVE, E DIGNITA' » *ibidem litt. U et V*; controversum etiam juspatronatus fuisse reapse compraehensum. Num enim initio, sententia quidem ipsamet super tabularum ejusmodi validitate, ac Ferdinandi favore edita, *Summar. num.* 4; apertissime haud sancivit, memoratum patronatus jus sub verbis adamussim iis « DI TITOLI, ONORI, PREROGATIVE, E DIGNITA' » contineri; *ibidem litt. B*; quod ceterum luculentius quoque res altera statuit judicata saper ejusdem patronatus pertinentia anno 1801 edita, ac relata *in Summar. num.* 5 *et seq.*, de qua fusiore calamo disseremus inferius? Praeterea hoc etiam omnino exposito, quid aliud, obsecro, patronatus est, nisi jus mere HONORIFICUM, adeoque sub nuncupatione « DI ONORI, PREROGATIVE, E DIGNITA' » dubio procul compraehensum, veluti perbelle tradit *Devoti Instit. Can. lib.* 1 *tit.* 5 *Sect.* 4 *num.* 48 « ibi » *Est jus patronatus jus praesentandi clericum instituendum ad Ecclesiam vel beneficium vacans; quae praesentatio NOBILISSIMAM facit, ac praecipuam jurispatronatus partem; quamquam ipsum et minora quaedam jura compraehendat; Et sunt jura alimentorum, sepolturae, sedis, processionis, thuris et caetera, quae* ONORIFICA APPELLANTUR » docetque etiam *Franciscus De Roye in peculiari ejus libello de juribus* HONORIFICIS *patronorum*? Scurrile autem, et nugatorium esse, tabulas eas, tanquam simoniae labe infectas carpere, suomet quisque facile percipit sensu. Non dicam enim, somniatum simoniae vitium Clientulae proprio jure ad primogeniturae, et patronatus successionem venienti nefas esse vel leviter obiicere ad tradita *per Gagliard de jurepatronatus Cap.* 14.

20 Sic pariter silentio praeteream summam ducatorum 150000 quam in tabulis iis sese soluturam spopondit Christina, fuisse Scipioni, ejusque successoribus tributam, non in correspectivitatem, ac proemium renunciationis amplissimae quoad primogenialia bona, vel jura ab eo emissae, sed in compensationem dumtaxat bonorum duplicis foeminei majoratus, et secundogeniturae ad eos spectantium, ita ferente *cit. num.* 3 *per tot.* Neque recolam rursus, in conventione ea nominatim, et expressim de cessione controversi juris patronatus contrahentes haud meminisse, eoque minus ejusmodi jus fuisse

ab iis vel leviter aestimatum, sed sub generali dumtaxat lege fuisse compraehensum, quae possessionem primogenialium omnium bonorum, ac jurium « *titoli*, *onori*, *prerogative*, *e dignità* » Christinae attribuit, quod sane nulla lex vetat, procul a simoniae vitio fieri posse. Illud solum ad Sapientissimorum Patrum memoriam revocabo, universa id genus bona, vel jura, non transactione anni 1795, sed anteriori rejudicata a Regio Delegato ab anno usque 1793 edita, et principali etiam rescripto comprobata Principissae Christinae fuisse addicta *teste Summar. num.* 3 *litt. I.* Hoc enim in facto posito, illud prono velut alveo fluit, vere incivile, et propudiosum esse, de somniatae simoniae labe in praesentiarum quaerere, atque ejusmodi vitii posteriores tabulas insimulare, quae meram anterioris reijudicatae exequutionem quoad primogenialem successionem continent, quibusque insuper etiam corruentibus ea firma undique, et immota adhuc manet.

21 Haec pertinent ad Ferdinandum. Neque secus sentiendum quoad Antonium, et Alfridum. Mitto enim Antonium, non ad CARIATENSEM quidem Spinelliorum gentem, unde patronatus jus oritur, de quo praesens agit contentio, sed ad distinctam alteram Spinelliorum familiam DE FUSCALDO pertinere, ceu videre etiam est in *Summ. n.* 14 *et n.* 15 *in princ.*, eumque imo, tanquam filium Marii Spinelli, germani fratris, tum NICOLAI, tum JANUARII SPINELLI DE FUSCALDO, in quorum sacra (procul etiam ab Apostolica dispensatione, dum priores ejus nuptias contraxit) Christina concessit, AFFINITATIS dumtaxat vinculo cum Cariatensi Spinelliorum gente conjungi; Sic pariter mitto, *Alfridum Ricciardi*, non ex masculina, sed ex eadem foeminea Christinae linea, unde ortum Clientula habet, descendere, eumque insuper originem suam trahere ex Sophia Spinelli, uterina quidem, sed NATU longe MINORE Margaritae sorore, neque lineae proinde *praerogativam*, neque nativitatis *anterioritatem*, neque gradus demum *proximitatem* eidem favere de quo inferius pariter disputabimus. His inquam penitus missis, quominus primogenalia Clientulae jura in discrimen valeant tum Antonius, tum Alfridus adducere, supremum alterum vetat decretum, post Christinae, ac masculorum ejus filiorum Alberti, atque Hernesti obitum a Regio Ministrorum Consilio editum, ac principali rescripto ab ipsomet Siciliarum Rege comprobatum. *Summ. n.* 14.

22 Masculina siquidem Christinae linea ex immatura Alberti, et Hernesti morte penitus extincta, gravis exorta est contentio inter adversarium utrumque, et *Clientulam* no-

bilissimam, tamquam *primogenitam* ejusdem Christinae filiam, super successione, atque immissione ad bona cuncta, vel jura utriusque Spinelliae gentis, tam *Cariatensis* scilicet, quam *Fuscaldiae*, quae ex majorum institutione in unum Hernestum coaluerant; *cit. n.* 14 *in princ.* Rei autem cognitione ad Regium Ministrorum Consilium delata, quod ad **CARIATENSIA** pertinet jura vel bona solemni ritu fuit definitum, ea cuncta post Hernesti obitum coaluisse « *per legittima successione in **D. MARGHERITA SPINELLI MARITATA IN FRIOZZI*** » *cit. n.* 14 *Litt. A.* Quo vero ad bona, ac jura gentis *De Fuscaldo*, universa eorumdem successio Alfrido Ricciardi tributa e contra est *ibid. Litt. B.*, mero vix titulo « *di Duca di Marianella* » ex speciali Principis indulto Antonio concesso *ibid. Litt. C.* Si suprema itaque decreti hujus, ac principalis rescripti auctoritate sancitum, Iudices, est universa Cariatensis gentis bona ad unam Clientulam, tanquam primogenitam Christinae filiam pertinere, ac quolibet prorsus jure iis desuper carere, nedum Antonium, verum etiam Alfridum, qui fieri hodie potest, ut regia ejusmodi definitione sarta tecta manente Clientulam prohibere ii valeant, quominus proprio lubitu patronatus jure utatur ad unam Cariatensem gentem dubio procul spectante, ac primogeniali ejusdem successioni natura sua inherente?

23 Haec tamen singula, licet dubio procul gravissima, si ita adversariis lubet, ultro, ac libenter praetermittimus neque recusamus quidem, Judices, procul a peculiaribus exceptionibus id genus, intimiora controversiae merita aggredi, atque intrinseca etiam patronatus indole inspecta optimum Clientulae jus vindicare. Porro haud inficiamur ex Apostolicis Pauli III. litteris juspatronatus Ecclesiarum SS. Fantini, et Ioannis Theologi, sive eorum Abbatiae, aut Rectoriae, quod Leo Papa X. Carolo Spinelli Seniori, ejusque *haeredibus*, et *successoribus* certis sub conditionibus indulserat *Sum. n.* 1 *Litt. A*; *B; et C.*, adeoque mere **HAEREDITARIUM** natura sua erat initio, in *gentilitium* postea, ac *mixtum*, sive **PRIMOGENIALE** fuisse conversum. Quum enim morte praeventus suscepta onera implere Carolus nequiverit, *Petrus Antonius* ejus filius a Paulo Papa III. anno 1502 impetravit idem jus sub iisdem conditionibus sibi, **AC FILIIS, NEC NON DESCENDENTIBUS, ET CONSANGUINEIS SUIS** » ita denuo, et in perpetuum concedi, ut eo defuncto deferri illud primum deberet « *filio tuo primogenito masculo*, (Petri nimirum Antonii) atque « *ipsius primogenitis filiis masculis de primogenito in primogenitum*, ***ET ILLIS NON***

EXISTENTIBUS ALIIS FILIIS TUIS, EORUMQUE FILIIS (non tamen masculis), et his pariter « *deficientibus tuis proximioribus de familia Spinelliorum consanguineis similiter masculis, et de primogenito in primogenitum, ac deinde foeminis* », ceu eadem sunt Pontificii Brevis verba legen. *in cit. n.* 1 *Litt. B*, *C*, *et F.*

24 Ex integro autem Apostolicae hujus concessionis contextu magis, quam fando exprimi valeat, luculenter erumpit, TRIPLEX vocationis genus sub ejusmodi dispositione contineri. Voluit enim initio Pontifex, Petro Antonio defuncto, singulisque ab eo impletis oneribus, quae fuerant eidem injuncta, controversum juspatronatus primo loco tribui ejusdem Petri Antonii « *filio primogenito masculo*, *ipsiusque primogeniti filiis masculis de primogenito in primogenitum* » *cit. litt. D. et F.* Casum vero postea prospiciens, quod sine liberis *masculis* primogenitus patronatus juris possessor deficeret, nominatim, atque expressim Pontifex idem praecepit, ejusmodi adveniente conditione idem jus, primogeniali aeque ordine servato, generatim deferri « ALIIS FILIIS TUIS, EORUMQUE FILIIS » *ibidem*; quin tamen alteri huic, et genericae filiorum vocationi masculinitatis notam, vel leviter adjecerit. His vero quoque deficientibus TERTIAM demum vocationis sedem concessit « *proximioribus de familia Spinelliorum consanguineis similiter masculis, et de primogenito in primogenitum, et deinde foeminis praefatis*, » scilicet proximioribus, *cit. litt. D.*, *et F.*

25 Atqui pacificum partes inter est, atque in facto exploratissimum, priorem vocationis sedem ab anno usque 1792; quo PRIMOGENITUS Cariati Princeps Jo. Baptista Spinelli sine masculis liberis decessit, *Summar. num.* 3 *litt. D.*, exitum omnino habuisse. Quamvis enim masculum is suscepisset filium Scipionem IV, hic tamen patris funeri antevertit, duabus solum superstitibus relictis filiabus, ex duplici ejus connubio genitis, *Christina* scilicet, et *Carolina*, veluti ex genealogico patet schemate seorsim distributo. Tali autem pacto numeris omnibus extincta masculina linea primogeniti Jo. Baptistae, pront Cariatensium caeterorum bonorum, sic controversi pariter patronatus juris possessoris, narratum jamdiu est, acerrimam fuisse litem inter primogenitam Scipionis IV. filiam, unaque simul Joannis Baptistae neptem Christinam, et secundogeniti ejusdem Joannis Baptistae fratris Antonii liberos actam, super universae primogenialis Cariatensis substantiae successione, eamque solemni rejudicata Regii Judicis Delegati fuisse ex integro, atque una cum juribus omnibus « TITOLI, ONORI, PREROGATIVE, E DIGNITA' »

ei inhaerentibus Christinae tributam, *Summar. num.* 3. *per tot.*

26 Hac autem etiam mere generica rejudicata seposita, de qua ceterum fusiore calamo superius disseruimus, nil hercle evidentius, quam in unam Christinam, ejusque descendentes ex ipsamet Pontificiae concessionis lege controversum patronatus jus, et debuisse reapse migrare, ac re, et facto commigrasse. Et re quidem vera ut a *jure* exordiar, num primogenita haud erat Christina ultimi possessoris Jo. Baptistae NEPTIS, ex praedefuncto ejus filio Scipione IV. orta, adeoque dubio procul compraehensa sub secunda generica avocationis sede, quae, masculis primogeniti filiis deficientibus deferri patronatum jusserat « ALIIS FILIIS . . . . . EORUMQUE FILIIS, » *Summar. num.* 1 *litt. D*, *et F.*? Oppido haud novum in jure est, filiorum appellatione *nepotes* etiam sive *filiorum filios* contineri ad text. in *leg.* 84 201, *et* 226 § *fin. ff. de verborum significatione.* Quod sane locum potissimum sibi in themate vindicare, naturalis ipsamet ratio suadet. Quum Pontifex enim ad patronatus successionem in ejusmodi casu vocaverit, non ALIOS solum FILIOS, sed EORUM etiam FILIOS; suomet quisque facile percipit sensu, novissima ejusmodi verba, non nisi ad nepotes natura sua posse referri.

27 Neque cavillandum, qua die sine masculis liberis Joannis Baptistae obiit, praeter Christinam, et consanguineam hujus sororem Joannam, ex praedefuncto ejus filio Scipione IV. genitas, in humanis aeque fuisse plurimos secundogeniti ejusdem fratris Antonii filios, ex quibus alter Ferdinandus sospes adhuc manet, (prout diu eum mansurum speramus) eosque pariter, tamquam a Scipione III, communi Jo. Baptistae, et Antonii patre, derivantes, ad primogenialem Cariatensis gentis lineam pertinuisse, et pertinere. Duo enim in themate urgent ad perditissimam id genus refutandam captiunculam. In eoque residet *primum*, quod ii nimirum, tamquam a SECUNDOGENITO Antonio orti, non ad PRIMOGENIALEM quidem, veram, et realem, sive EFFECTIVAM, ut ajunt, Cariatensis familiae pertinent lineam, quam ultimus dumtaxat primogeniturae possessor constituit, sed ad lineam alteram secundariam spectant, a priore omnino distinctam, sejunctamque. Scitissimum siquidem in foro est, primogenitum quemlibet, singulosque ejusdem filios, vix in lucem prodeunt, propriam lineam ita efformare; ut licet descendentes ejus cuncti, vel a secundo, aut tertio genito orti, quod ad primum eorum pertinet auctorem sub primogeniali ejusdem li-

nea generatim contineantur, unde *contentivae* familiae nomen ortum, quod ad novos tamen, futurosque ejusdem primogeniturae successores, secundogenita, aut tertiogenita eorumdem linea censeatur, et cum vera, ac reali sive effectiva primogeniti linea confundi nullo pacto mereatur.

28 Rem acu veluti tangit *Card. De Luca decis. num.* 172. « ibi » *Instituta primogenitura, quilibet filius primogenitus se includit in successione, et suis descendentibus lineam constituit ad exclusionem secundogeniti et ejus lineae, et iste ad exclusionem tertiogeniti, et ejus lineae, quia unusquisque possessor primogeniti stirps seu truncus dicitur tot linearum, quot filios vel filias habet, quorum* QUILIBET EST CAPUT NOVAE LINEAE *descendentis respectu patris et transversalis respectu fratrum suorum* ». Concinitque Bonfin. *de fideicom. disput.* 50 *num.* 3 « ibi » *In successionibus primogenialibus, quilibet filius statim ac nascitur efformat propriam lineam* « *et S. Rota in recent. part.* 19 *tom.* 2 *decis.* 551 *num.* 8 « ibi » *Minus subsistit, quod inter Catharinam et Alexandram, considerari non possit praerogativa lineae, sed tantum gradus, ex quo uti filia Victoriae sit in eadem linea; quia quidquid sit respectu Victoriae ascendentis, attamen inter ipsas est certum, quod constituunt diversam lineam, cum quaelibet soror seu frater propriam distinctam lineam constituat, ita ut alter de alterius linea dici non possit* » *et Decis.* 837 *num.* 16 *coram Molines* « ibi » *Nullum obicem praestat Josepho de Barbis praedecessus Catharinae ejus matris, et coeteroquin foeminae primogenitae ante factum casum successionis, quia hujusmodi difficultas submovetur ex eo, quod omnes illi, qui vocantur ad primogenituram,* CONSTITUUNT PROPRIAM LINEAM, *primogenitus nempe primam, secundogenitus secundam, et sic de singulis; ex quo fit quod filius primogenitus statim ac nascitur actualiter includit se ipsum, et habitualiter omnes alios ab eo descendentes in exclusionem coeterorum Collateralium qui non fruuntur praerogativa lineae primogenialis* «.

29 Quo sane firmo in facto manente, illud veluti necessarium descendit in consequens, VERA, REALI, atque EFFECTIVA Joannis Baptistae ultimi possessoris linea adhuc vigente, dum anno 1794 fati munus ipsemet implevit geminis relictis neptibus, *Christina, et Joanna*, ex praedefuncto ejus filio susceptis, nullum prorsus jus in earumdem detrimentum, ac fraudem controverso desuper patronatu Antonii liberos, ad *secundogenitam*, vel mere saltem *contentivam* Cariatensis familiae lineam pertinentes sibi vindicare potuisse. Quum enim ex concessionis lege, secundogenito Antonio omnino posthabito,

in unum primogenitum Joannem Baptistam ejusmodi jus jamdiu coaluisset, quousque effectiva ejusdem Joannis Baptistae linea ex integro prorsus non fuisset extincta, in lineam aliam diversam licet conjunctissimam, atque etiam contentivam, nequibat illud dubio procul migrare. Jurisprudentiae siquidem canon est, quo non vulgatior alter, in propriis ac regularibus primogenituris, quod fuerit jus in unam lineam semel ingressum ab ea numquam egredi, neque in aliam transferri, nisi ea prius fuerit prorsus exhausta, veluti communi calculo tradunt *Torre de Primog. Part.* 1 *Cap.* 6; *et Majoratu Part.* 1 *Cap.* 25 *n.* 13, *Peregrin. de fideic. Art.* 27 *n.* 14, *Card. De Luca de linea legal. art.* 12 *num.* 16, *ac seq. et Art.* 27. *num.* 21, *et de fideicommiss. disc.* 1 *num.* 13 « ibi » *Receptissima, et hodie absoluta regula est, ut bona unam lineam ingressa ab ea non egrediantur, aeque ad aliam transeant, nisi illa prius evacuata.* »

30 Neque aliter quidem Sacrum umquam Rotae Auditorium definivit, ceu videre est in *Decis.* 45 *num.* 7 *coram Seraphino*; *Decis.* 687 *num.* 14, *et Decis.* 337 *numer.* 17 *cor. Molines, Dec.* 142 *num.* 16 *coram Rezzonico, Decis.* 305 *num.* 5 *coram Lancetta* « ibi » *Fideicommissum quando est ingressum in unam lineam, non potest transire ad aliam, nisi eadem totaliter evacuata, in Pisauren. Patrimonii Sacri* 14 *Junii* 1751 § 18 *coram Amadeo* « ibi « *Successio in unam lineam semel ingressa, usque quo integraliter non perimit, ab illa avelli non debet* « *Lauretana Primogeniturae* 3 *Martii* 1755 § 16 *cor. Stadion, et in confirmatoria* 23 *Junii ejusdem anni* § 9 *coram eodem* » *Narnien. Relicti Praelatitii* 27 *Januarii* 1817 § 14 *coram Odescalchi* « ibi » *Nemo ex linea posterior est admittendus nisi quando nulla supersit spes, ut ex magis dilecta linea quisquam esset, qui Testatoris vota possit implere.* » *Romana Primogeniturae quoad immissionem* 16 *Januarii* 1837 § 5 *coram Emo Bofondi* « *Romana seu Verulana Manutentionis, et Immissionis* 4 *Junii* 1841 § 7 *cor. R.P.D. Alberghini* « ibi « *Scitum est, transitum fieri non posse ad lineam eorum qui substituti fuerunt, donec extincta penitus non sit linea primum instituta* « *In confirmatoria, diei* 3 *Decembris ejusdem anni coram Eodem* « ibi » *Donec extincta penitus non sit linea primum vocata, transitus fieri omnino nequit ad lineam eorum, qui substituti fuerunt* «.

31 Hisce autem illud insuper secundo loco accedit aeque grave, et momentosum, quod Christina nimirum, utpote ab ipsomet Joanne Baptista DESCENDENS, sive ex praedefuncto ejus filio Scipione IV. genita, longe erat ultimo primogeniturae possessori **GRADU PROXIMIOR,**

quam conjuncti cum eo forent Antonii liberi, qui a secundogenito dumtaxat ejusdem fratre derivabant, ipsique proinde Joanni Baptistae erant meri COLLATERALES. Licet enim in adversariorum gratiam fingere paulisper luberet, prout Christinam sic Antonii pariter liberos ad unam, eamdemque primogenialem lineam pertinuisse, ea tamen una tamquam GRADU PROXIMIOR, controversum patronatus jus in hac etiam perditissima hypothesi ab omni procul dubio sibi vindicasset. Hoc siquidem vivimus jure quod inter plures ad primogeniturae successionem vocatos, et ad unam eamdemque lineam perspectantes is ceteros vincat, qui ultimo possessori sit GRADU PROXIMIOR ad tradita per *Card. De Luca de fideicommiss. Disc.* 15 *num.* 4 « ibi » *In Primogenituris, vel majoratibus spectari debet* PRIMO LINEA, QUÆ OMNIA VINCIT, SECUNDO GRADUS « et *Disc.* 16 *num.* 5 « ibi » *Posito ordine primogeniturae intrat de plano recepta graduatio, ut scilicet primo attendatur linea secundo in linea GRADUS* ».

32 Ac perbelle S. Ordo in *Recent. part.* 7 *decis.* 249 *n.* 4 « ibi « *Nam superest ex Paulo primogenito Caesaris Comitissa Julia, semper est praeferenda Comiti Sacretio filio alterius Comitis Lucretii secundogeniti Caesaris, uti* PROXIMIOR ULTIMO POSSESSORI DECEDENTI, *in cujus Pauli lineam sicuti primo ingressa est successio, ita coeteri remotiores excluduntur. Nucerina Immissionis* 17 *Aprilis* 1761 § 2 *coram Paracciano. Interamnen. Primogeniturae de Peculis* 29 *Aprilis* 1763 § 3 *coram Olivatio* « ibi » *In fideicommissis conditis intuitu proximioris nil frequentius habetur, quam ut* GRADUS VICINIOR ET PROPINQUIOR ERGA ULTIMUM POSSESSOREM CONSIDERETUR ». *Melevitana primogeniturae Canonici Alexandri Bologna* 11 *Martii* 1774 § 2 *coram Origo* « ibi » *Est Comitissa Joanna Maria* FILIA CO. NICOLAI ULTIMI GRAVATI, *per cujus obitum aperta est successio, et tamquam ultimi gravati filia existit quoque in linea primogeniali, in quam expressa successio ipsa, progressaque fuit: duobus hinc titulis potiorem habet succedendi causam, primo quidem quia est ultimo* HAEREDI GRAVATO PROXIMIOR . . . . *In successionibus autem explorata res est cum qui est proximior, coeteros excludere qui sunt remotiores* « *et in Carpenctoraten. Primogeniturae super bono jure* 4 *Julii* 1783 § 3 *coram Origo* « ibi » *Est Canon in jure firmissimus ductus ex ipsis successorii juris elementis, et ex primogenialium dispositionum regulis,* UT PROXIMIOR ULTIMO POSSESSORI SIVE MASCULUS SIT SIVE FOEMINA, REMOTIORI IN SUCCESSIONE PRÆFERATUR ».

33 Et incassum, studioque omnino perdito praesidium Antonii liberi ex masculino eorum sexu ad Christinam repellendam per id temporis quaesivissent, vel hodie rursus adversarii singuli quaererent ad Clientulam praeclarissimam, primogenitam ejusdem Christinae filiam arcendam. Quamvis enim de MASCULIS primogenitis filiis, in priore vocationis sede Paulus Pontifex III meminerit, controversum tribuens patronatum Petro Antonio Spinelli, ejusque « *filio primogenito* MASCULO, *ac ipsius primogeniti filiis* MASCULIS *de primogenito in primogenitum* » *Summ. num.* 1 *litt. B et D*, de qualitate tamen ea in altera vocationis sede Pontifex ipsemet penitus siluit. Casum enim antevertens, quo prior deficeret vocatio, masculis primogeniti filiis non existentibus, ab omni procul sexus discrimine deferri patronatum jussit « ALIIS FILIIS TUIS, EORUMQUE FILIIS » *cit. litt. B. et D*, quae sane amplissima, ac generalia filiorum verba filias etiam foeminas complecti est compertissimum, veluti *post tex. in leg.* 26 *ff. de test. tut. leg. si ita scriptum ff. de leg.* 1 *et leg.* 201 *ff. de verb. signif.* universa Interpretum edocet schola, ac potissimum *Ruin cons.* 140 *n.* 5 *lib.* 2, *et cons.* 168 *n.* 13 *lib.* 3, *Gabriel concl.* 6 *de verb. signif.*: *Mantica de conject. ult. vol. lib.* 8 *tit.* 7; *Costa in cap. si pater de testam. in* 6 *verb. absque liberis num.* 24; *De Pretis de interpr. ult. volunt. lib.* 3 *dub.* 3 *fol.* 2 *n.* 24; *Fuscar. de substit. qu.* 321 *in princ.*, *et Rota dec.* 163 *n.* 1 *p.* 1 *rec.*

34 Quod ceterum discretiva etiam orationis methodus evincit unam inter, atque alteram vocationis sedem in Apostolicis Pauli III litteris adhibita, quam splendidiorem etiam reddunt cetera ejusdem Pontificis verba incontinenti adjecta. Gradum siquidem ad tertium vocationis genus ipsemet faciens illud denuo expressim jussit, quod aliis nimirum Petri Antonii filiis, eorumque filiis deficientibus, migrare patronatus deberet in proximiores de familia Spinelliorum consanguineos MASCULOS, *ibid.*, quod novum aedepol, et luculentius quoque discretivae exhibet argumentum. Si et semel enim, et rursus, ubi masculos ad patronatus successionem voluit Pontifex vocare, nominatim id declaravit; eo hercle fortius retinendum in themate est, non inconsulto quidem in secunda vocationis sede de ejusmodi qualitate silentium eumdem servasse, ac foeminas quoque sub intermedia ea vocatione voluisse eam dubio procul complecti. Maxime vero, quum de INDIFFERENTI patronatus materia res sit, in qua scitum est, verborum significationem non angustandam quidem, sed latiori, quo fieri possit, modo esse accipiendam.

35 Non mea haec sententia, sed ab innumeris S. Rotae oraculis hausta, ac potissimum ex *dec.* 12 *n.* 10 *coram Roverella, Firmana Cappellaniae* 1 *Junii* 1751 § 4 *coram Mattei* « ibi » *Huic restrictioni repugnat materia* FAVORABILIOR JURISPATRONATUS, *quae tamquam indifferens laxiores remittit habenas, et operatur, ut sola inspecta aequitate canonica, verba fundationis in suo sensu naturali, et quantum fieri potest* LATE *accipi debeant, ita ut pro comprachensione tam agnatorum, quam cognatorum intelligenda veniant = Hortana Cappellaniae super immissione* 26 *Januar.* 1778 § 4 *cor. Litta* « ibi » *Quum verbis =della detta famiglia Properzi= alia continenter addita sint = o loro discendenti = quae habent significationem latissimam, certamque vim ad cognatos complectendos, nulla est eorumdem verborum potestas, quae his nempe descendentibus a foeminis adversetur; tum praesertim in negocio* JURISPATRONATUS, QUOD CUM SIT INDIFFERENS, POSTULAT EX AEQUITATE CANONICA, UT PRO ILLORUM COMPRÆHENSIONE, QUANTUM FIERI POTEST LATISSIMO MODO ACCIPIANTUR », *in Cingulana Cappellaniae* 18 *Martii* 1817 § 9 *cor. Serlupi; in confirmator.* 16 *Jun.* 1818 § 7 *coram eodem*, *in Aquipendien. jurispatronatus* 24 *Januar.* 1844 § 8 *coram De Petro* « ibi » *Versamur in jurispatronatus materia, quae per se* INDIFFERENS ET FAVORABILIS EST, ET IN QUA VERBORUM SIGNIFICATIONEM ANGUSTANDAM NON ESSE, *sed latissimo modo accipiendam, ad omnes etiam amplectendos cognatos* »; *in confirmator.* 12 *Jan. anni* 1848 *coram eodem; in Asculana Cappellaniae* 9 *Februar.* 1852 § 4 *cor. R. P. D. Serafini, et in confirmator.* 1 *Jul. ejusdem anni* § 6 *coram eodem* « ibi » *In materia jurispatronatus indifferenti omnes descendentes tam masculos ex masculis, quam masculos ex foeminis comprachendi. . . compertissimi juris est* ».

36 Ceterum illud scrupulum penitus omnem ea desuper re e cujuslibet sceptici quoque adimit animo, quod superius jam animadvertimus, tum Christinam nimirum tum Clientulam, licet foeminas, ad Joannis tamen Baptistae ultimi patronatus possessoris lineam spectasse, ac spectare, dum ad eam e contra neque Antonii liberi, sive Ferdinandus Dux Seminariae, neque Eques Antonius Spinelli ex March. De Fuscaldo ullatenus pertinent. Illud namque redit firmissimum, quod licet masculos foeminis praeferri in Apostolicis ejus litteris Paulus PP. III expressim jussisset (quod neque veritati undique congruit), non aliter tamen sibi locum id vindicaret, nisi masculis, ac foeminis in una, eademque linea existentibus. Secus quippe recentissimum in foro est, ubi pri-

mogenialia bona, vel jura in alicujus lineam fuerint ingressa, foeminas etiam ad eamdem lineam spectantes, quoad bonorum, vel jurium hujusmodi successionem a masculis ALTERIUS LINEAE minime repelli, lineae praerogativa iisdem favente. Affabre *Censal. observat. et addit. ad Peregrin. de fideicomm. art.* 23 « ibi » *Etiamsi testator declaret quod velit praeferri masculos foeminis id intelligitur existentibus masculo et foemina* IN EADEM LINEA; *si vero masculus est in diversa, et foemina* IN ADMISSA PRAEFERTUR SEMPER FOEMINA ».

37 Ac perbelle Card. *De Luca de fideicomm. discur.* 34 *n.* 6 « ibi » *Quoad primum regula assistebat foeminae* LINEÆ ADMISSAE, UT ILLAE IN BONIS QUAE IN PROPRIAM LINEAM INGRESSA SUNT EXCLUDANT MASCULOS ALTERIUS LINEAE, *quamvis ordo praelationis inter utrumque sexum per testatorem expresse adjectus esset, quoniam intelligitur discretive, et in propria linea;* REGULA NAMQUE EST QUOD BONA IN LINEAM INGRESSA AB ILLA NON EXEANT NISI OMNINO EVACUATA SIT, *ut antiquioribus relatis firmant etc. juxta quam regulam saepius atque saepius in plerisque causis obtinui, vel pro veritate respondi pro foeminis lineae admissa, aut scribendo in contrarium succubui* », *et in discur.* 42 *num.* 20 *eod. tit. de fideicommissis* « ibi » *Prinsquam dictae actrices vel earum viri hujusmodi litem assumerent plures clari nominis jurisconsultos consuluerunt, praesertim vero utrumque Allogradum patrem et filium, ut patet ex copioso consilio registrato. inter controversias Allogradii filii contror.* 38, *ubi tam sibi, quam aliis alterius progrediendo docte, atque elaborate probant quod ubi et jam contemplata esset agnatio, adhuc tamen fideicommissum conveniret istis foeminis, quae cessante praesertim concursu masculorum dicuntur etiam agnatae, ac succedunt in fideicommissis agnatitiis etiamsi expressam agnationis contemplationem haberent non obstante concursu aliorum filiorum masculorum* UTPOTE DE DIVERSA LINEA QUI PROPTEREA POSPONENDI ESSENT FOEMINIS HUJUS LINEAE PRIUS VOCATAE, ET ADMISSAE ».

38 Pressiusque S. Rota in *Jannen. seu Albinganen. Cappellaniarum* 20 *Novembris* 1758 § 13 *coram Ratta* « ibi » *Ex quo foeminae exclusae appareant in ingressu, inferre non licet eas fuisse etiam exclusas in* PROGRESSU, *praesertim ubi res est de* TRANSFERENDO JUREPATRONATUS A LINEA IN QUA JAMDIU RESEDIT, AD ALIAM, QUAE CONTENDITUR SUBSTITUTA », in *Faventina immissionis* 10 *Martii* 1825 § 5 *coram Emo De Cursiis, et in Romana primogeniturae et fideicommissi* 19 *Junii* 1829 § 6 *cor. Muzzarelli* « ibi » *Quando in uno-*

quoque genere aut agnatorum, aut cognatorum masculi praeferuntur foeminis, id intelligitur, **INTRA EAMDEM LINEAM**, *ita ut si in hac vel sint, vel spes sit, ut futuri sint, tunc alii masculi in aliena linea positi prohibeantur quominus ad primogenituram contendant* ».

39 Verum quorsum haec *in jure* disputo, dum praesto, Judices, *in facto* est solemnis, et absolutissima resjudicata, super ipsiusmet controversi patronatus pertinentia anno 1801 Christinae favore edita, quae mere accademicam disputationem id genus numeris jamdiu omnibus absolvit, diremitque? Porro Rectore suo ex obitu Scipionis Spinelli, secundogeniti Antonii filii, et Ferdinandi hodierni Seminarii Ducis adversarii fratris, SS. Fantini et Joannis Abbatia anno 1798 viduata, acris super illius patronatus jure non minus activo, quam passivo, Principissam inter Christinam, et singulos Antonii filios orta est contentio, *Summ. num.* 5 *et seqq.* Causa vero diu, longeque discussa consultissimum tandem decretum a die usque 21 Januarii 1801 prodiit, quo nedum solemni definitum est ritu « *che il diritto di nominare il Rettore nella Chiesa di S. Fantino, e S. Giovanni Teologo negli atti dedotto ha spettato, e si appartiene alla Illustre Principessa D. Cristina Spinelli, in tutto servata la forma della fondazione di Paolo III* » *Sum. num.* 8 *lit. A;* verum et illud insuper una simul est declaratum, nefas Antonii liberis, ac Dominico praesertim Spinelli Oppidi Comiti esse, molestiam ullam eidem inferre « *per la domandata spettanza del patronato passivo della Rettoria* », *ibid. litt. B.*

40 Et licet ab ejusmodi decreto victi omnes provocaverint, vel appellationi ab altero ex iis interpositae adhaeserint. *Sum. n.* 8, *et* 9, atque interjectae etiam provocationi nuncium postea miserit Seminariae Dux Cajetanus, *cit. n.* 8 *litt. B*, urgente tamen Christina, patronatus controversiam, serotina ea Cajetani re nunciatione omnino seposita, quoad ceteros praesertim litis consortes ad juris tramites dirimi *cit. n.* 9 *litt. B*, *et C*, novum prodiit Appellationis Collegii decretum ejusdem votis plenissime adhaerens, et contrarias singulas reiiciens querelas *Sum. n.* 10 *et* 11. Eoque imo **IN REM** postea absolutissimam **JUDICATAM** transacto, Christina denuo id postulante, *Sum. n.* 12, exequutoriale tandem accessit decretum conceptis iterum statuens verbis « *che il diritto di nominare il rettore nella Chiesa di S. Fantino, e S. Giovanni Teologo dedotto negli atti ha spettato, ed appartiene alla illustre Principessa D. Cristina Spinelli,* » *Sum. n.* 13 *litt. A*, passivumque rursus patronatus jus reiiciens in judicium deductum « *ad istanza del Com-*

mendatore di Oppido D. Domenico Spinelli, « ac » *di detti illustri D. Ottavio, e D. Luigi « ibid. litt. B* » ac facultatem una simul Christinae tribuens proprio lubitu nominandi « *il rettore di detta Badia di S. Fantino e S. Giovanni Teologo* » ad tramites » *dei decreti dei* 22 *Gennaro, e* 18 *Giugno corrente anno » cit. n.* 13 *litt. C.*

41 Num autem post rem hujusmodi editam judicatam, quam diuturna etiam annorum fere QUINQUAGINTA silentio adversarii singuli comprobarunt, ambigi hodie, Judices, valet, controversum patronatus jus una cum primogenialibus ceteris Cariatensis familiae bonis, Jo. Baptista sine masculis liberis defuncto, non in secundogeniti quidem Antonii lineam, ejusque filios licet masculos, vel agnatum forte alium, sed in unam primogenitam ejusdem Joannis Baptistae neptem Christinam, et ex Pontificiae concessionis lege migrare debuisse, et re, ac facto fuisse reapse translatum? Oppido aut leges quibus vivimus, despici valent impune, qua sane nihil absurdius, aut calumniae proximum est optimum Clientulae jus in discrimen hodie adducere conari: sive controversiam re jamdiu judicata absolutam e cineribus rursus ad vitam revocare. Nemo siquidem est adeo hospes, ac peregrinus in foro, quem lateat, remjudicatam pro veritate haberi; neminique amplius licere, quae fuerint semel ab ea definita obiter etiam, atque incidenter oppugnare ad *text. in leg.* 207 *ff. de rejudicata.*

42 Culmen demum, fastigiumque rei imposuit subsequens observantia, sive ultimus patronatus status. Compertissimum siquidem in facto est, ac vel ipsa Miletensis testatur sententia, Josephum Spinelli S. Hierosolymitani Ordinis equitem, qui NOVISSIMUS fuit SS. Fantini, et Joannis Theologi Abbatiae Rector, et ad annum usque 1837, quo ex vita tandem is demigravit, et singula ejusdem Abbatiae bona in administrationem sibi concedi Marchio Januarius Spinelli a S. Sede obtinuit, illius possessionem constantissime retinuit, nonnisi ab una PRINCIPISSA CHRISTINA atque in sequelam rei judicatae anno 1801 ejusdem favore editae, nominationem suam retulisse, ceu videre est tum in *Sum. n.* 4 *litt. B*, tum *in Sum. n.* 16. Si ea itaque una in novissima Abbatiae vacatione patronatus jus sibi rejudicata tributum pacifice exercuit, nemoque ex adversariis, licet masculis, eodem e contra jure usus hactenus est, ceteris etiam sepositis, id unum equidem satis foret, superque ne de legitima Christinae possessione turbam ullam ciere in praesentiarum liceret. Praeterit quippe neminem, in beneficialibus, ac patronorum controversiis ultimum rerum statum potissimum attendi, punctumque veluti omne ferre.

43 Ita litterales edocent *textus in cap. querelam de electione, et cap. consultatio de Jure Patronatus*, quibus perbelle plaudit *Fargna de jurepatron. par.* 2 *can.* 26 *cas.* 1 *n.* 33 « ibi » *Nihil magis obvium est, nisi quod* **IN BENEFICIALIBUS ULTIMUS STATUS SEMPER PRÆVALET ET ATTENDITUR** » adhaesitque perpetuo Sacrum Rotae Tribunal, ac potissimum in *Camerinen. Beneficii* 26 *Junii* 1818 § 9 *cor. Serlupi* « ibi » *Nemo ignorat,* **ULTIMUM STATUM IN RE BENEFICIARIA INSPICI OPORTERE,** *ut ei tribuatur institutio, quem patroni illi praesentaverint, qui juxta ultimum statum in quasi possessione juris praesentandi versarentur. Verulana Institutionis* 3 *Julii ejusd. anni* § 4 *cor. Odescalchi* « ibi » *Praeclare Textus etc. sanxere servandum esse* **ULTIMUM STATUM JURISPATRONATUS,** *quando Patronus est in quasi possessione praesentandi, adeo ut etiamsi quaestio sit de jurepatronatu, tamen instituendus ille sit, qui est praesentatus a patrono existente in quasi possessione praesentandi; et Lauretana Institutionis Canonicatus* 12 *Aprilis* 1850 § 4 *cor. Bonini* « ibi » *Ultimus status ex novissima praesentatione scatens quasi possessionem patronorum indigitat, quae in hujusmodi judiciis praevalere debet ex communi doctrina* ».

44 Legitimo autem Christinae jure tali pacto, ac luculentissime vindicato, quoad Clientulam etiam Margaritam primogenitam ejusdem Christinae filiam, satis jam orata causa est. Quae cuncta enim ad optimum illius jus demonstrandum fuso hactenus calamo enucleavimus ea Clientulae pariter favent, et adversariis fere singulis obstanti. Nedum enim Margarita ad eamdem primogenialem Christinae lineam pertinet, unde ceterum sunt alienissimi tum Ferdinandus, tum Antonius; ab eaque imo recto tramite descendit, ac prae ceteris cunctis ejusdem liberis orta est, veluti ex genealogico patet schemate, verum gradu etiam ei longe est proximior, duplicique proinde quoad *Ferdinandum et Antonium*, tum **LINEÆ** tum **GRADUS** praerogativa pollet. Quo vero ad *Alfridum*, licet ad eamdem Christinae lineam, non secus ac Clientula, ipsemet pertineat, utpote ab uterina hujus prole Sophia genitus cum tamen Margarita vincit, tum *gradus* proximioritate tum *nativitatis anterioritate*, atque *aetate*. Eumque primo vincit *gradus proximioritate* dum ea enim, tamquam ejusdem Christinae filia, **PRIMUM** in descendentali hujus linea occupat gradum, nonnisi **SECUNDUM** Alfridus ejusdem nepos obtinet locum. Vincit autem eo vel fortius *aetatis praerogativa*, sive *nativitatis anterioritate*. **PRIMOGENITA** enim Christinae filia est Margarita, nec nisi ex **QUARTOGENITA** Sophia cujus personam ipsemet gerit, ortum e contra habet Al-

fridus, quod unum aedepol satis ad judicium pro Clientula ferendum.

45 Ita vulgatissima fert jurisprudentia, quam perbelle edocet Rota in *Romana Primogeniturae Juniperae Muti de Papazzuris quoad primum dubium super quinto capite sententiae arbitramentalis* 27 *Februarii* 1818 § 5 *cor. Bussio* « ibi » *Ac prime QUOAD AETATEM, cum agatur de primogenitura, quam duo simul obtinere nequeunt, quod sit individua, potior dari conjectura nequit, quam ut is ex aeque proximiori foemina descendens praelatus a Testatrice censeatur, qui* EX FOEMINA, QUÆ ÆTATE MAJOR EST DESCENDAT. *Atque idcirco pro norma succedendi in primogenituris AETAS EST quarta praerogativae qualitas ab Jurisconsultis jugiter requisita* »

46 Neque minus quidem duplex isthaec, tum *gradus*, tum *aetatis* praerogativa, Clientulae faveret, licet masculum ejusdem Christinae filium *Hernestum*, improlem post matrem defunctum, veluti ultimum primogeniturae possessorem spectare luberet. Quoad eum siquidem pariter, et *gradu proximior* tamquam ejusdem *soror*, renunciari Margarita meretur, dum ejusdem tantum *nepos* Alfridus econtra est; ceu calculanti cuilibet patet; et firma insuper acque manet **PRIMOGENITAE** Christinae filiae, atque ipsius Hernesti sororis qualitas Clientulae inhaerens unde *aetatis* potioritas oritur. Prout Sophiam enim sororem suam natu minorem dubio procul Margarita vicisset, sic adversario ipsius Sophiae filio debet eadem hodie praeferri; ita etiam ferente decreto consultissimo, quoad primogenialia cuncta Cariatensis gentis bona a supremo Siciliarum Regis Ministrorum Consilio edito, ac Principali quoque placito roborato *Sum. n.* 14 *litt. A.* Si ambigi quippe post supremam hujusmodi vulgatam decisionem nec leviter valet, primogenialia omnia jura inclytae Cariatensis domus, Hernesto sine liberis defuncto, non in Alfridum quidem ejusdem nepotem fuisse translata, sed ex integro prorsus migrasse in D. MARGHERITA SPINELLI MARITATA IN FRIOZZI » *cit. litt. A*, qui fieri, Judices, potest, ut diversum hodie quoad controversum patronatus jus, ad unum primogeniturae possessorem dubio procul pertinens, feratur judicium? Jure ergo, ac merito ejusmodi Clientulae jus adversus contradictores singulos Miletensis Curiae vindicavit sententia, *Sum. n.* 16 *litt. A*, eamque albo undique calculo Patres Sapientissimos probaturos hodie speramus veluti effusis denuo precibus rogamus.

Quare etc.

PETRUS ROSSI ADV.

RAPHAEL BORGHI

SACRA
CONGREGATIONE CONCILII

SIVE

R. P. D. QUAGLIA

SECRETARIO

MILETEN. JURISPATRONATUS

Pro

Excma D. Margarita Spinelli Principissa Cariati

Contra

Excmos DD. Ducem Ferdinandum Spinelli, Comitem Julium Ricciardi nom. etc., et Eq. Antonium Spinelli Ducem Mariannellae



RESTRICTUS FACTI ET JURIS

CUM PRÆTERITO SUMMARIO, SCHEMATE GENEALOGICO, ET SUMMARIO ADDITIONALI

Pro Congregatione diei 1 *Decembris* 1855.

ROMA

STABILIMENTO TIPOGRAFICO in via del Corso num. 387.

1855

MILETEN.

JURISPATRONATUS

STANTIBUS ETC.

DUBIUM

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu etc.



Eminentissimi, et Reverendissimi Patres

1 Proposita ejusmodi causa in comitiis diei 28 Aprilis labentis anni dubii formulae ita conceptae « *An sententia Curiae Episcopalis Mileti sit confirmanda, vel infirmanda in casu etc.* » vere inopinatum Emi Patres dederunt responsum « *Negative ad primam partem, affirmative ad secundam* ». Ut libere tamen dicam, quod sentio, ab omni aequitatis, et justitiae ratione hujusmodi abhorret resolutio. Ea enim PUGNAT PRIMUM, Judices, cum solemni partium TRANSACTIONE ab anno usque 1795 signata, ac jugiter, et perpetuo servata, cujusque validitatem, et exequutionem Ferdinandus ipsemet adversarius anno 1817 judicio vindicavit. PUGNAT RURSUS cum REBUS PLURIMIS JUDICATIS interea temporis, atque in acri partium certamine editis, quarum hercle vim, et auctoritatem nefas hodie est in discrimen vel leviter revocare. *Pugnat tertio*, non cum novissimo dicam beneficii statu; sed cum CONSTANTI, ac SEXAGENARIA rei OBSERVANTIA, vereque diuturna, et pacifica controversi patronatus POSSESSIONE, qua ab anno usque 1801 nobilissimae Clientulae linea fruitur. PUGNAT DEMUM cum integro Apostolicarum litterarum, quae patronatus jus Cariatensi Spinelliorum familiae tribuerunt, contextu, atque intrinseco praesertim ejus spiritu, ac legibus, unde praesidium ineptissime quaerit Ferdinandi defensor.

2 Alacres itaque redimus ad pugnam, neque ambigimus quidem, quin singulis orationis partibus, quas superius innuimus, fusiore calamo hodie enucleatis; aliorumque litigatorum commentis in ima defensionis cera funditus

profligatis a pandita sententia Sacrum sit recessurum Tribunal, tum optimo Clientulae jure numeris omnibus comprobato; tum albo undique calculo Militensis Curiae sententiae ejusdem favore editae adjecto. Antea quam vero opus hujusmodi absolvamus, factorum rursus praestat hystoriam recolere, quae ita se habet. Corruentibus ruralibus Ecclesiis SS. Fantino, et Joanni Theologo dicatis, et in Territorio Seminariae Miletensis Diaeceseos existentibus, Vir Nobilissimus Carolus Spinelli per id temporis Cariati Comes a Sa. Me. Leone Pontif. X. obtinuit, in correspectivitatem oneris ab eodem suscepti, tum utrumque templum vetustate fatiscens propriis sumptibus instaurandi, tum rebus cunctis ad eorum manutentionem, et divini cultus exercitium necessariis communiendi, tum eorum demum dotem augendi, *sibi, suisque haeredibus, et successoribus* activum earumdem Ecclesiarum patronatus jus in perpetuum concedi. *Sum. n.* 1. *Litt. A. B. et E.*

3 Vita functo Carolo, ac morte praevento, anteaquam susceptum impleret onus, unicus ejus filius Petrus Antonius, piissimum patris desiderium executioni cupiens committi, supplex Sa: Me: Paulum Pontificem III. rogavit, ut idem patronatus-jus sub iisdem conditionibus sibi « AC FILIIS, NEC NON DESCENDENTIBUS, ET CONSANGUINEIS INFRASCRIPTIS » denuo tribueret *ibid. litt. C.* Ejusque votis benigne obsequens Pontifex, Apostolicis litteris tertio calendas Octobris anni 1502 obsignatis, ita ejusdem petitioni adhaesit, ut controversum patronatus jus primo loco indulserit Petro Antonio, hujusque « ***FILIO PRIMOGENITO*** *masculo, ac ipsius primogeniti filiis masculis* ***DE PRIMOGENITO IN PRIMOGENITUM ET ILLIS NON EXISTENTIBUS ALIIS FILIIS*** (suis) ***EORUMQUE FILIIS*** ». Iis vero deficientibus deferri illud secundo loco jussit « *proximioribus de familia Spinelliorum consanguineis similiter masculis, et* ***DE PRIMOGENITO IN PRIMOGENITUM***, *ac deinde foeminis* » *cit. num.* 1. *litt. D. et F.*, facta iis singulis facultate, tum earumdem Ecclesiarum rectorem proprio lubitu nominandi, atque in id praesentandi « *personas idoneas etiam conjunctas, nec non filios seu fratres germanos, ac etiam clericali charactere dumtaxat insignitos* », tum ejusmodi jure fruendi, perinde ac Petro Antonio, ejusque « *filiis, et descendentibus, et consanguineis praefatis ex fundatione, ac plena de his, ac eorum bonis patrimonialibus facta Ecclesiarum hujusmodi dotatione quaesitum foret, et competeret* » *ibid. litt. G.*

4 Onera sibi injuncta religiose, et ad unguem implevit Petrus Antonius, atque ex utriusque Ecclesiae redditibus

unicum, simplexque sub Divorum Fantini, et Joannis invocatione erectum est beneficium, sive **RECTORIA** potius, et **ABBATIA**, cujus patronatus jus a Carolo II. primogenito Petri Antonii filio per masculinam, et primogenialem ejus lineam ad Scipionem III. Cariatensem Principem pervenit, veluti ex genealogico patet schemate, quod seorsim distribuimus. Rectore hinc suo anno 1765 eo viduato utens Scipio patronatus jure sibi competenti, ad ejusdem fruitionem elegit nepotem suum *Scipionem Spinelli* ex **SECUNDOGENITO** ejus filio **ANTONIO** Supremi Commercii Magistratus Praeside ortum, *Summ. num.* 2., germanumque fratrem **FERDINANDI SPINELLI** hodierni Seminariae Ducis, quem una cum ceteris adversarium experimur in praesens. E vivis vero Scipione III. erepto, prout in cetera cuncta primogenialia Cariatensis Spinelliae gentis bona, sic in controversum pariter juspatronatus plurimos inter ejusdem liberos, ex duplici ejus connubio genitos unus ejusdem primogenitus **JOANNES BAPTISTA** successit. Brevi tamen masculina ejusdem linea exaruit. Quamvis enim unicus ei masculus adnatus fuerit filius Scipio IV., duplexque hic duxerit uxorem, Margaritam scilicet Branciforte, et Catherinam Doria, patri tamen suo Joanni Baptistae praemortuus superstitem is reliquit filiam suam **CHRISTINAM** ex Margheritae nuptiis genitam, praeter uxorem Catherinam utero gravem, unde foemina altera Joanna post patris funus nata est, veluti cuncta fusius patent ex genealogico schemate seorsim distributo.

5 Animo hinc antevertens Christina, sive ejus potius Curator Gregorius Bisogni, masculina avi sui Jo: Baptistae linea post hujus obitum omnino deficiente, acerrimum ortum iri jurgium eam inter, et memoratum Antonii filium Scipionem quoad primogenialem Cariatensium bonorum successionem; preces utriusque Siciliae Regi porrexit: « *perchè compiaciuta si fosse di destinare un Ministro, il quale preventivamente esaminasse le pretensioni delle parti interessate in tale successione, e cercasse economicamente di comporle* » *Summ. num.* 3. *litt. A.* Cui sane annuens rogationi Princeps Clementissimus inclytum virum, Equitem *Xaverium Mariam d' Andrea* ab intimis ejus Consiliis, cujusque nomen pro elogio, ad ejusmodi dirimendam controversiam delegavit *cit. num.* 3. *litt. B.*, novis etiam, et amplioribus facultatibus post Joannis Baptistae obitum eidem tributis *ibid. litt. D.* Singulis autem utriusque partis juribus ad examen sedulo revocatis, laudum tandem suum Kalendis Junii anni 1793 delegatus Judex tulit, *cit. num.* 3. *litt. E.*, quod Suprema etiam, ac Principali auctoritate ab ipsomet Siciliarum

Rege fuit roboratum, *ibid. litt. F.*, facultate quoque in eumdem Regium Delegatum, ex novo Principis rescripto collata, vel declarandi, vel componendi jurgia caetera, quae editi decreti executionem respicerent *cit. n.* 3. *litt. G. et H.*

6 Ea autem fuit prolati judicii summa, quod scilicet « *la successione* DEI BENI, TITOLI, E DIGNITA' DELLA CASA DI CARIATI *per la morte dell' ultimo defonto Principe di Cariati D. Gio: Battista Spinelli* », non ad secundogenitam quidem Antonii lineam spectaret, sed « ALLA NOMINATA ECCELLENTISSIMA SIG. PRINCIPESSA *di Cariati* D. CRISTINA SPINELLI, DI LUI NIPOTE PRIMOGENITA EX FILIO PRAEMORTUO » *ibid. litt. I;* eique pariter uni forent tribuenda PRIMOGENIALIA omnia nobilissimae ejusdem gentis bona *ibid. litt. K. et seq.*; juribus tantum nonnullis favore Scipionis reservatis quoad majoratum duplicem annis 1640, et 1694 a Joanna de Capua, et Isabella Spinelli conditum; et quoad *secundogenituram* anno 1704 a Joanne Baptista Spinelli institutam *cit. num.* 3 *litt. N. et seqq.* Hujusmodi vero decretum nedum ratum, acceptumque numeris omnibus habuit Scipio, *cit. num.* 3 *litt. G*, verum in ejus quoque executionem publicae, solemnesque transactionis tabulae ad diem vigesimam Decembris anni 1795 partes inter sunt obsignatae, quas benigne recolere Eños Patres deprecamur in *cit. num. per tot.*, ac validas insuper renunciari, suaeque executioni committi, caeteri etiam Scipionis fratres, ac FERDINANDUS praesertim ipsemet hodiernus Seminariae Dux impetrarunt *test. Summ. num.* 4.

7 Ex iis siquidem patet Judices, post amplissimum utrinque nuncium missum « *a qualsivoglia istanza, memoriali, e decreti, ed a tutti gli atti fatti in qualsivoglia Tribunale, per causa delle di sopra descritte azioni e pretensioni dedotte, e non dedotte* » *cit. num.* 3 *litt. S. et T*, illud nominatim fuisse quoad primogenialia Cariatensis Spinelliae gentis bona partes inter conventum, « *che sia lecito ad essa Eccellentissima SIGNORA PRINCIPESSA di Cariati D. Cristina Spinelli di comparire nella gran Corte della Vicaria, ed ivi anche a tenore, e per esecuzione del menzionato decreto interposto a di 1 Giugno 1793 dal sudetto Signor Consigliere D. Saverio Maria D'Andrea Delegato, agire, domandare, ed ottenere in suo beneficio il decreto di preambolo dell' ultimo defonto Principe di Cariati D. Gio: Battista Spinelli suo avo paterno in tutti i beni così feudali, e burgensatici dell' Illustre Casa di Cariati, TITOLI, ONORI, PREROGATIVE, E DIGNITA' DELLA MEDESIMA* » ibid. lit. U;

solemni etiam, ac jurata declaratione a Scipione emissa, « *che per la morte del suddetto Principe di Cariati Don Gio: Battista Spinelli alla memorata Signora Principessa D. Cristina, come di lui Nipote primogenita ex filio praemortuo spetta la successione dei beni, titoli, dignità della Casa di Cariati* » *cit. num.* 3 *litt. V*. Quo vero ad bona caetera eidem Scipioni tributa, illud speciali cautum est pacto, quod in extinctionem jurium omnium ei, ejusque successoribus competentium cospicuam ducatorum 150,000 summam rependere iis teneretur Christina, integrumque insuper foret iis jus titulo Seminariae Ducis utendi Antonii linea vigente, sive (ut iisdem utar conventionis verbis), *fino a che ci siano maschj, e femmine di Casa Spinelli discendenti da detto Sig. Presidente D. Antonio* » *ibid. litt. Y.*

8 E vivis inde Scipione elato secundogeniti Antonii filio, atque ex avi nominatione Abbatiae SS. Fantini, et Joannis possessore, novi ejusdem Rectoris electioni factus locus. Quod licet jus ad unam Principissam Christinam dubio procul spectaret, defuncti tamen Scipionis fratres *Cajetanus, Octavius*, aliique utpote ad masculinam, non tamen primogenialem, Cariatensis domus lineam pertinentes, sibi vindicare proposuere. Re autem in judicium adducta interloquutorium quidem decretum ad diem 17 Septembris 1798 a Regio Judice Vanvitellio subripere initio ii valuere, quod patronatus controversiam ordinaria methodo dirimi jussit, « *intesi tutti gl' interessati* », atque interim sequestro subjici praecepit bona cuncta ad memoratum beneficium spectantia *Summ. num.* 5 *litt. A*. Decreti vero hujus revocationem Principissa Christina postulante, *Summ. num.* 6, illud potissimum propugnandum ea suscepit, tum ex re nimirum judicata a Regio Judice Delegato anno 1793 edita, et accepto undique habita, tum ex concordiae tabulis postea obsignatis, non ad Antonii quidem lineam, sed ad eam econtra unam controversum patronatus jus pertineret; *cit. num.* 6 *litt. B. et seq.*

9 Neque incassum quidem. Ad trutinam enim coram *Suprema* Aula, per id temporis nuncupata « *udienza generale di guerra, e CASA REALE* » ex regii fori privilegio litigatoribus singulis competente, *Summ. Add. num.* 1, causa revocata, post acrem, diuturnamque disceptationem consultissimum ad diem 21 *Januarii* 1801 prodiit decretum solemni ritu declarans: « *che il diritto di nominare il Rettore nella Chiesa di San Fantino, e S. Giovanni Teologo negli atti dedotto HA SPETTATO, E SI APPARTIENE ALL'ILLUSTRE PRINCIPESSA D. CRISTINA SPINELLI in tutto servata*

la forma della fondazione di Paolo III. » *Sum. num.* 7 *litt. A.* Quin imo quum in una, eademque contentione caeteri Cajetani Spinelli fratres natu minores, ac potissimum Oppidi Comes, et Commendator Dominicus Spinelli, *passivum* quoque patronatus jus sibi vindicare praesumerent, uno hinc, eodemque decreto abnormem pariter petitionem id genus Regii Judices rejecerunt, illudque expressim mandarunt, « *che la suddetta illustre D. Cristina non si molesti ad istanza del Commendatore di Oppido D. Domenico Spinelli per la domandata spettanza del patronato passivo della Rettoria come dagli atti* » *cit. num.* 7 *litt. B.* Quamvis autem animo haud fractus ab aequissimo ejusmodi decreto Cajetanus praesertim Spinelli initio provocaverit ejusque appellationi fratres postea ceteri adhaeserint: litemque etiam ad alteram ejusdem Regiae Aulae sectionem detulerint, *Summar. num.* 8 *litt. A.*; mutato tamen repente consilio, suique pessimi juris conscius amplissimam causae renunciationem in pervigilio illius propositionis emisit Cajetanus *cit. num.* 8 *litt. B.*

10 Seposita vero renunciatione ea, utpote serotina, et a litigatoribus singulis haud emissa; sua censuit interesse Principissa Christina illius nullitatem urgere, causamque inde instituit memorans primo, Cajetani ejusdem fratres natu minores dirimi « *a termini di giustizia* » *Sum. num.* 9; quod sane facile impetravit. Post interloquutorium siquidem editum decretum jubens Cajetani renunciatione posthabita « *procedersi alla discussione delle . . . nullità* » *Summ. num.* 10 *litt. B*, definitivam reapse sententiam sub una eademque die 18 Junii 1801 Supremum tulit Tribunal quae confirmationis undique robur judicio antea reddito adjecit *Summ. num.* 11 *litt. A*, reique absolutissimae judicatae auctoritatem sibi vindicavit. Eique reapse freta Christina ad judicem Vanvitellium rei judicatae exequutorem rediit, *Summar. numer.* 12, factaque referens singula, quae ad eam usque diem contigerant, *cit. numer.* 12 *litt. A. et seq.*; illudque potissimum recolens, quod novissimum scilicet Supremi Tribunalis decretum ejusdem favore latum « HA FATTO PASSAGGIO IN COSA GIUDICATA » *ibid. litt. D*; nedum petiit congrua jussa edi, ut sibi uti impune liceret « *del diritto suo nel nominare per Abbate della rammentata Badia CHI LE TORNA PIU' IN GRADO . . . . senza potersi opporre verun altra eccezione, o pretensione da chicchessia,* » verum insuper immitti postulavit « *al possesso de' Beni appartenenti a detta Badia il soggetto, che dall' Illustre Principale sarà nominato per Abbate* » *cit. num.* 12 *litt. E.*

11 Cui sane aequissimae petitioni adhaerens Judex novum sub die 27 ejusdem mensis tulit decretum, quo in exequutionem « *dei citati decreti di detta generale udienza di Guerra*, *e Casa Reale* ***PASSATI IN COSA GIUDICATA*** » expressim rursus declaravit, quod » *il diritto di nominare il Rettore della Chiesa di S. Fantino, e S. Giovanni Teologo dedotto negli atti ha spettato, ed appartiene all'illustre Principessa D. Cristina Spinelli in tutto servata la forma della fondazione di Paolo III. Sum. num.* 13 *Lit. A*, illudque insuper nominatim sancivit nullum prorsus jus litigatoribus singulis competere «*per la rispettiva domandata spettanza del patronato passivo della suddetta Rettoria cit. n.* 13 *Litt. B;* amplissima facultate eidem Christinae tributa proprio lubitu nominandi « *il Rettore di detta Badia di S. Fantino, e San Giovanni Teologo, in tutto servata la forma dei precitati decreti dei* 22 *Gennaro, e* 18 *Giugno corrente anno* 1801 *ibid. Lit. C.* Atque ejusmodi quidem jure ea utens nominationem suam in Clericum Josephum Spinelli S.Hyerosolimitani Ordinis equitem contulit *Summ. Ad. n.* 2; qui coram ECCLESIASTICA inde Mileti Curia institit, et validam eam renunciari, et Abbatiae possessionem sibi tribui *Sum. Ad. n.* 3.

12 Rebus cunctis ad severissimam trutinam revocatis; singulisque, quorum intererat, programmatum ope monitis interloquutorium primo decretum Miletensis Antistes signavit quo « *nominationem, et praesentationem praedictam fore, et esse admittendam jussit, si et in quantum, et prout de jure, cit. n.* 3 *litt. A.* Consultissima vero EJUSDEM CURIÆ prodiit inde sententia, quae tum rei judicatae mox memoratae, tum arbitri judicio anno 1793 edito, tum transactionis demum tabulis haerens anno 1795 conscriptis solemni ritu statuit « *constare de jure patronatus favore dictae Excmae D. Principissae Cariati, uti descendentis a fundatore, ideoque nominationem, et praesentationem praedictam ut supra a memorata D. Christina favore Excmi D. Equitis D. Josephi Spinelli factam admittendam, et confirmandam fore, et esse, bullasque institutionis expediendas cum omnibus juribus, honoribus, et oneribus* » *Sum. Add. n.* 4 *lit. A.* Ac nemine quidem a nova ejusmodi ECCLESIASTICI, et legitimi Judicis sententia provocante, tum institutionis suae litteras *Sum. Add. n.* 5, tum veram, ac realem beneficii possessionem, *Summ. Add. n.* 6 in plenissimum illius exequutionem assequutus est Joseph, eamque dum in humanis fuit, sive ad annum usque 1837 pacifice retinuit.

13 Naturae autem per id temporis jamdiu cesserat Christina pluribus quidem relictis liberis, Clientula nimirum

praeclarissima **MARGARITA SPINELLI**, nobili viro Marchioni Laurentio Friozzi nupta, et Carolina Ducis Lauriti uxore ex priore ejus ortis conjugio cum March. Nicolao Spinelli de Fuscaldis inito; *et Hernesto*, *Alberto*, ac *Sophia* ex altero ejus viro Marchione Januario Spinelli de Fuscaldis germano Nicolai fratre genitis. Ex iis vero singulis unus **HERNESTUS**, tamquam primo genitus ejusdem Christinae filius, prout universa primogenialia Cariatensis familiae bona sic controversi pariter beneficii jus patronatus sibi vindicaverat. Ejusmodi itaque utens jure Januarius libellum supplicem ejusdem nomine Sa. Me. Gregorio PP. XVI porrexit, asserensque in eo « *ejus filium Hernestum ex morte suae genitricis Christinae* ***PATRONATUS JURE POLLERE*** *in beneficium sine animarum cura quod rectoriam appellant, in praesentia rectore carens, atque a Sanctis Fantino, et Joanne Theologo nomen habens* » *Summ. Add. num.* 7 *in princ.*, Summum rogavit Pontificem, ut ejusdem Abbatiae bona « *memoratus Hernestus* (licet laicus) *perfrui posset* » *cit. n.* 7 *lit. A.* Quod licet a Pontificis benignitate impetraverit; rem tamen omnem Miletensi Curiae Sacratissimus Princeps ita censuit ablegandam, *ib. lit.B*, ut expressim etiam in Pontificio Brevi declaraverit « *hisce litteris patronatus juris, quod praefertur, approbationem* suam sese minime adjungere, sed narratorum veritatem coram Miletensi Antistite esse comprobandam *cit. n.* 7 *lit. C.*

14 Ac Pontificii quidem indulti aequitate cognita ex **PATRONATUS** adamussim jure hausta Hernesto competente, *Summ. Add. n.* 8 *litt. A, et B*, nec leviter quidem Siciliarum Rex primum haesit suprema ejus sanctione illud communire *cit. num.* 8 *lit. C, et num.* 9. Intimiore vero rei cognitione ad **ECCLESIASTICAM** *Miletensem* Curiam postea delata exequutorium illico prodiit ejusdem decretum *Summ. Add. num.* 10 *lit. B*, ubi verbis omnino cubitalibus Miletensis Antistes declaravit luculenter erumpere ex actis « *esistenti in questa Curia Vescovile . . . . . che il patronato attivo, e passivo del suddetto beneficio semplice, ossia Badia vacante oggi per la morte dell'Eccmo Cavaliere Gerosolimitano fu D. Giuseppe Spinelli ultimo possessore* ***SI APPARTIENE ESCLUSIVAMENTE AL PRINCIPE DI CARIATI***; *per cui coll'anzidetta Pontificia concessione, anzi che inferirsi pregiudizio a chicchessia, si giova* ***L' ATTUALE PATRONO*** » *cit. n.* 10 *lit. A.* Et licet brevi immatura morte peremptus fati munus impleverit Hernestus, facile tamen sub eodem patronatus juris ad Christinae liberos spectantis obtentu Pontificium idem indultum

usque ad obitum suum prorogari Januarius obtinuit, *Summ. Add. n.* 11, 12, 13 *et* 14; ejusque reapse beneficio donec sospes ipsemet fuit, ab omni procul contentione gavisus est.

15 Interea vero temporis ALBERTO etiam, masculo altero Christinae filio, sine liberis defuncto, ac masculina proinde ejusdem Christinae linea penitus extincta, acris orta fuerat contentio inter primogenitam ejus filiam MARGARITAM, Comitem *Alphridum Ricciardi*, ex Sophia Spinelli praedefuncta Clientulae scrore, Camaldulensium Comiti Julio Ricciardi nupta ortum, et *Equitem Antonium Spinelli ex Marchionibus de Fuscaldo* germanumque Nicolai, ac Januarii fratrem, cuinam ex iis successio ad primogenialia cuncta utriusque Spinelliae gentis, tum *Cariatensis* scilicet, tum *Fuscaldiae* bona foret tribuenda. Controversiae autem hujus definitione ad Regiam primam Commissionem, et ad Supremum postea Siciliarum Regis Ministrorum Consilium ex principali etiam rescripto ablegata, rem omnem tandem diremit decretum consultissimum albo undique calculo a Supremo Principe probatum, quod refert *Sum. n.* 14. Illud enim sancitum in eo est « CHE IN QUANTO AI TITOLI DI CASA CARIATI, CIOE' IL PRINCIPE DI CARIATI DUCA DI CASTROVILLARO, CONTE DI OPPIDO, I MEDESIMI SIANO RICADUTI PER LEGITTIMA SUCCESSIONE IN D. MARGHERITA SPINELLI IN FRIOZZI » *cit. numer.* 1 *litt. A*, bonis ceteris a FUSCALDIA gente provenientibus ALFRIDO RICCIARDI tributis, *ibid. lit. B*, atque ex speciali dumtaxat Supremi Principis gratia Equiti Antonio Spinelli facultate concessa utendi titulo *di Duca di Marianella* » *cit. n.* 14 *lit. A B et C.*

16 Nescio tamen quo ductus consilio Eques Antonius Spinelli, licet jure quolibet, nedum super Cariatensibus, verum super Fuscaldiae etiam domus bonis destitutus, Januario tamen vix defuncto Apostolicam adiit Sedem, ac mendacissime blaterans, ad familiam suam pertinere jus patronatus superius memoratae Abbatiae SS. Fantiui, et Joannis Theologi, obreptitium, ac subreptitium impetravit rescriptum, quo Miletensi rursus Antistiti data est facultas, « *verificato prius . . . dicto jure patronatus ad praescriptum Concilii Tridentini* », ejusdem beneficii bonorum administrationem ad decennium ipsi largiendi *Summ. num.* 15 *litt. A.* Verum per id temporis coram eodem Miletensi Curia lis acerrima fuerat jamdiu contestata super enunciati beneficii collatione Clientulam inter Margaritam Cariati Principissam, eumdemque *Antonium Spinelli*; nec non Comitem *Julium*

Ricciardi, defunctae Sophiae virum uti legitimum Alfridi, aliorumque communium filiorum administratorem, ac *Ferdinandum* demum *Spinelli* Seminariae Ducem, ex quibus immo aliqui in fraudem patronatus juris ad Clientulam pertinentis unum etiam vel alterum in ejusdem Beneficii Rectorem ausi fuerunt nominare *teste Sum. n.* 16 *in princ.*

17 Ex regio itaque etiam rescripto Pontificii induli, non sine manifesta obreptione et subreptione ab Antonio impetrati executione in pendulo relicta, diu, longeque de patronatus pertinentia Clientulam inter, et adversarios singulos coram praefata Curia est disputatum; Universis tamen contrariis dispulsis commentis definitiva tandem prodiit sententia Clientulae undique propitia; conceptisque iterum verbis declarans : « *juspatronatum in Rectoria sub titulo SS. Fantini, et Joannis Theologi a Paulo III concessum Comiti Petro Antonio Spinelli, spectavisse, et spectare* **AD HODIERNAM CARIATI PRINCIPISSAM MARGARITAM SPINELLI**, *ideoque* **INSTANTIAS OMNES EQUITIS ANTONII SPINELLI, DUCIS FERDINANDI SPINELLI, COMITIS JULII RICCIARDI**, *qualitate prout ex actis, nec non praesentationes Sacerdotum Cajetani Grego de Neapoli, Petri Militano Civitatis Palmarum, atque hodierni Ducis Castrovillorum Josephi Friozzi, rejiciendas fore et esse,* » *cit. num.* 16 *lit. A ;* termino etiam Cariati Principissae una simul praefixo ad « *idoneum et habilem Rectorem seu Abbatem* nominandum; locique secus Ordinario facultate reservata eamdem Abbatiam conferendi « *jure devolutionis* » *ibid. lit. B.*

18 Causa vero ex provocatione ab Adversariis fere singulis interposita ad S. C. delata ; et in praefatis comitiis diei 28 Aprilis exeuntis anni proposita rescriptum prodiit Ferdinando undique amicum, quod in orationis hujus exordio retulimus, ac revocatum hodie iri speramus novo Clientulae favore edito responso : « *Recedendum a decisis, et sententiam Curiae Episcopalis Militensis esse confirmandam* », veluti eo, quo solemus, deprecamur obsequio. Quod ut assequamur, defensionem nostram in partes quinque dispartiemur, ac primam de **TRANSACTIONE**, postea de **REBUS JUDICATIS**; tertio de **JUGI, AC SEXAGENARIA OBSERVANTIA**; quarto **DE INTIMA CONTROVERSI PATRONATUS INDOLE**, *quinto* demum de peculiaribus **ANTONII, ET RICCIARDIORUM JURIBUS** disseremus. Sit itaque

§. I.

De transactione.

19 Illud porro in anteacto certamine statuit Sacrum Tribunal, Joanne Baptista sine masculis liberis defuncto, non in Christianam quidem primogenitam ejusdem neptem ex praedefuncto ejus filius Scipione IV ortam, illiusque descendentes, praesertim faeminas, sed in masculos dumtaxat germani ipsius Joannis Baptistae fratris liberos, quos inter Ferdinandus recensetur, controversum patronatum primogeniturae jure migrare debuisse. Quominus vero firma id genus resolutio valeat consistere, solemnis vetat transactio anno 1795 partes inter signata, et a Supremo etiam Siciliarum Rege auctoritate sua roborata, quam benigne recolere Eñios Patres deprecamur *in praeterit. Summar. numer.* 3. Ac re quidem vera ex transactionis hujus tabulis erumpit, controversia Christinam inter, et secundogeniti Joann. Baptistae fratris Antonii filios exorta quoad successionem in primogenialibus cunctis Cariatensis Spinelliorum familiae juribus, ac bonis, rem omnem ex Supremi Siciliarum Regis rescripto, communique partium accedente consensu fuisse ablegatam ad Regium Delegatum, inclytumque virum Equitem Xaverium Maria De Andrea, *citat. numer.* 3 *litt. A*, qui solemni tandem ritu definivit, primogenialem successionem, nedum bonorum, verum etiam « DEI . . . . . . TITOLI, E DIGNITA' DELLA CASA CARIATI » post Joannis Baptistae obitum, fuisse pleno jure delatam, non in masculinam quidem lineam secundogeniti ejus fratris Antonii, unde causam habet Ferdinandus, sed « ALLA NOMINATA ECCELLENTISSIMA SIGNORA PRINCIPESSA D. CRISTINA SPINELLI DI LUI NEPOTE PRIMOGENITA EX FILIO PRÆMORTUO » *cit. n.* 3 *litt. I.*

20 Sic pariter et illud insuper ex iisdem tabulis patet nedum editum hujusmodi judicium ratum, acceptumque successorum etiam suorum nomine a primogenito Antonii filio Scipione, (cujus personam in praesens gerit Ferdinandus), fuisse undique habitum, verum TRANSACTIONIS etiam nomine fuisse partes inter conventum, « *CHE DALLA GRAN CORTE della Vicaria debba interporsi* » opportunum immissionis decretum « *in beneficio dell' Eccma Signora Principessa di Cariati Donna Cristina Spinelli*, « tum » *IN TUTTI I BENI così feudali, che burgensatici della casa di Cariati*, « tum potissimum ad universos « *TITOLI, ONORI, PREROGATIVE, E DIGNITA' DELLA MEDESIMA* . . . . . ,

senza ch'esso D. Scipione Spinelli ci si possa in modo alcuno opporre » *ibid. litt. S, et U*, explicita quoque ac jurata declaratione ab eodem Scipione rursus emissa « *per maggior cautela . . . . , che per la morte del sudetto Principe di Cariati D. Giovanni Battista Spinelli alla nominata Signora Principessa D. Cristina*, *COME DI LUI NIPOTE PRIMOGENITA EX FILIO PRÆMORTUO SPETTA LA SUCCESSIONE DEI BENI, TITOLI, DIGNITA' DELLA CASA DI CARIATI* » *ibid. litt. V.*

21 Et illud demum ex iisdem tabulis eruitur, tum nuncium amplissimum fuisse a contrahentibus missum « *ad ogni, e qualunque protesta, ed atto protestativo anche clandestino da loro, o d'altri in di loro nome, fatto, o faciendo contro la forma di questo istromento di transazione, convenzione, e concordia* » nec non « *a tutti gli atti per tal causa fatti in qualsivoglia Tribunale, e specialmente agli atti fatti nella suddetta delegazione avanti il mentovato Signor Consigliere D'Andrea . . . . . dichiarando tutti i sopradetti atti per cassi, irriti, e nulli, e come non fatti, fermi soltanto restando per la validità, fermezza, ed efficacia della presente transazione, convenzione, e concordia* « *ibid. litt. S.* » tum ex speciali partium conventione transactionem ipsam fuisse Regia sanctione, et approbatione munitam, *citat. litt. S in fine*, eamque insuper perpetuo servaturum Scipionem spopondisse « *per se, e per i suoi eredi, e SUCCESSORI CHIAMATI ut supra* », lege etiam nominatim adjecta, « *che se mai contravvenendo a quanto si è stabilito di sopra, tanto esso, quanto i suoi eredi, E SUCCESSORI CHIAMATI UT SUPRA in qualsivoglia tempo venissero, o pretendessero venire contro la presente transazione, convenzione, e concordia, non possano in modo alcuno farlo, nè possano essere intesi in giudizio* » *ibid. litt. Z.* Actis autem hisce singulis, tanta equidem solemnitate gestis, effrenisque praesertim transactionis hujus tabulis firmis, atque immotis manentibus, quo, obsecro, pacto adversario in praesentiarum licet controversum patronatus jus sibi vindicare, quod utpote natura sua primogeniale, et ad Cariatensem familiam dubio procul spectans, Principissae Christinae, ejusque descendentibus fuit plenissime in iis tributum?

22 Neque cavillandum, transactionem eam Ferdinando proprio met jure ad patronatus fruitionem vocato minime obesse. Quis enim primum est in jurisprudentia nostra hospes adeo, ac peregrinus, quem lateat transactionem fideicommissario etiam, vel primogeniali desuper jure cum legitimo successore, **BONAQUE FIDE** initam, ce-

teros etiam vocatos afficere, quamvis proprio jure vocatos? Rem acuti veluti tangunt. *Eugubina Census super fructibus, et expensis* 29 *Januarii* 1816 §. 9 *coram Piccolomini* « ibi » *Agitur de transactione, quae non modo nullum primogeniturae attulit detrimentum, sed imo etiam magnam utilitatem : quibus sane in terminis etiam jure proprio ad fideicommissum, vel primogenituram venientes, transactionem veluti ex justa causa ab herede gravato initam observare tenentur. Tusculana Reintegrationis* 23 *Junii* 1817 § 14 *coram Serlupi* « ibi » *Transactio, qua tanta utilitate, si ab herede etiam gravato conciliata fuerit, successores fideicommissarios jure proprio venientes aeque afficit* ».

23 Hisce autem illud insuper accedit gravissimum, ac vere peremptorium quod adversarius ipsemet nedum in universa, atque hereditaria ejusdem Scipionis jura successit, ejusque proinde factum oppugnare amplius nequit, verum illius transactionis compendio, tituloque praesertim Seminariae Ducis, singulis Antonii liberis in ejusdem tabulis tributo *citat. numer.* 3 *litt. S*, pacifice in praesentiarum fruitur, atque ipsius transactionis nullitatem anno 1817. Christina propugnante, illius validitatem, et efficaciam judicio vindicavit teste *Summar. numer.* 4; Qua fronte enim ei licet tabulas eas, tamquam a se alienas despicere, quas ceterum constat facto suo, non extrajudiciali solum, verum etiam solemni, judiciali, et eloquentissimo, ratas, et acceptas plenissime eum habuisse, numerisque omnibus comprobasse? Oppido quod semel placuit amplius nequit displicere, neminique licet consilium suum in alterius injuriam, ac detrimentum immutare ad *text. in Leg.* 75 *ff. de reg. jur.* Si Ferdinando itaque anno 1817 placuit transactionem a Scipione initam approbare, illiusque exequutionem flagitare, victorque etiam abiit e praelio, vel ipsa naturalis prohibet ratio, quominus ejusdem vim, et efficaciam in discrimen hodie valeat adducere.

24 Eo vero minus ambigendum, quin sub amplissima ea Regii Delegati declaratione, ac solemni, et explicita partium conventione, qua cubitalibus sancitum est verbis, ad Christinam dumtaxat spectare « *la successione* DEI BENI, TITOLI, E DIGNITA' DELLA CASA DI CARIATI », ac rursus » DI TUTTI I BENI, *così feudali, e burgensatici dell' illustre Casa di Cariati*, TITOLI, ONORI, PREROGATIVE, E DIGNITA' DELLA MEDESIMA » *Summar. numer.* 3 *litt. Q. S. U*, *et V*, controversum etiam patronatus jus fuerit comprehensum. Num enim initio in judicio super ejusdem transactionis validitate, aut nullitate anno 1817 partes in-

ter acto, *Summar. num.* 4. EERDINANDUS IPSEMET ad praetensam ejus reiiciendam laesionem pro aris, ac focis haud propugnavit, ac feliciter quidem Judicibus haud insinuavit « *all'occasione che essendo vacata la Badia eretta sotto il titolo de' Santi Giovanni Teologo, e Fantino alla stessa aspiravasi dal cennato Duca di Seminaria che venne escluso per la sola circostanza, che colla mentovata transazione TUTTI I TITOLI, DIGNITA', ED ONORIFICENZE* (adeoque controversum etiam jus patronatus) *ERANO RIMASTI ALLA PRINCIPESSA DI CARIATI* » *citat. num.* 4 *litt. B?* Si adversarius itaque ipse ad transactionis validitatem sustinendam anno 1817 tuendum suscepit, fuisse jamdiu agnitum, probatumque sub verbis adamussim iis « DI TITOLI, ONORI, PREROGATIVE, E DIGNITA' » controversum etiam patronatus jus contineri, atque exceptionem quidem id genus a Judicibus reapse obtinuit probari, nefas hercle ei hodie est rei hujus veritatem oppugnare. Translatitium quippe in jure est, nemini licere confessioni propriae resistere, aut revoluto pallio aspernari, idem jus sibi dici, quod adversus alium dici obtinuerit, veluti integer edocet Digestorum titulus *quod quisque juris in alium statuerit, vel dici obtinuerit, eo et ipse utatur.*

25 Ceterum hoc etiam omnino seposito, quid aliud, obsecro, patronatus est, nisi jus mere HONORIFICUM, adeoque sub nuncupatione « DI ONORI, PREROGATIVE, E DIGNITA' » dubio procul compraehensum? Ita perbelle tradit *Devoti Instit. Can. lib.* 1 *tit.* 5 *Sect.* 4 *num.* 48 « ibi » *Est jus patronatus jus praesentandi clericum instituendum ad Ecclesiam vel beneficium vacans; quae praesentatio NOBILISSIMAM facit, ac praecipuam jurispatronatus partem; quamquam ipsum et minora quaedam jura compraehendat; Et sunt jura alimentorum, sepolturae, sedis, processionis, thuris et caetera, quae* HONORIFICA APPELLANTUR ». Nil ergo incivilius Judices, quam contendere, jus hujusmodi mere honorificum sub generica ea nuncupatione « *di onori, prerogative, e dignità* » haud contineri. Neque contrarium quidem edocent auctoritates singulae quibus solet Ferdinandus abuti. Eae siquidem e diametro pugnant cum generali, magisque recepta Doctorum, ac Tribunalium sententia, qua passim docemur, quod « *jus patronatus potest CUM UNIVERSITATE BONORUM in alium transferri* », veluti totidem verbis tradit *Sabellus summa Div. Tract. Verbo Juspatronatus n.* 11 *et Rot. cor. Coccino Dec.* 2225 *n.* 16. Praeterea de mero, simplicique casu eaedem loquuntur, quo bonorum dumtaxat contrahentes meminerint, neque

porrigi proinde ad hodiernam controversiae thesim valent, ubi non bonorum modo, sed jurium etiam « **TITOLI, ONORI, PREROGATIVE, E DIGNITA'** » explicita adest mentio, ad quam aedepol classem honorificum patronatus jus pertinere neque scepticus iret inficias.

26 Scurrile autem, ac nugatorium esse, tabulas eas tanquam simoniae labe infectas carpere, suomet quisque facile percipit sensu. Non dicam enim, somniatum simoniae vitium Clientulae proprio jure ad primogeniturae, et patronatus successionem venienti nefas esse vel leviter obiicere ad tradita *per Gagliardi de jurepatronatus Cap.*14. Neque recolam pariter, summam ducatorum 150000, quam in tabulis iis sese soluturam spopondit Christina, fuisse Scipioni, ejusque successoribus tributam, non in correspectivitatem, ac proemium renunciationis amplissimae quoad primogenialia bona, vel jura ab eo emissae, sed in compensationem potius bonorum duplicis foeminei majoratus, et secundogeniturae ad eos spectantium, ita ferente *cit. num.* 3 *per tot.* Haud demum memorabo, in conventione ea nominatim, et expressim de cessione controversi patronatus juris contrahentes non meminisse, eoque minus ejusmodi jus fuisse ab iis vel leviter aestimatum, sed sub generali dumtaxat lege fuisse compraehensum, quae possessionem respicit Christinae tributam primogenialium omnium bonorum, ac jurium « *titoli, onori, prerogative, e dignità* », quod sane nulla lex vetat procul a simoniae vitio fieri posse.

27 Haec inquam cuncta, licet dubio procul gravissima, si ita adversario lubet ultro, ac libenter silentio praetereo. Illud tamen tacitus aeque praeterire nequeo, quod universa scilicet id genus bona, vel jura non transactione solum anni 1795, sed anteriori etiam laudo a Regio Delegato anno 1793 edita, et principali rescripto comprobato, Principissae Christinae fuernnt addicta *teste Sum. num.* 3 *litt. I.* Quo sane in facto posito illud prono velut alveo fluit, vere, incivile, et propudiosum esse, de somniatae simoniae labe in praesentiarum quaerere, atque ejusmodi vitii posteriores tabulas insimulare, quae meram anterioris laudi exequutionem quoad primogenialem successionem continent, quibusque insuper etiam corruentibus firmum undique, et immotum illud adhuc manet. Stat itaque Tarpeja rupe firmius, editae in anteacto certamine Ferdinandi favore amplissimi Ordinis resolutioni numeris omnibus obstare transactionem cum primogenito ejus fratre Scipione anno 1795 initam, et ab adversario ipsomet ratam expressim, atque acceptam solemniter habitam, quod primo loco demonstrandum suscepimus. Sequitur hinc

§. II.

De rebus judicatis

28 At obstant eo vel fortius, non una quidem, sed **RES PLURIMAE JUDICATAE** eadem desuper controversia favore Clientulae auctricis Christinae jamdiu evulgatae. Missaque etiam rejudicata anno 1793 a Regio Delegato edita, quae generatim statuit ad unam Christinam spectare « *la successione dei beni, titoli, e dignità della casa De Cariati* » *Summar. num.* 3 *litt. I*; praesto primum, Judices, est res absolutissima judicata anno 1801 a Regio Tribunali, cui nomen « *Udienza generale di guerra, E CASA REALE* », prolata, *Summ. num.* 5 *et seqq.*, quae hanc adamussim contentionem **IN SPECIE** funditus diremit. Rectore enim suo ex obitu Scipionis Spinelli, germani Ferdinandi hodierni Seminarii Ducis adversarii fratris, SS. Fantini et Joannis Abbatia per id temporis viduata, lis acerrima super illius patronatus jure, non minus activo, quam passivo, Principissam inter Christinam, et singulos Antonii filios orta est. Causa vero diu, longeque discussa consultissimum tandem decretum a die usque 21 Januarii 1801 prodiit, quo nedum solemni definitum est ritu « *che il diritto di nominare il Rettore nella Chiesa S. Fantino, e S. Giovanni Teologo negli atti dedotto ha spettato, e si appartiene alla Illustre Principessa D. Cristina Spinelli, in tutto servata la forma della fondazione di Paolo III* » *Sum. num.* 7 *lit. A*; verum et illud insuper una simul est declaratum, nefas prorsus Antonii liberis esse, molestiam ullam eidem inferre « *per la domandata spettanza del patronato passivo della Rettoria* », *ibid. litt. B.*

29 Quamvis autem ab ejusmodi decreto victi omnes provocaverint, vel appellationi ab altero ex iis interpositae adhaeserint *Summar. num.* 8, *et* 9, atque interjectae etiam provocationi nuncium postea miserit Seminariae Dux Cajetanus, *cit. num.* 8 *litt. B*, urgente tamen Christrina patronatus controversiam, serotina ea Cajetani renunciatione seposita, quoad ceteros praesertim litis consortes ad juris tramites dirimi *cit. num.* 9 *litt. B, et C*, sententia altera prodiit ejusdem votis plenissime consona, et contrarias singulas reiiciens querelas *Summar. num.* 10 *et* 11. Eaeque imo **IN REM** postea absolutissimam **JUDICATAM** transactae, Christina denuo id postulante, *Summar. numer.* 12, exequutoriale tandem accessit decretum conceptis iterum statuens verbis « *che con effetto per esecuzione dei citati decreti di detta Generale Udienza di Guerra, e Casa reale PASSATI IN CO-*

SA GIUDICATA il diritto di nominare il rettore nella Chiesa di S. Fantino, e S. Giovanni Teologo dedotto negli atti ***HA SPETTATO, ED APPARTIENE ALLA ILLUSTRE PRINCIPESSA D. CRISTINA SPINELLI*** », *Summar. num.* 13 *litt. A*, atque expressim insuper vetans, quominus « *l'Illustre della Principessa D. Cristina* » a ceteris secundogeniti Antonii filiis » *sia molestata per la respettiva domandata spettanza del patronato passivo della suddetta Rettoria* » *ibid. litt. R.*

30 Qui fieri autem, Judices, potest, ut post solemnem hujusmodi rem judicatam, quam diuturna etiam annorum fere **QUINQUAGINTA** silentio adversarii singuli comprobarunt, ambigi hodie, Judices, valeat controversum patronatus jus una cum primogenialibus ceteris Cariatensis familiae bonis, « *titoli, onori, prerogativae, e dignità*, » Jo. Baptista sine masculis liberis defuncto, non in secundogeniti quidem Antonii lineam, ejusque filios licet masculos, sed in unam primogenitam ejusdem Joannis Baptistae neptem Christinam, et ex Pontificiae concessionis lege migrare debuisse, et re, ac facto fuisse reapse translatum? Oppido aut leges quibus vivimus, despici valent impune, quo sane nihil absurdius, aut calumniae proximum est optimum Clientulae jus in discrimen hodie adducere conari: sive controversiam re jamdiu judicata absolutam e cineribus rursus ad vitam revocare. Praeterit siquidem neminem remjudicatam pro veritate haberi; neque cuilibet amplius licere, quae fuerint semel ab ea definita, obiter etiam, atque incidenter oppugnare ad *text. in leg.* 207 *ff. de rejudicata.*

31 Et incassum, ac perditissime quidem pro aris, ac focis contrarius tuetur orator, nullo prorsus in pretio priorem hujusmodi rem judicatam haberi mereri, utpote a laicis, et incompetentibus, bellicisque imo magistratibus editam. Mitto enim vere ridiculum, ac nugatorium esse, post juge annorum plusquam **QUINQUAGINTA** silentium ejusdem vim, et validitatem, atque obiter quidem, et incidenter carpere. Mitto eo hercle, id absurdius in themate, quum litigatores singuli eam undique habuerint acceptam, amplissimumque etiam liti miserint nuncium, teste *Summ. n.* 8, His inquam penitus missis aegrae mentis somnium est, deliriumque vere perditissimum, rem, de qua loquimur judicatam ab incompetenti, et illegitimo Magistratu fuisse editam. Illud siquidem praestat memoria recolere, ex legibus per id temporis in Napolitano Regno vigentibus contentiones omnes super simplici **PERTINENTIA** juris patronatus **MERE LAICALIS** exortas, licet ecclesiastica beneficia respicerent, non ad Ecclesiastica quidem, sed

ad **LAICALIA** pertinuisse tribunalia, ad ecclesiasticos e contra Judices controversiis dumtaxat ablegatis super ecclesiastica eorumdem beneficiorum **INSTITUTIONE** excitatis.

32 Cum causa igitur anno 1801 Principissam inter Christinam, et Seminariae Ducem, aliosque Antonii filios acta, non ecclesiasticam respiceret institutionem beneficii rectori debitam, sed ad unam **PERTINENTIAM** patronatus juris cohiberetur, *cit. n.* 7 *et seqq*, haud hercle succensendum, quod ad laicos fuerit Judices eadem delata, et communi consensione ab iisdem dirempta. Nil vero mirum quod ceteros inter laicos Magistratus illius fuerit cognitio ad regiam Aulam « *di guerra e casa reale* » ablegata. Quum **REGIÆ** enim **DOMUI** forent addicti tum Principissa Christina, utpote « **DAMA DI CORTE** » tum Dux Seminariae, aliique ejus fratres, causa hinc ex regii fori privilegio iisdem tributo ad praefatum deferri debuit Tribunal, tamquam anno 1786 subrogatum regio alteri magistratui, olim nuncupato « *Alcaidato* » cui privativa fuerat antiquitus jurisdictio concessa controversias omnes dirimendi pertinentes « **ALLE PERSONE DELLA NOSTRA CORTE** » ceu videre est in *Summ. Add. num.* 1 *litt. A*, *et B.*

33 Priori autem huic rei judicatae **TRIPLEX** alia, ac sejuncta accedit sententia, non a laicis quidem Judicibus, sed ab **ECCLESIASTICA MILETENSI CURIA** edita, altera nimirum eodem labente anno 1801; *Summar. Addit. numer.* 4, altera anno 1038, *Sommar. Addit. num.* 10, ac tertia tandem insequenti anno 1839, *ibid. num.* 14. Eique accedit initio sententia consultissima quoad controversae Abbatiae institutionem eodem exeunte anno 1801 a legitima Miletensi Curia evulgata *cit. num.* 4. Constat enim, Judices, rectore suo ea viduata Principissam Christinam apud Ecclesiasticae Militensis Curiae acta stetisse, conceptisque verbis declarasse sese « *come rappresentante dell' Illma Casa di Cariati nei feudi, e titoli, negli onori, nelle signorie, e nei beni, in forza del* **LAUDO** *del fu Regio Consigliere . . . D. Saverio Maria D' Andrea arbitro eletto da S. Maestà in data del* 1 *Giugno* 1793, *e dalle parti interessate accettato . . . . . quale laudo fu confermato ancora mercè di solenne istromento di* **CONCORDIA,** *e* **TRANSAZIONE** *stipolata a dì* 20 *Ottobre* 1795 « sese » **AVERE E GODERE IL DIRITTO PATRONATO ATTIVO DELLA BADIA DEI SS. GIOVANNI TEOLOGO, E FANTINO DENTRO LA VEN. CHIESA** *dell' anzidetto titolo nel territorio della Città di Seminaria Diocesi di Mileto* ». *Sum. Add. n.* 2 *litt. A.* Quo sane utens jure Equitem Joseph Spinelli in ejusdem Abbatiae Rectorem ultro, ac liben-

ter nominavit; *ibid. litt. B*, ejusque nominationi fretus Joseph apud Miletensem instituit Curiam albo undique calculo eam comprobari *Summ. Add. n.* 3.

34 Licet autem interloquutorio primum decreto lato non aliter quidem « *nominationem, et praesentationem praedictam fore et esse admittendam* » Miletensis Antistes jusserit, nisi salutaribus adjectis clausulis « *si et in quantum, et prout de jure* » *cit. n.* 3 *litt. A*, matura tamen, ac diligenti rei cognitione postea suscepta definitivam tandem protulit sententiam *Summ. Add. n.* 4; qua non obiter quidem, sed SOLEMNI declaravit RITU, constitissae, et « CONSTARE DE JURE PATRONATUS FAVORE DICTAE EXCMAE D. PRINCIPISSAE CARIATI, UTI DESCENDENTIS A FUNDATORE; *ideoque nominationem, et praesentationem praedictam ut supra a memorata D. Christina favore Excm̃i D. Equitis D. Josephi Spinelli factam, admittendam, et confirmandam fore, et esse, bullasque institutionis expediendas cum omnibus juribus, honoribus, et oneribus* « *cit. n.* 4 *litt. A*. Et pacificum reapse partes inter est, atque ex authenticis ejusdem Curiae actis erumpit, nemine prorsus ab ejusmodi legitimi, et Ecclesiastici Judicis sententia provocante plenissimae eam exequutioni fuisse commissam, reique proinde judicatae auctoritatem sibi pariter vindicasse, tum canonicae institutionis litteris Josephi favore obsignatis, *Summ. Add. n.* 5, tum in beneficii reapse possessionem eo tandem immisso. *Sum. Add. num.* 6. Nova autem, ac dubio procul legitima Ecclesiastici Judicis, sive Miletensis Antistitis sententia firma, atque immota adhuc manente, qui fieri, Judices potest, ut de patronatus jure ad Christinam, ejusque descendentes pertinente turbas amplius Ferdinandus valeat.

35 Neque aliter quidem suadet sententia altera ab eadem Melitensi Curia, non ordinaria quidem, sed extraordinaria auctoritate ab Apostolica Sede sibi delegata anno 1838 edita, ac legen. in *cit. Summ. Add. n.* 10. Quum enim tum Christina, tum Josepho defunctis, primogenitus illius filius Hernestus sa. me. Gregorium Pontificem XVI. adiisset, et gratuito asseverans sese « *ex morte suae genitricis Christinae patronatus jure pollere in beneficium sine animarum cura, quod Rectoriam appellant in praesentia Rectore carens, atque a SS. Fantinio, et Joanne Theologo nomen habens* », ab illius benignitate facultatem implorasset « *donec ipse vixerit, commemorati beneficii, seu Rectoriae administrationem* « gerendi », *atque administrationis nomine omnes illius fructus, redditus, atque proventus libere, et licite* « percipiendi » *Summ. Add. n.* 7 *litt. A, et B*, rerum veritatis haud apprime

conscius Pontifex non aliter quidem Oratoris precibus annuit, nisi indulti hujus concessione libero Miletensis Antistitis arbitrio commissa, ac lege insuper expressim adjecta, quod « *hisce litteris patronatus juri, quod praefertur, approbatio* adjecta haud censeretur *cit. litt. B. et C.*

36 Tum ex Pontificii itaque indulti lege, tum ex intimo spiritu *regii exeqnatur*, in Neapolitano Regno eidem adjecti, *Summ. Add. num.* 8 *et* 9; primum, ac praecipuum Apostolici Delegati, sive mixti exequutoris erat officium de **VERITATE NARRATORUM**, et asserti praesertim Hernesti patronatus, cui illius preces potissimum nitebantur, investigationem suscipere. Neque muneri reapse suo Miletensis defuit Antistes. Illud enim nominatim, atque expressim in exequutoriali ejus decreto ad diem 20 Augusti anni 1838 edito ipsemet denuo declaravit, luculenter nimirum emergere ex actis « *esistenti in questa Curia Vescovile . . . . . che IL PATRONATO attivo, e passivo del suddetto beneficio semplice ossia Badia, vacante oggi per la morte dell'Eccmo Cavalier Gerosolimitano fu D. Giuseppe Spinelli ultimo possessore, SI* ☞ *APPARTIENE ESCLUSIVAMENTE AL PRINCIPE DI CARIATI, per cui colla suddetta Pontificia concessione anzichè inferirsi pregiudizio a chicchesia, si giova l'attuale patrono* » *Summ. Add. num.* 10 *litt. A.*; **TERTIUM** autem id, et gravissimum quidem obicem adversariis singulis, ac Ferdinando praesertim praebere, quominus idem patronatus jus sibi valeant vindicare, suomet quisque facile percipit sensu. Num enim in eorumdem licet gratiam sententias cunctas, vel res judicatas spernere eadem desuper re tum Christinae, tum illius descendentiam favore editas?

37 Culmen demum, fastigiumque rei imponit **QUARTUM**, ac novissimum ejusdem Curiae decretum, insequenti anno 1839 editum, quod simillimum Pontificium indultum post immaturum Hernesti funus ab ejus patre Januario impetratum, *Summ. Addit. num.* 11. 12, *et* 13 exequutioni pariter jussit committi, *cit. Sum. num.* 14. Et in eo siquidem pariter cubitalibus cautum legitur verbis quod ex actis « *esistenti in questa Curia Vescovile emerge che il Patronato attivo, e passivo del suddetto beneficio, ossia Rettoria, vacante oggi per la morte dell'Eccellentissimo Duca di Castrovillari, e Principino di Cariati q. D. Ernesto Spinelli ultimo possessore, SI APPARTIENE ESCLUSIVAMENTE all'Eccellentissima famiglia Spinelli* » *cit. num.* 14 *litt. A;* quod cum anterioribus hercle ceteris congruit decretis superius relatis. Nisi vel ipsam igitur meridianam lucem lubeat inciviliter inficiari, fatendum hercle, post tot penitusque se-

junctas, tum extra ordinarii Regii Tribunalis, tum Ecclesiasticae Miletensis Curiae sententias, quibus patronatus jus, Christinae, ejusque descendentibus competens, jugiter, ac perpetuo est comprobatum, vere incivile, et propudiosum esse rei hujus veritatem in discrimen adducere.

§. III.

De jugi, et constanti observantia

38 Ceterum licet per absurdissimam fingeres hypothesim, sententiis iis cunctis, de quibus fuimus hactenus loquuti, verae, et absolutissimae reijudicatae robur nefas esse tribuere nec Scepticus tamen ibit inficias, acta ea cuncta luculenter undique ostendere, ab anno 1793, quo Equitis Xaverii D. Andrea laudum prodiit, primogenialia omnia Cariatensis gentis bona, vel jura Christinae addicens, *Summ. num.* 3, usque ad litis hujus initium, controversum etiam patronatus jus, uti ad unam Christinae lineam exclusive pertinens, tum a Tribunalibus cunctis, vel judicibus, sive laicis, sive Ecclesiasticis, tum a singulis Cariatensis familiae membris, tum a Supremis demum vel ipsis Principibus, fuisse perpetuo agnitum, atque probatum, ejusque reapse beneficio unam Christinam, ejusque descendentes, secundogenita Antonii linea omnino posthabita, fuisse perpetuo gavisos. Oppido ITA, et semel, iterumque anno 1801 censuit supremum, atque extraordinarium Tribunal, cui nomen « *Udienza generale di Guerra, e Casa Reale* », *Summ. num.* 7, *et seqq.*, ITA, tum eodem anno 1801, tum annis 1838, et 1839 arbitratus est Miletensis Antistes *Summ. Addit. num.* 4. 10, *et* 14. ITA costanter, ac perpetuo rati sunt, nedum Regii cuncti Magistratus, qui unum, alterumque Pontificium Indultum, sub patronatus adamussim hujus obtentu ab Hernesto, vel Januario impetratum exequutionem mereri opinati sunt, *Summ. Add. num.* 7. 8. 9. 11. 12, *et* 13, verum etiam supremus ipsemet utriusque Siciliae Rex, qui regio reapse exequatur Apostolicas eas litteras roboravit *cit. num.* 7, *et seqq.*

39 ITA anno 1801 apertissime declaravit non dicam Christina, quae ejusmodi jus sibi judicio vindicavit *Summ. Add. num.* 2; sed ipsemet adversarius ejus Scipio Spinelli per id temporis Seminariae Dux, qui liti ea desuper re ferventi amplissimum misit nuncium *Summ. num.* 8, *et* 9. ITA anno 1817 conceptis obtestati sunt verbis, et adversus Christinam ipsam propugnandum suscepere singuli Antonii liberi, eosque inter potissimum FERDI-

NANDUS ipse, quem acerrimum in praesens experimur contradictorem. ITA annis demum 1838, et 1839, Summo Pontifici narrarunt tam primogenitus Christinae filius, Hernestus, *Summ. Add. num.* 7, quam hujus parens Januarius *Summ. Add. num.* 11. Nemo autem umquam ex iis omnibus, quorum potuisset interesse contrarium tueri; in tam diuturno, ac fere SEXAGENARIO temporis intervallo, et post priorem ortam rem judicatam, a Regiis Judicibus anno 1801 editam, *Summ. num.* 7, *et seqq.*, ausus umquam est, non dicam in pacifica ejus possessione Christinam, ejusque descendentes turbare, vel molestiam saltem ullam eidem afferre, sed levissimam etiam querelam ea desuper re ciere. Num autem jugis adeo constans, adeo diuturna annorum fere SEXAGINTA OBSERVANTIA, ac pacifica, quam perpetuo Christina servavit, controversi patronatus juris possessio, millies etiam judicio confirmata, satis Judices, haud erit ad cujuslibet adversarii os omnino obstruendum?

40 Quanti porro OBSERVANTIA VALEAT; praesertim constans, ac diuturna ad rectum in quolibet dubio ferendum judicium, praeterit neminem, qui fori etiam limina salutaverit; veluti millies tradidit Rota, *in Ferrarien. Pecuniaria* 18 *Apr.* 1834 § 5 *cor. De Avellà*, *in Interamnen. Inhibitionis, et Emendationis Damnorum* 31 *Januarii ejusdem anni* § 5 *cor. Emo Bofondi, et in Romana Aquarum* 20 *Febr.* 1840 § 2 *cor. Rmo Decano.* Ut enim ait Jurisconsultus *in Leg.* 23 *ff. de legibus* « ibi » *Minime sunt mutanda, quae interpretationem certam semper habuerunt* ». Maxime vero si ea fuerit SOLEMNIS, ac JUDICIALIS, prout in themate adamussim accidit. Num enim retinendum eos omnes ERRASSE, qui in jugi adeo temporis intervallo rati sunt, controversum patronatus jus non ad secundogeniti Antonii filios, sed ad unam Principissam Christinam post Jo. Baptistae obitum migrasse? Ac jurisprudentiae quidem canon est, quo non vulgatior alter, « *in ambiguitatibus . . . . consuetudinem, aut* ***RERUM PERPETUO JUDICATARUM*** *auctoritatem vim legum obtinere debere* », ceu totidem scriptum est verbis in *Leg.* 38 *ff. eodem.* Quae sane vulgatissima juris dogmata in BENEFICIALIBUS potissimum, ac PATRONORUM controversiis locum sibi vindicare, scitissimum in foro est. Latet quippe neminem, in contentionibus id genus novissimum rerum statum prae ceteris attendi, punctumque veluti omne ferre, prout litterales edocent textus *in Cap. Querelam de Electione, et Cap. Consultatio de jure patronatus.*

41 Neque aliter quidem communi calculo tradunt *Fargna de jure patronat. part.* 2 *can.* 26 *cas.* 1 *num.* 33 « ibi »

Nihil magis obvium est, nisi quod in beneficialibus ultimus status semper praevalet et attenditur » *Rota in Camerinen. Beneficii* 26 *Jun.* 1818 § 9 *cor. Serlupi* « ibi » *Nemo ignorat ultimum statum in re beneficiaria inspici oportere, ut ei tribuatur institutio, quem patroni illi praesentaverint, qui juxta ultimum statum in quasi possessione juris praesentandi versarentur».* In *Verulana Institutionis* 3 *Jul. ejusd. anni* § 4 *cor. Odescalchi* « ibi » *Praeclare Textus etc. sanxere servandum esse ultimum statum jurispatronatus, quando patronus est in quasi possessione praesentandi, adeo ut etiamsi quaestio sit de jure patronatu tamen instituendus ille sit, qui est praesentatus a patrono existente in quasi possessione praesentandi; et in Lauretana Institutionis canonicatus* 12 *April.* 1850 § 4 *cor. Bonini* « ibi » *Ultimus status ex novissima praesentatione scatens, quasi possessionem patronorum indigitat, quae in hujusmodi judiciis praevalere debet ex communi doctrina* ».

42 Eo autem minus licet, Judices, a plusquam quinquagenaria, et solemni id genus observantia in themate recedere, cum ex ea adamussim, sive ex diuturna, et constanti controversi patronatus juris possessione, quam judicio etiam sibi Christina vindicavit, et ab anno usque 1801 semper, ac pacifice tum ea, tum illius descendentes exercuere; **LONGISSIMI TEMPORIS ORTA FUERIT PRAESCRIPTIO**, quae novum hercle, et insuperabilem obicem Ferdinando, ceterisque omnibus parat, quominus molestiam ullam ea desuper re Christinae successoribus queant in praesentiarum inferre. Porro vulgatissimum in foro est vel unum **QUADRAGENARI** temporis spatium satis superque esse, ne jus quodlibet, sive *reale*, sive *personale* sibi valeat quis vindicare, ac pacificum alienae etiam rei possessorem exturbare; longissimi temporis *praescriptione*, vel *usucapione* ei obsistente ad *text. in Leg.* 1 *et seq. Cod. de praescr.* 30, *vel* 40 *annor.*, *et Leg. Un. Cod. de usucap. transformanda Praescriptionem* autem, sive *usucapionem* id genus adversus **ECCLESIAM** quoque locum suum obtinere, translatitium aeque in jure est; ac litterales edocent textus in *Auth. quas actiones cod. de usucap. et cap.* 2 *de praescr. in sexto*, quibus plaudunt *Gudelim de Jur. Novissimo cap.* 13 *n.* 17, *Reinfestnel ad lib.* 2 *decr. tit. de Praescr.* § 6 n. 162, *et Ferrari in Bibliot. Canon. verbo Praescritio* § 1 *n.* 13, *et seq.* Quid itaque sentiendum in themate, quo de mero laicalis patronatus jure agitur, et Christinae, ejusque descendentibus favet possessio, seu praescriptio non triginta, aut quadraginta solum annorum. sed fere **SEXAGENARIA**? Aut nil porro firmum amplius, certumque erit in foro, aut calumniosa renunciari dubio procul me-

retur abnormis Ferdinandi, aliorumque petitio, quam hodie rursus excipi apud S. Ordinem ii urgent.

§. IV.

De intima patronatus indole.

43 Huc re perducta foret omnino supervacaneum de intima patronatus indole disserere; sive intrinsecam amicae Miletensis sententiae justitiam vindicare, integro etiam contextu inspecto Paulinae Constitutionis unde hujusmodi jus derivat, singulisque ejusdem legibus sedulo ad examen revocatis. Ne pugnam tamen reformidare videamur, hanc quoque Spartham iterum, ac libenter aggredimur; ex eaque meridiana hercle luce splendidius optimum Clientulae jus erumpet. Porro ex Apostolicis Pauli III. litteris, quas praeteritum refert *Summ. num.* 1, luculenter eruitur, juspatronatus Ecclesiarum SS. Fantini, et Joannis Theologi, sive eorum Abbatiae, aut Rectoriae, quod Leo Papa X. Carolo Spinelli Seniori, ejusque *haeredibus,* et *successoribus* certis sub conditionibus indulserat *cit. num.* 1. *Litt. A. B. et C.*, adeoque mere **HAEREDITARIUM** natura sua erat initio, in *gentilitium* postea, ac *mixtum,* sive **PRIMOGENIALE** fuisse conversum. Quum enim morte praeventus suscepta onera implere Carolus nequiverit, *Petrus Antonius* ejus filius a Paulo Papa III. anno 1502 impetravit idem jus sub iisdem conditionibus sibi, **AC FILIIS, NEC NON DESCENDENTIBUS, ET CONSANGUINEIS SUIS** » ita denuo, et in perpetuum concedi, ut eo defuncto deferri illud primum deberet « *filio tuo primogenito masculo,* (Petri nimirum Antonii) atque « *ipsius primogenitis filiis masculis de primogenito in primogenitum*, ***ET ILLIS NON EXISTENTIBUS ALIIS FILIIS TUIS, EORUMQUE FILIIS*** (non tamen masculis), iisque pariter « *deficientibus, tuis proximioribus de familia Spinelliorum consanguineis similiter masculis, et de primogenito in primogenitum, ac deinde foeminis* », ceu eadem sunt Pontificii Brevis verba legen. *in cit. n.* 1 *Litt. B. C. et F.*

44 Verum ex integro Apostolicae hujus concessionis contextu magis, quam fando exprimi valeat, illud evidenter una simul erumpit **DUPLEX**, nimirum, ac sejunctum vocationis genus sub ejusmodi dispositione contineri; alterum nimirum favore Petri Antonii **DESCENDENTIUM**, atque alterum favore ejus **CONSANGUINEORUM.** Voluit enim initio Pontifex, Petro Antonio defuncto, singulisque ab eo impletis oneribus, quae fuerant eidem injuncta, controversum juspatronatus primo

loco tribui ejusdem Petri Antonii « *filio primogenito masculo*, *ipsiusque primogeniti* ***FILIIS*** *masculis* ***DE PRIMOGENITO IN PRIMOGENITUM*** » *cit. litt.* ***D.*** *et* ***F.*** Casumque ipsemet prospiciens, quod sine liberis *masculis* primogenitus patronatus juris possessor deficeret, nominatim, atque expressim praecepit, ejusmodi adveniente conditione idem jus, primogeniali aeque ordine servato, generatim deferri « **ALIIS FILIIS TUIS, EORUMQUE FILIIS** » *ibidem*; quin tamen alteri huic, et genericae filiorum vocationi masculinitatis notam vel leviter adjecerit. His vero omnino deficientibus ad *consanguineos*, sive *collaterales* orationem suam convertit Pontifex, novamque inde vocationis sedem attribuit « *proximioribus de familia Spinelliorum consanguineis similiter masculis*, *et de primogenito in primogenitum*, *et deinde foeminis* » *cit. litt.* ***D.***, *et* ***F.***

45 Exploratissimum autem in facto est ab anno usque 1792 **PRIMOGENITUM** Cariati Principem Jo. Baptistam Spinelli sine masculis liberis decessisse, *Summar. num.* 3 *litt.* ***D.***, ac masculina proinde ejusdem linea deficiente ceterorum **DESCENDENTIUM** vocationi, procul a masculinitatis nota in eadem sede contemplatae, factum fuisse locum. Quamvis enim masculum is suscepisset filium Scipionem IV, hic tamen patris funeri antevertit, duabus solum superstitibus relictis filiabus, ex duplici ejus connubio genitis, *Christina* scilicet, et *Carolina*, veluti ex genealogico patet schemate seorsim distributo. Nil evidentius Judices, quam ex Paulinae etiam constitutionis lege in unam reapse Christinam, ejusque descendentes controversum patronatus jus, et debuisse reapse migrare, ac re, et facto commigrasse. Num ea siquidem primogenita haud erat **NEPTIS** ultimi possessoris Jo. Baptistae, ex praedefuncto ejus filio Scipione IV. orta, adeoque dubio procul comprehensa sub generica ea Pontificiae concessionis lege, quae, masculis primogeniti filiis deficientibus deferri patronatum jusserat « **ALIIS FILIIS TUIS, EORUMQUE FILIIS**, » *Summ. num.* 1 *litt.* ***D.***, *et* ***F.***

46 Oppido haud novum in jure est, filiorum appellatione *nepotes* etiam, sive *filiorum filios* contineri ad text. in *leg.* 84 201, *et* 226 § *fin. ff. de verborum significatione.* Quod sane locum potissimum sibi in themate vindicare, tum naturalis suadet ratio, tum praecedens, ac generica suadet vocatio omnium Petri Antonii **FILIORUM**, ac **DESCENDENTIUM**, quam ejusdem Constitutionis continet exordium. Suadetque id primum vel ipsa naturalis ratio. Quum Pontifex enim ad patronatus successionem in ejusmodi casu vocaverit, non **ALIOS** so-

lum Petri Antonii FILIOS, sed EORUM etiam FILIOS; quisque facile intelligit, novissima ejusmodi verba nonnisi ad nepotes natura sua posse referri. Suadet autem id eo vel fortius generica *descendentium* vocatio, quam eadem initio Paulina praesefert Constitutio *Summ. num.* 1 *litt. D.* Adeo enim late patet *descendentium* nomen, ut liberos omnes, ac nepotes, vel pronepotes, nec solum masculos, sed etiam FAEMINAS necessario complectatur, ceu perbelle tradit *Fierli celebr. doct. theor. pag.* 701 notissimam referens *Fulgosii theoricam in cons.* 85., docuitque millies S. Tribunal, ac potissimum in *Aquipendien. Juris patronatus* 24 *Junii* 1845 § 5 *cor. De Petro* « ibi » *Perspicui juris est, sub DESCENDENTIUM nomine comprehendi quotquot sive per mares, sive per faeminas exoriuntur, scilicet agnati, et cognati, nullumque esse vocabulum in hac materia, quod ampliorem habeat significationem* »; *in confirmatoria* 13 *Junii ejusdem anni* § 5 *cor. eodem, et in Ravennaten. Jurispatronatus* 9 *Junii ejusdem anni* § 5 *cor. Emo Bofondi.*

47 Neque aliquid facessit negocii, per id temporis, praeter Christinam, in humanis acque fuisse plurimos secundogeniti Antonii filios, ex quibus alter Ferdinandus sospes adhuc manet, (prout diu cum mansurum speramus) eosque pariter, tamquam a Scipione III, communi Jo. Baptistae, et Antonii patre, derivantes, ad primogenialem Cariatensis gentis lineam pertinuisse, et pertinere. Duo enim in themate urgent ad perditissimam id genus refutandam captiunculam. In eoque residet *primum*, quod ii nimirum, tamquam a SECUNDOGENITO Antonio orti, non ad PRIMOGENIALEM quidem, veram, et realem, sive EFFECTIVAM, ut ajunt, Cariatensis familiae pertinent lineam, quam ultimus dumtaxat primogeniturae possessor constituit, sed ad lineam alteram secundariam spectant, a priore omnino distinctam, sejunctamque. Hac re quidem vera nil antiquius habetur in foro, quam primogenitum quemlibet, singulosque ejusdem filios, vix in lucem prodeunt, propriam lineam ita efformare; ut licet descendentes ejus cuncti, vel a secundo, aut tertio genito orti, quod ad primum eorum pertinet auctorem, sub primogeniali ejusdem linea generatim contineantur, (unde *contentivae* familiae nomen ortum,) quod ad novos tamen, futurosque ejusdem primogeniturae successores, secundogenita, aut tertiogenita eorumdem linea censeatur, et cum vera, ac reali, sive effectiva primogeniti linea confundi nullo pacto mereatur.

48 Jurisprudentiam omnino vulgatissimam affabre tradit *Card. De Luca decis. num.* 172 « ibi » *Instituta primogenitura,*

quilibet filius primogenitus se includit in successione, et suis descendentibus lineam constituit ad exclusionem secundogeniti, et ejus lineae, et iste ad exclusionem tertiogeniti, et ejus lineae, quia unusquisque possessor primogeniti stirpes seu truncus dicitur tot linearum, quot filios vel filias habet, quorum ***QUILIBET EST CAPUT NOVAE LINEAE*** *descendentis respectu patris et transversalis respectu fratrum suorum* ». Bonfin. *de fideicom. disput.* 50. *num.* 3. « ibi » *In successionibus primogenialibus, quilibet filius statim ac nascitur efformat propriam lineam, et S. Rota in recent. part.* 19 *tom.* 2 *decis.* 551 *num.* 8 « ibi » *Minus subsistit, quod inter Catharinam et Alexandram, considerari non possit praerogativa lineae, sed tantum gradus, ex quo uti filia Victoriae sit in eadem linea; quia quidquid sit respectu Victoriae ascendentis, attamen inter ipsas est certum, quod constituunt diversam lineam, cum quaelibet soror seu frater propriam distinctam lineam costituat, ita ut alter de alterius linea dici non possit, et decis.* 837 *num.* 16. *coram Molines* « ibi » *Nullum obicem praestat Josepho de Barbis praedecessus Catharinae ejus matris, et coeteroquin foeminae primogenitae ante factum casum successionis, quia hujusmodi difficultas submovetur ex eo, quod omnes illi, qui vocantur ad primogenituram,* ***CONSTITUUNT PROPRIAM LINEAM,*** *primogenitus nempe primam, secundogenitus secundam, et sic de singulis; ex quo fit quod filius primogenitus statim ac nascitur actualiter includit se ipsum, et habitualiter omnes alios ab eo descendentes in exclusionem coeterorum Collateralium qui non fruuntur praerogativa lineae primogenialis* ».

49 Hoc autem in facto posito, illud veluti necessarium descendit in consequens, VERA, REALI, atque EFFECTIVA Joannis Baptistae ultimi possessoris linea adhuc vigente, dum anno 1794 fati munus ipsemet implevit geminis relictis neptibus, *Christina, et Joanna,* ex praedefuncto ejus filio susceptis, nullum prorsus jus in earumdem detrimentum, ac fraudem controverso desuper patronatu Antonii liberos, ad *secundogenitam,* vel mere saltem *contentivam* Cariatensis familiae lineam pertinentes sibi vindicare potuisse. Quum enim ex concessionis lege, secundogenito Antonio omnino posthabito, in unum primogenitum Joannem Baptistam ejusmodi jus jamdiu coaluisset, quousque effectiva ejusdem Joannis Baptistae linea ex integro prorsus non fuisset extincta, in lineam aliam diversam, licet conjunctissimam, atque etiam contentivam, nequibat illud dubio procul migrare. In propriis siquidem, ac regularibus primogenituris, quod fuerit jus in unam lineam semel ingressum, ab ea numquam egreditur, neque in aliam transfertur, nisi ea prius

fuerit prorsus exhausta, veluti communi calculo tradunt *Torre de primog. part.* 1. *cap.* 6; *et Majoratu part.* 1. *cap.* 25 *num.* 13, *Peregrin. de fideic. art.* 27 *num.* 14, *Card. De Luca de linea legal. art.* 12 *num.* 16, *ac seq. et art.* 27 *num.* 21, *et de fideicommiss. disc.* 1 *num.* 13. « ibi » *Receptissima, et hodie absoluta regula est, ut bona unam lineam ingressa ab ea non egrediantur, neque ad aliam transeant, nisi illa prius evacuata». Rocca disp. jur. cap.* 3 *num.* 5 « ibi » *Recepta est juris propositio, communi doctorum sensu, rerumque judicatarum auctoritate comprobata, quod quotiescumque bona majoratui, seu primogeniturae obnoxia lineam unius ex vocatis fuerint ingresso, nullo prorsus jure fieri valeat transitus, vel ulterior, vel retrogradus ad alteram lineam, nisi linea ingresso fuerit omnino evacuata* ».

50 Pressiusque Sacrum Rotae Auditorium in *Decis.* 45 *n.* 7 *coram Seraphino: Decis.* 687 *num.* 14, *et Decis.* 337 *n.* 17 *cor. Molines, Dec.* 142 *n.* 16 *coram Rezzonico, Dec.* 305 *num.* 5 *coram Lancetta* « ibi » *Fideicommissum quando est ingressum in unam lineam, non potest transire ad aliam, nisi eadem totaliter evacuata», in Pisauren. Patrimonii Sacri* 14 *Junii* 1751 § 18 *coram Amadeo* « ibi » *Successio in unam lineam semel ingressa, usque quo integraliter non perimit, ab illa avelli non debet » Lauretana Primogeniturae* 3 *Martii* 1755 § 16 *cor. Stadion, et in confirmatoria* 23 *Junii ejusdem anni* § 9 *coram eodem » Narnien. Relicti Praelatitii* 27 *Januarii* 1817 § 14 *coram Odescalchi* « ibi » *Nemo ex linea posterior est admittendus nisi quando nulla supersit spes, ut ex magis dilecta linea quisquam esset, qui Testatoris vota possit implere »; Romana Primogeniturae quoad immissionem* 16 *Januarii* 1837 § 5 *coram Emo Bofondi»; Romana seu Verulana Manutentionis, et Immissionis* 4 *Junii* 1841 § 7 *cor. R. P. D. Alberghini* « ibi » *Scitum est, transitum fieri non posse ad lineam eorum qui substituti fuerunt, donec extincta penitus non sit linea primum instituta »; In confirmatoria, diei* 3 *Decembris ejusdem anni coram Eodem* « ibi » *Donec extincta penitus non sit linea primum vocata, transitus fieri omnino nequit ad lineam eorum, qui substituti fuerunt* ».

51 Nedum autem Christina secundo geniti Antonii filiis erat praeferenda, utpote ad lineam ultimi possessoris pertinens, sive ab ipsomet Joanne Baptista **DESCENDENS**, verum praeferri etiam iis merebatur, tamquam **GRADU** longe **PROXIMIOR**; Dum ea enim ultimi possessoris erat **NEPTIS**, atque ex praedefuncto ejus filio Scipione **IV** orta, singuli econtra Antonii liberi, a secundogenito dumtaxat ejusdem possessoris fratre derivabant,

ipsique proinde Joanni Baptistae erant meri COLLATERALES. Nil autem in jure vulgatius, quam inter plures ad primogeniturae successionem vocatos, et ad unam etiam, eamdemque lineam spectantes, eum dumtaxat ceteris praeferri, qui ultimo possessori sit GRADU PROXIMIOR ad tradita per S. Ordinem in *Recent. part.* 7 *decis.* 249 *n.* 4 « ibi » *Nam superest ex Paulo primogenito Caesaris Comitissa Julia, semper est praeferenda Comiti Sacretio filio alterius Comitis Lucretii secundogeniti Caesaris, uti PROXIMIOR ULTIMO POSSESSORI DECEDENTI, in cujus Pauli lineam sicuti primo ingressa est successio, ita coeteri remotiores excluduntur* ».

52 Ac denuo in *Nucerina Immissionis* 17 *Aprilis* 1761 § 2 *coram Paracciano, in Interamnen. Primogeniturae de Peculis* 29 *Aprilis* 1763 § 3 *coram Olivatio* « ibi » *In fideicommissis conditis intuitu proximioris nil frequentius habetur, quam ut GRADUS VICINIOR ET PROPINQUIOR ERGA ULTIMUM POSSESSOREM CONSIDERETUR* ». *Melevitana primogeniturae Canonici Alexandri Bologna* 11 *Martii* 1774 § 2 *coram Origo* « ibi » *Est Comitissa Joanna Maria FILIA CO. NICOLAI ULTIMI GRAVATI, per cujus obitum aperta est successio, et tamquam ultimi gravati filia existit quoque in linea primogeniali, in quam expressa successio ipsa, progressaque fuit: duobus hinc titulis potiorem habet succedendi causam, primo quidem quia est ultimo HAEREDI GRAVATO PROXIMIOR . . . . In successionibus autem explorata res est eum qui est proximior, coeteros excludere qui sunt remotiores* »; *et in Carpenctoraten. Primogeniturae super bono jure* 4 *Julii* 1783 § 3 *coram Origo* « ibi » *Est Canon in jure firmissimus ductus ex ipsis successorii juris elementis, et ex primogenialium dispositionum regulis UT PROXIMIOR ULTIMO POSSESSORI SIVE MASCULUS SIT SIVE FOEMINA, REMOTIORI IN SUCCESSIONE PRAEFERATUR* ».

53 Ac deteriori quidem omine praesidium adversarius quaerit ex MASCULINO EJUS SEXU. Initio enim licet fingas Sa. Me Paulum tertium generatim, ac perpetuo faeminis masculos praeferri in prima vocationis sede voluisse; non aliter tamen praelatio ea masculis concessa foret censenda nisi iis dumtaxat una cum faeminis in UNA EADEMQUE POSSESSORIS LINEA existentibus. Secus quippe illud manet firmissimum, quod faeminae LINEÆ ADMISSÆ masculis quoque alterius, novaeque linea praeferri mereantur, linea praerogativa illis faventc. Affabre *Cencal. observat. et addit. ad Peregrin. de fideicomm. art.* 23 « ibi » *Etiamsi testator declaret quod velit praeferri masculos foeminis id intelligitur existentibus*

masculo et foemina IN EADEM LINEA; si vero masculus est in diversa, et foemina IN ADMISSA PRAEFERTUR SEMPER FOEMINA ». Card. De Luca de fideicomm. discur. 34 n. 6 « ibi » Quoad primum regula assistebat foeminae LINEAE ADMISSAE, UT ILLAE IN BONIS QUAE IN PROPRIAM LINEAM INGRESSA SUNT EXCLUDANT MASCULOS ALTERIUS LINEÆ, quamvis ordo praelationis inter utrumque sexum per testatorem expresse adjectus esset, quoniam intelligitur discretive, et in propria linea: REGULA NAMQUE EST QUOD BONA IN LINEAM INGRESSA AB ILLA NON EXEANT NISI OMNINO EVACUATA SIT, ut antiquioribus relatis firmant etc. juxta quam regulam saepius atque saepius in plerisque causis obtinui, vel pro veritate respondi pro foeminis lineae admissa, aut scribendo in contrarium succubui ».

54 *Et discurs. 42 num. 20 eod. tit. de fideicommissis « ibi » Prinsquam dictae actrices vel earum viri hujusmodi litem assumerent plures clari nominis jurisconsultos consuluerunt, praesertim vero utrumque Altogradum patrem et filium, ut patet ex copioso consilio registrato inter controversias Altogradii filii controv. 38, ubi tam sibi, quam aliis alterius progrediendo docte, atque elaborate probant quod ubi et jam contemplata esset agnatio, adhuc tamen fideicommissum conveniret istis foeminis, quae cessante praesertim concursu masculorum dicuntur etiam agnatae, ac succedunt in fideicommissis agnatitiis etiamsi expressam agnationis contemplationem haberent non obstante concursu aliorum filiorum masculorum UTPOTE DE DIVERSA LINEA QUI PROPTEREA POSPONENDI ESSENT FOEMINIS HUJUS LINEAE PRIUS VOCATAE, ET ADMISSAE* » Rota in *Januen. seu Albinganen. Cappellaniarum* 20 *Novembris* 1758 § 13 *coram Ratta* « ibi » *Ex quo foeminae exclusae appareant in ingressu, inferre non licet eas fuisse etiam exclusas in* PROGRESSU, *praesertim ubi res est de* TRANSFERENDO JUREPATRONATUS A LINEA IN QUA JAMDIU RESEDIT, AD ALIAM, QUÆ CONTENDITUR SUBSTITUTA »; in *Faventina immissionis* 10 *Martii* 1825 § 5 *coram Emo De Cursiis, et in Romana primogeniturae et fideicommissi* 19 *Junii* 1829 § 6 *cor. Muzzarelli* « ibi » *Quando in unoquoque genere aut agnatorum, aut cognatorum masculi praeferuntur foeminis, id intelligitur, INTRA EAMDEM LINEAM, ita ut si in hac vel sint, vel spes sit, ut futuri sint, tunc alii masculi in aliena linea positi prohibeantur quominus ad primogenituram contendant ».*

55 Ceterum neque vero quidem congruit, praelationem hujusmodi in prima vocationis sede masculis omnibus Pe-

tri Antonii descendentibus fuisse indiscriminatim tributam. Duplici enim dispositio ea constat parte: *altera nimirum*, quae Petrum Antonium Spinelli, ejusque *FILIUM PRIMOGENITUM, et ipsius primogeniti filios de primogenito in primogenitum;* atque altera quae *alios ejusdem filios, ac descendentes* respicit. Porro quod ad primam pertinet, de MASCULIS utique *ipsius primogeniti filiis de primogenito in primogenitum* meminit Pontifex, patronatus jure praeceteris tributo Petro Antonio Spinelli, ejusque « *filio primogenito MASCULO, ac ipsius primogeniti filiis MASCULIS DE PRIMOGENITO IN PRIMOGENITUM* » *Summ. num.* 1 *litt. B et D.* Quod vero ad alteram ejusdem dispositionis pertinet partem, de qualitate ea Pontifex ipsemet omnino siluit. Casum enim is antevertens, quo SINE MASCULIS LIBERIS primogeniturae possessor decederet, ab omni procul sexus discrimine deferri patronatum jussit « ALIIS FILIIS TUIS, EORUMQUE FILIIS » *cit. litt. B et D*, quae sane amplissima, ac generalia verba filias etiam foeminas complecti est compertissimum.

56 Ita *post tex. in leg.* 26 *ff. de test. tut. leg. si ita scriptum ff. de leg.* 1 *et leg.* 201 *ff. de verb. signif.* universa Interpretum edocet schola, ac potissimum *Ruin cons.* 140 *n.* 5 *lib.* 2, *et cons.* 168 *n.* 13 *lib.* 3, *Gabriel concl.* 6 *de verb. signif. Mantica de conject. ult. vol. lib.* 8 *tit.* 7. *Costa in cap. si pater de testam. in* 6 *verb. absque liberis num.* 24: *De Pretis de interpr. ult. volunt. lib.* 3 *dub.* 3 *fol.* 2 *n.* 24. *Fuscar. de substit. qu.* 321 *in princ.*, *et Rota dec.* 163 *n.* 1 *p.* 1 *rec.* novissime *Dec.* 664 *n.* 2 *cor. Emo De Cursiis ibi Patres rem sedulo ponderantes animadvertebant, quod si testator detulit Blasii* FILIIS ABSQUE ULLA SEXUS DISCRIMINE *institutae primogeniturae compendium fateri oportet* MASCULOS AC FÆMINAS *ad suam successionem aeque vocatas ipsum voluisse, quod congruit quaque juribus, quibus vivimus. Nihil enim notius quam quod sub* NOMINE FILIORUM MASCULI AEQUE AC FAEMINAE VENIANT, *prout docet expressim textus in Leg. etc.*» *et Dec.* 696 *n.* 2 *cor. eodem* « ibi » *Qui sine sexus discrimine ac genericae ad suam successionem vocavit Blasii* FILIOS, *intelligi debet, quod* MASCULOS AC FAEMINAS *aeque vocaverit. Quod praecipue congruit scriptis juribus, a quibus certi sumus* SUB NOMINE FILIORUM VENIRE TAM MASCULOS, *quam faeminas ad text. etc.* »

57 Quod sane luculenter etiam evincit discretiva orationis methodus unam inter, atque alteram vocationis sedem in Apostolicis Pauli III litteris adhibita, quam ceterum splendidiorem quoque reddunt cetera ejusdem Pontifi-

cis verba incontinenti adjecta. Gradum siquidem ad alterum vocationis genus ipsemet faciens illud denuo expressim jussit, quod aliis nimirum Petri Antonii filiis, eorumque filiis deficientibus, migrare patronatus deberet in proximiores de familia Spinelliorum consanguineos; MASCULOS quidem primum, ac DEINDE FOEMINAS; *Summ. num.* 1 *litt. D.*, quod novum aedepol, et gravius discretivae exhibet argumentum. Si et semel enim, et rursus, ubi masculos ad patronatus successionem voluit Pontifex vocare, nominatim id declaravit; eo hercle fortius retinendum in themate est, non inconsulto quidem de ejusmodi qualitate silentium eumdem servasse, dum masculis primogenitis filiis deficientibus alios filios, eorumque descendentes ad successionem vocavit. Maxime vero, quum de INDIFFERENTI patronatus agatur materia, in qua scitum est, verborum significationem non angustandam quidem, sed latiori, quo fieri possit, modo esse accipiendam.

58 Ita fert constans S. Rotae jurisprudentia, ceu videre est in *decis.* 12 *num.* 10 *coram Roverella*, *Firmana Cappellaniae* 1 *Junii* 1751 § 4 *coram Mattei* « ibi » *Huic restrictioni repugnat materia* FAVORABILIOR JURISPATRONATUS, *quae tamquam indifferens laxiores remittit habenas, et operatur, ut sola inspecta aequitate canonica, verba fundationis in suo sensu naturali, et quantum fieri potest* LATE *accipi debeant, ita ut pro comprachensione tam agnatorum, quam cognatorum intelligenda veniant* » *Hortana Cappellaniae super immissione* 25 *Januar.* 1778 § 4 *coram Litta* « ibi » *Quum verbis « della detta famiglia Properzi » alia continenter addita sint « o loro discendenti » quae habeat significationem latissimam, certamque vim ad cognatos complectendos, nulla est eorumdem verborum potestas, quae his nempe descendentibus a foeminis adversetur; tum praesertim in negocio* JURISPATRONATUS, QUOD CUM SIT INDIFFERENS, POSTULAT EX ÆQUITATE CANONICA, UT PRO ILLORUM COMPRÆHENSIONE, QUANTUM FIERI POTEST LATISSIMO MODO ACCIPIANTUR »; *in Cingulana Cappellaniae* 18 *Martii* 1817 § 9 *coram Serlupi*; *in confirmator.* 16 *Junii* 1818 § 7 *coram eodem*; *in Aquipendien. jurispatronatus materia, quae per se* INDIFFERENS ET FAVORABILIS EST, ET IN QUA VERBORUM SIGNIFICATIONEM ANGUSTANDAM NON ESSE, *sed latissimo modo accipiendam, ad omnes etiam amplectendos cognatos* »; *in confirmator.* 12 *Jan. anni* 1848 *coram eodem; in Asculana Cappellaniae* 9 *Februar.* 1852 § 4 *coram. R. P. D. Serafini*; *et in confirmator.* 1 *Jul. ejusdem anni* § 6 *coram eodem* « ibi » *In materia jurispatronatus indifferenti*

omnes descendentes tam masculos ex masculis, quam masculos ex foeminis comprachendi . . . . compertissimi juris est ».

59 Longeque a veritate aberrat contrarius defensor, dum Amplissimo Ordini studet insinuare, Ferdinandum, utpote masculum filium ab altero ex primogeniti filiis Antonio ortum, sub prima Pontificia dispositionis parte contineri, quae patronatum jussit prae ceteris deferri « *ipsius primogeniti filiis* **MASCULIS** *de primogenito in primogenitum* », quasi nondum inde impleta fuerit conditio unde aliorum filiorum ac descendentium vocationem pendere Pontifex voluit. Verba siquidem ea « *ipsius primogeniti filiis masculis de primogenitum* » ad primogenitum dumtaxat patronatus possessorem, ejusque filios referuntur; neque pertrahi proinde ad **SECUNDOGENITI** filios vel leviter valent. Quamvis enim primogenito sine liberis deficiente in illius locum secundogenitus, subingrediatur, et civiliter etiam primogenitus nuncupetur, si primogeniturae tamen possessionem numquam fuerit is adeptus, fatoque imo cesserit primogenito ejus fratre adhuc sospite, illius hercle liberi censeri omnino nequeunt « **PRIMOGENITI** *patronatus possessoris filii*, de quibus nominatim et expressim in priore illius dispositionis parte loquutus est Pontifex.

60 Ac translatitium reapse in foro est, ubi de primogeniti liberis, vel linea aliquis meminerit; ejusmodi verba de vera, et actuali **ULTIMI POSSESSORIS LINEA** ejusque liberis intelligi perpetuo oportere, neque ad secundogeniti liberos posse referri, quos ceterum ad lineam descendentium secondogenitorum, a primogeniti linea omnino diversam, ac distinctam, spectare est compertissimum. Affabre Rot. in *decis.* 96 *num.* 2 *et seq. coram Cerro* « ibi » *Fuit responsum lineam ad effectum succedendi in primogenituris et majoratibus non considerari respectu ad primum acquirentem, quo casu omnes possunt dici de eadem linea, sed considerari, habito respectu ad ultimum possessorem, qui ex ipsius persona constituit lineam diversam et distinctam a lineis aliorum; linea enim descendentium dividitur in plures descendentium species, nempe in lineam descendentium primogenitorum, in lineam descendentium secundogenitorum, et in lineam descendentium tertiogenitorum, et sic de aliis. Et proinde dum superest aliquis descendens ex linea primogeniti, sive masculus sive foemina praefertur aliis ex linea secundo et tertiogenitorum, quae diversae censentur* »; *decis.* 661 *num.* 9 *coram Riminaldo*, *et in Carpenctoraten. Primogeniturae super bono jure* 4 *Julii* 1783 § 7 *cor. Origo* « ibi » *In primogenituris, ubi de linea fit mentio,* **INTELLIGITUR**

DE LINEA RESPECTU AD FILIOS, ET DESCENDENTES ULTIMI POSSESSORIS *in primogenitura successores, quorum quisque suam efformat particularem lineam, ... ita ut linea primogeniti diversa sit a linea secundi, et ulterioris geniti* ».

61 Aut *transactionem* itaque spectes anno 1795 Antonii inter liberos, et Christinam initam, aut *res plurimas* spectes *judicatus* in eadem controversia super patronatus pertinentia editas, aut jugem, et constantem sexaginta fere annorum *observantiam* spectes, aut intima demum rei spectes justitiam et Paulinae Constitutionis legem; cuncta aedepol icto prohibent foedere, quominus firma Sac. Ordinis maneat resolutio, quae Ferdinando Seminariae Duci, et secundogeniti Antonii filio controversum patronatus jus tribui, ac pacifica, et diutarna ejusdem possessione, Christinae lineam privavit. Eadem autem fere cuncta rationum momenta litigatoribus aeque ceteris obesse, quos adversarios pariter hodie experimur, suomet quisque facile intelligit ingenio. Si ex argumentis enim iis singulis apertissime eruitur, ad unam Christinam, ejusque primogenitos filios ejusmodi patronatus jus dubio procul spectare illud prono velut alveo fluit, litigatoribus etiam aliis nefas prorsus esse **PRIMOGENITAM** illius filiam Margaritam ejusdem juris exercitio fraudari. Maxime vero quum ad eos, quod pertinet, solemni jamdiu fuerit ritu, ac Principali Supremi ipsius Siciliarum Regis decreto sancitum, masculina Christinae linea ex immatura Alberti, et Hernesti morte extincta, universa primogenialia Cariatensis Spinelliorum gentis bona, vel jura legittimae successionis jure coaluisse « **IN D. MARGHERITA SPINELLI MARITATA IN FRIOZZI** » *Summar. num.* 14 *litt. A.*; bonis dumtaxat gentis de Fuscaldo Alfrido Ricciardo tributis, *ibid. litt. B.* ac mero vix simplicique titulo Ducis « *di Marianella* » ex speciali Regis indulto *Antonio Spinelli* concesso *ibid. litt. C.* Quo pacto enim licet, **REGIA** id genus definitione sarcta, ac tecta manente, contra ejusdem legem tueri, non ad Clientulam quidem, sed ad eos potius patronatus jus pertinere, quod ad Cariatensem gentem dubio procul spectat, ac primogeniali illius bonorum successioni natura sua inhaeret? Quoniam vero peculiares etiam iis singulis exceptiones obstant, praestat jam disserere in sequenti

§ V

De praetensis juribus Alfridi Ricciardi, et Antonii Spinelli

62 Atque ut ab *Antonio* exordiar, duo vere peremptoria in themate prohibent, quominus argumentis etiam aliis sepositis superius enucleatis, jus ullum controverso desuper patronatu sibi valeat is vindicare. In eoque residet *primum*, quod non ad Cariatensem quidem Spinelliorum gentem is pertinet, unde patronatus jus oritur, de quo in praesens disserimus, sed originem suam a **DISTINCTA** altera Spinelliorum ducit familia, cui nomen **DE FUSCALDO**; cuique praeter meram, simplicemque *affinitatem* nil fere est cum Cariatensi gente commune, et quaelibet proinde vocationis sedes penitus deest. Is enim filius est **MARII SPINELLI DE FUSCALDIS**, cujus germani fratres **NICOLAUS** primo, et **JANUARIUS** postea, Christinae Spinelli e Cariatensi familia nupserunt, et *affinitatis* proinde dumtaxat vinculo cum ea conjungitur, teste *Summ. num.* 14, *et* 15 *in princ.* In eo vero *alterum* versatur, quod licet fingas veritati congruere, quod gratuito ipsemet asseverat, a germano Petri Antonii Spinelli fratre eumdem descendere, non ad Petri tamen Antonii **DESCENDENTIUM** lineam, sed ad lineam aliam prorsus diversam illius **CONSANGUINEORUM**, sive **COLLATERALIUM** in perditissima quavis hypothesi valet referri. Incolumi ergo adhuc manente Petri Antonii **DESCENDENTIUM** linea, ad quam non minus Clientula, quam litigatores ceteri pertinent, nondum illius vocationi factus est locus. Ex apertissima siquidem Paulinae Constitutionis lege erumpit, non aliter Petri Antonii consanguineos ad controversum patronatum fuisse vocatos, nisi deficientibus tum masculis illius primogeniti filiis de primogenito in primogenitum, tum **ALIIS** ejusdem **FILIIS**, eorumque descendentibus *Summar. n.* 1 *litt. B.*

63 Quod vero ad Alfridum pectat, primogenitum Camaldulensium Comitis Julii Ricciardi filium; licet is ad eamdem Christinae lineam dubio procul pertineat, unde Clientula oritur, utpote ab uterina hujus sorore Sophia genitus, a Margarita tamen vincitur, tum **GRADUS PROXIMIORITATE**, tum **NATIVITATIS ANTERIORITATE**, atque **AETATIS PRAEROGATIVA**. Eumque primo Clientula vincit *gradus proximioritate*. Dum ea enim, tamquam Christinae filia **PRIMUM** inter hujus descendentes occupat gradum; nonnisi **SECUNDUM** econtra, tamquam illius nepos, in eadem descendentium li-

nea obtinet locum Alfridus. Vincit autem eo vel fortius *aetatis praerogativa* sive *nativitatis anterioritate*. PRIMOGENITA enim Christinae filia est Margarita; dum ex QUARTOGENITA ejusdem Christinae filia Sophia, cujus personam ipsemet gerit, ortum econtra habet Alfridus, quod utrumque aedepol satis ad judicium pro Clientula ferendum. Hoc siquidem in regularibus primogenituris vivimus jure, quod ubi lineae deficiat praerogativa GRADUS potissimum, et ÆTAS, sive nativitatis anterioritas attendi mereatur.

64 Ita vulgatissima fert jurisprudentia, quam perbelle edocet *Card. De Luca de fideicommissis Disc.* 15 *numer.* 4. « ibi » *In primogenituris, vel majoratibus spectari debet primo linea, quae omnia vincit, SECUNDO GRADUS .. QUARTO AETAS* », *et disc.* 16 *num.* 5. « ibi » *Posito ordine primogeniturae intrat de plano recepta graduatio, ut scilicet primo attendatur linea secundo in linea GRADUS . . . . QUARTO AETAS*»; *et Rot. coram Rezzonico dec.* 142 *num.* 6. *et* 7. « ibi » *Firma, et constans est regula, quod in primogenitura regulari attendi primo loco debeat praerogativa lineae, SECUNDO ILLA GRADUS . . . ET QUARTO AETATIS*»; *et in Romana Primogeniturae Juniperae Muti de Papazzuris quoad primum dubium super quinto capite sententiae arbitramentalis* 27. *Febrarii* 1818 § 5 *coram Bussio* « ibi » *Cum agatur de primogenitura, quam duo simul obtinere nequeunt, quod sit individua, potior dari conjectura nequit, quam ut is ex aeque proximiori foemina descendens praelatus a Testatrice censeatur, qui EX FOEMINA, QUAE AETATE MAJOR EST DESCENDAT. Atque idcirco pro norma succedendi in primogenituris AETAS EST quarta praerogativae qualitas ab Jurisconsultis jugiter requisita* ».

65 Hanc autem duplicem, tum *gradus*, tum *aetatis* praerogativam Clientulae aeque favere, licet masculum ejusdem Christinae filium *Hernestum*, implorem post matrem defunctum, veluti ultimum primogeniturae possessorem lubeat spectare, facillimum est demonstratu. Quoad eum siquidem pariter, et *gradu proximior*, tamquam ejusdem soror, renunciari Margarita meretur, dum ejusdem tantum nepos Alfridus est; ceu calculanti cuilibet patet; et firma insuper aeque manet PRIMOGENITAE Christinae filiae, atque ipsius Hernesti sororis qualitas Clientulae inhaerens, unde aetatis potioritas oritur. Prout Sophiam enim sororem suam natu minorem dubio procul Margarita vicisset, sic adversario ipsius Sophiae filio debet eadem hodie praeferri ita etiam ferente decreto consultissimo, quoad primogenialia cuncta Cariatensis gentis bona a supremo Siciliarum Regis Ministrorum Con-

silio edito, ac Principali quoque placito roborato. *Sum. num.* 14 *litt. A.*

66 Neque pacato quidem animo audiri, Judices, valet commentum duplex cui universa nititur Alfridi defensio, in eoque residens, quod controversum patronatus jus; VEL *primogenialem* ejus indolem amiserit, vix ad *foemineam* descendentium lineam migravit, adeoque mere *gentilitium* renunciari mereatur, VEL sub generali fideicommissorum abrogatione fuerit comprehensum, et hereditario tantum jure in Christinae liberos coaluerit. Decipulam enim primo loco exadverso insinuatam res primum diluit judicata a Christina ipsamet, unde causam Julii liberi habent, anno 1801 impetrata, quae tamquam PRIMOGENIALE ejusmodi patronatus jus EI UNI AC TAXATIVE attribuit *Summ. num.* 7. *et seq.*, cujusque legem vel auctoritatem nefas hercle Alfrido est hodie oppugnare. Ubinam siquidem gentium auditum est, heredi licere, auctoris facto resistere, ac remjudicatam carpere ab auctore suo jamdiu impetratam ?

67 Eam vero diluit eo vel fortius intrinseca patronatus indoles. Neque ipsemet siquidem adversariorum defensor audet inficiari, tum in *prima* ejusdem dispositionis parte, tum in novissima vocationis sede controversum patronatus jus dubio procul fuisse PRIMOGENIALE; utpote tributum, vel « *primogeniti filiis masculis de PRIMOGENITO IN PRIMOGENITUM*» vel «*proximioribus de familia Spinellorum consanguineis...... de PRIMOGENITO IN PRIMOGENITUM* » *Summ. litt. B.* Qui fieri autem, Judices, potest, ut in altera, et INTERMEDIA vocatione aliorum Petri Antonii filiorum, ac descendentium ejusdem indoles in GENTILITIAM repente mutata censeatur ? Res oppido vere singularem redoleret absurditatem; Haud enim est verosimile, Sacratissimum voluisse Principem, PRIMOGENIALE primo vinculum concessioni suae adjicere; mox TOLLERE, ac denuo iterum IMPONERE. Porro quod ad patronorum pertinet personas, rationi equidem congruit, prout in secunda vocationis sede consanguineos *primum masculos, ac deinde foeminas* Pontifex vocavit; sic in priore pariter masculos primum Antonii, ejusque primogeniti filios de primogenito in primogenitum, mox ceteros eorum descendentes, adeoque etiam foeminas, fuisse ab eo contemplatos. Quo vero ad intimam ejusdem patronatus indolem, a naturali ipsamet abhorret ratione tueri, in uno eodemque actu partim primogeniale, partim gentilitium patronatus jus fuisse institutum.

68 Eam demum diluit, Judices, constans, et subsequens OBSERVANTIA qua nullam meliorem dubiarum rerum in-

terpretem dari superius ostendimus. Dum anno siquidem 1801 rectore suo viduata est Abbatia, innumeri supererant ex Petri Antonii descendentibus; neque Christinae ipsimet consanguinea deerat soror Joanna; Nemo tamen ex iis patronatus jus, tamquam *gentilitium*, sibique pariter *commune* ausus est vindicare. Neque secus contigit anno 1837, dum novo Abbatiae Rectore Josepho defuncto, unus primogenitus Christinae filius Hernestus, tamquam unicus, et legitimus patronus, ejusdem redditus sibi assignari, descendentibus aliis omnibus silentibus, ab Apostolica Sede impetravit. Nil itaque post tot, adeoque gravia rationum momenta, tum ex rejudicata anni 1801, tum ex intrinseca jurispatronatus indole, tum ex diuturna demum, et constanti observantia hausta, concipi Judices valet decipula ex adverso insinuata scurrilius, ac levius, eaque proinde omnino despicienda.

69 Neque diversum quidem ferendum judicium de offensione altera, ex generali fidecommissorum abrogatione in Neapolitano etiam regno invecta a contrario defensore hausta. Quis enim est in forensi palestra hospes adeo, ac peregrinus, quem lateat, PATRONATUS JURA a fidecommissariis substitutionibus toto coelo differre, neque sub abrogatoriis proinde fideicommissorum legibus fuisse umquam comprehensa? Integram oppido Ricciardiorum defensor proferat legem ea desuper re in Neapolitano etiam Regno evulgatam, et contrariae asseverationis calumnia in invitos cujuslibet oculos illico erumpet. Quod ceterum suadent etiam innumerae PATRONATUS controversiae apud Neapolitanum quoque regnum interea temporis exortae, et ad Sacrum Ordinem non raro delatae, quibus certe nullus fuisset amplius locus, si patronatus jura fuissent generatim in ditione ea abrogata. Somniata itaque tum *gentilitii*, tum *haereditarii* patronatus exceptione a Ricciardiorum defensore proposita in themate corruente, firma quoad eos etiam singula rationum manent momenta favore nobilissimae Clientulae superius adducta. Speramus itaque jure merito quoad litigatores singulos album undique calculum adjectum hodie iri consultissimae Miletensis Curiae sententiae Clientulae favore evulgatae, anteriori S. Ordinis judicio omnino immutato, veluti fusis de more precibus iterum rogamus enixe.

Quare etc.

PETRUS ROSSI ADV.

RAPHAEL BORGHI

SACRA

CONGREGATIONE CONCILII

SIVE

R. P. D. QUAGLIA

SECRETARIO

MILETEN. JURISPATRONATUS

Pro

Excma D. Margarita Spinelli Principissa Cariati



SUMMARIUM ADDITIONALE

ROMA

STABILIMENTO TIPOGRAFICO in via del Corso num. 387.

1855

SUMMARIUM ADDITIONALE



De officio audientiae generalis belli, et regia domus
Titulus LXXIII = Prammatica I.

Essendo uno de' più importanti oggetti della Nostra paterna cura per la pubblica felicità, quello di mantenere i Nostri amatissimi sudditi ne' diritti della proprietà, e della libertà civile fra le giuste proporzioni, che allo Stato di Monarchia si convengono; ed avendo Noi conosciuto, che al conseguimento di tal fine non altrimenti può devenirsi, che col rendere a' cittadini facile, e spedita l'esecuzione delle leggi, quando avvenga, che ne implorino essi nè loro bisogni la protezione: abbiamo considerato, che la via più sollecita sia quella di ridurre alla necessaria unità le molte Giurisdizioni, che per le circostanze de' tempi si è creduto opportuno far deviare da tribunali ordinarii, affidandone l'amministrazione a particolari Magistrati. Ma nel tempo medesimo abbiamo riflettuto, che l'applicazione di questi principj generali deve soffrire delle limitazioni per quelle persone, che pel rispettabile, ed eminente ordine, al quale sono ascritte, godono di un foro separato, in contrassegno della superiorità, che dà ad essi sugli altri cittadini l'onorata loro professione. E poichè è stata sempre Nostra mira, che i privilegj del foro militare siano da tutti gli Ordini dello Stato rispettati oltre modo, affinchè la Nazione apprenda da questi estrinseci apparati, che la professione più onorata della Monarchia sia quella delle armi; Quindi è che per combinare insieme così il principio generale di una giusta diminuzione delle separate Giurisdizioni, che quello della perpetua fermezza dei privilegj del foro militare, abbiamo creduto necessario l'affidare ad un solo tribunale le funzioni giurisdizionali, che finora si sono separatamente esercitate dall' Uditore generale degli eserciti, da quello di Marina, da quello de' Castelli di Napoli, e dal delegato di Casa Reale; cosicchè dalla soppressione di questi magistrati par-

Num. 1.
***Probatur**, causam super mera pertinentia laicalis juris patronatus, de quo agitur, ex **REGI DUMTAXAT FORI PRIVILEGIO** litigatoribus singulis competente **coram REGIO** tribunali, cui nomen* « Udienza Generale delle armi, e **CASA REALE** » *anno* 1801, *fuisse actam.*

ticolari formandosene un solo collegio, la proprietà, e la libertà civile di quelli cittadini, che vi appartengono, ricevano dal suffragio di molti quella morale sicurezza, di cui potevano temere forse giustamente dal giudizio di un sol solo.

Litt. A. Mossi pertanto dalle suddette ragioni, e dalla riflessione, che alle **PERSONE DELLA NOSTRA CORTE**, le quali sono nella maggior parte militari, avrebbe l'incertezza del proprio foro recato gran ritardo alla necessaria celerità degli affari, qualora si fosse lasciato correre l'antico sistema; molto più, che la Giurisdizione dell'Uditore degli eserciti abbracciava nella sua origine ben anche le persone di Corte, e solo negli ultimi anni del glorioso regno del Nostro Augusto, ed invitto padre Carlo III fu loro accordato un magistrato separato sotto il nome di *Alcaide di Corte:* abbiamo ordinato l'emanazione della presente Real Costituzione, alla quale intendiamo accordare la qualità derogante ad ogni legge (che sino al presente giorno sia stata in osservanza) in quelle parti, che vi siano contrarie, e la qualità confirmativa nelle altre parti nè tacitamente, nè espressamente in essa comprese. E comandiamo Sovranamente, che da oggi in avanti

I. Restino abolite le cariche di Uditor Generale degli eserciti, di quello de' Castelli di Napoli, e di Delegato della Real Casa e Corte, e conosciuto sotto il nome di Alcaide, come anche tutti gli uffizj a quelle annessi co' loro rispettivi subalterni, Portieri, Birri, Servienti ec.

Litt. B. II. Tutte le giurisdizioni, diritti, preeminenze ec., che fin oggi sussistono in forza delle Reali Ordinanze, Leggi del Regno, Ordini Generali, e specialmente delle Istruzioni emanate da Sua Maestà Cattolica Nostro Augusto Genitore in Luglio dell'anno 1750 per l'elezione dell'ALCAIDATO di Corte, vogliamo espressamente che restino concedute alla nuova udienza (che si nominerà *Udienza Generale di Guerra e Casa Reale*) nell'istesso modo e forma, che separatamente si esercitavano dai soppressi Magistrati; senza introdurre innovazioni alla osservanza delle Reali Ordinanze, e di altri Sovrani Stabilimenti, fintantochè non venga da Noi diversamente stabilito colla pubblicazione delle nuove Ordinanze militari.

III. La nuova Udienza sarà composta di un Presidente, che Noi sceglieremo frà più benemeriti Uffiziali Generali de'Nostri eserciti di terra, e di mare: di un Vice-presidente togato, che prenderemo frà Ministri della Nostra Camera di S. Chiara, di tre Consiglieri da sceglierssi parimenti frà Ministri de' tribunali della Nostra Capitale; di un'Avvocato Fiscale; di un'Avvocato de' Poveri; di un Segretario; di un Procuratore dei poveri, e di un Procuratore Fiscale; di una banca di subalterni composta di un Mastrodatti, e da non più di dieci scrivani, quattro per le cause criminali, e sei per le civili, di tre Portieri, e di una Guardia composta da un Capitano, ed otto Birri.

IV. Resteranno per ora nel piede attuale tutti i Tribunali Militari Provinciali, gli Uditori dei Castelli, gli Assessori di Piazze così di questo Regno, come de'Presidii di Toscana, senza alcuna innovazione, con ammettersi soltanto da questi Tribunali le appellazioni alla nuova udienza nello stesso modo, e forma, che si è finora praticato co'soppressi Magistrati a tenore de' militari stabilimenti.

Omesso ec.

Dato in Caserta li 17 Febbraro 1786.

FERDINANDO

Num. 2.

Rectoris nominatio post rem judicatam super ejus patronatu ortam, Principissa Cristina, tamquam unica et legitima patrona cor. ECCLESIASTICA MILITENSI CURIA anno 1801 *expleta.*

Mileto li 20 Giugno 1855

La Curia Vescovile di Mileto certifica, che riscontrato il processo intitolato = Seminara 1801 acta collationis Beneficii, sive Abatiae sub titulo SS. Infantini, et Joannis Theologi erecti in propria Ecclesia favore Excellentissimi Domini Josephi Spinelli novicii Equitis Religionis Hierosolimitanae, dal foglio 6 al 24 ha rinvenuto i seguenti documenti, che si trascrivono

Coram etc. Die prima mensis Julii millesimo octingentesimo primo Neapolim etc.

Costituita nella Nostra presenza l' Eccellentissima Signora Donna Cristina Spinelli Savelli Principessa di Cariati grande di Spagna di prima Classe DONNA DI CORTE etc. *la quale agisce ed interviene alle cose infrascritte per se, suoi eredi, e successori etc. spontaneamente ha asserito avanti di Noi detta Eccellentissima Signora Principessa come rappresentante dell'Illustre Casa di Cariati nei Feudi di Titoli negli onori, nelle Signorie, e ne' beni in forza del laudo del fu Regio Consigliere*

delle Reali Finanze D. Saverio Maria di Andrea Arbitro eletto da Sua Maestà in data del primo Giugno 1793 *e dalle parti interessate accettato, come dagli atti originali fabricati presso dell'attuario assunto, e mastro d'atti del S. R. C. Dot. D. Giovanni Graziani, quali sono stati indi trasmessi d'ordine di Sua Maestà (D. G.) nel Tribunale di Guerra presso gli atti della spettanza per la infradicenda Abbadia Mastro-d'atti D. Francesco Catalano, quale laudo fu confermato ancora mercè di solenne istromento di concordia e transazione stipolata a dì* 20 *Decembre* 1795 *pel Notaro D. Giuseppe Maria*

Litt. A. *Macchia di Napoli avere, e godere il dritto patronato attivo della Badia dei SS. Giovanni Teologo, e Fantino dentro la Venerabile Chiesa dell'anzidetto titolo nel territorio della Città di Seminara Diocesi di Mileto in Provincia di Calabria ulteriore,* colla facoltà di nominare per Abbate chi piaccia ad essa Eccellentissima Signora Principessa, come dalle Bolle di Papa Paolo III, e dai decreti interposti presso dei surriferiti atti dal Tribunale di Guerra, confermato eziandio in grado di nullità in contradizione dei figli così primogeniti, che secondogeniti del fu Eccellentissimo Don Antonio Spinelli Presidente del Magistrato del commercio, trovandosi oggi vacante l'anzidetta Abbazia per morte accaduta dell'ultimo Abbate dell'illustrissimo fu Don Scipione Spinelli fin dal mese di . . . . . . 1797, Onde è necessario che da essa costituita Principessa di Cariati facendo uso del suo dritto si abbia da eleggere e presentare l'Abbate in luogo del surriferito defunto D. Scipione, che perciò la detta Eccellentissima Signora Principessa D. Cristina spontaneamente con giuramento avanti di Noi non per forza o dolo, ma per ogni miglior via ec. ha presentato, e presenta, ed ha nominato, e nomina per Abbate seu Rettore della Chiesa, seu Cappella predetta, ossia al Beneficio anzidetto *l'Eccellentissimo*

Litt. B. *Cavalier di Malta Don Giuseppe Spinelli di Fuscaldo figlio legittimo e naturale dell'Eccellentissimo Signor Marchese di Fuscaldo Don Tommaso Spinelli con tutti e singoli beni, oneri,* pesi, jussi, ragioni, e prerogative a detto Beneficio seu Abbadia spettante, ed appartenente in qualsivoglia modo, tanto di legge, quanto di fatto, e di consuetudine. Di maniera che per causa della nomina, e presentazione predetta liberamente sia

lecito a detto Signor Cavalier Don Giuseppe Abbate seu Rettore ut supra nominato, e presentato, domandare percipire, conseguire, ed avere tutte le entrate, rendite, beni, e ragioni qualsivogliano al detto Beneficio, seu Abbadia in qualsivoglia modo, e maniera spettanti, ed appartenenti, e se sarà necessario per la di loro consecuzione comparire in giudizio, servirsi delle ragioni, e cautele di detta Chiesa, seu Abbadia esiggere tutti li frutti attrassati anche per mezzo di pubblici Banchi, e quietare ec. e generalmente fare ogni altra cosa, che per l'effetto predetto sarà necessario, ed opportuno ec. Ed ha promesso, e consentito detta Eccellentissima Signora Principessa per solenne stipolazione ec. a detto Signor Cavaliere Don Giuseppe assente, ed a me prefato Notaro per il medesimo presente ec. la nomina, e presentazione predetta, e tutte le cose suddette ec. aver sempre rate, e ferme, ed a quelle non controvenire per qualsivoglia ragione, occasione, e causa ec. con esser lecito a detto Abbate nominato come sopra comparire nell'anzidetta Curia Arcivescovile di Mileto, o dovunque convenga, e dimandare gli ordini opportuni, perchè sia confermato, e riconosciuto per Abbate come sopra = Pro quibus omnibus observandis etc. praefata Excellentissima Principissa Domina Cristina sponte obligavit se, ejusque haeredes, successores, et bona omnia etc. praedicto Excellentissimo Domino Josepho absenti etc. et mihi pro eo praesenti etc. sub poena dupli etc. medietate etc., cum potestate capiendi etc. costituti etc. praecarii etc. renunciavit etc. et juravit etc. « Praesentibus etc. » Estracta est praesens copia ab actis meis etc., et facta collatione concordat semper salvis etc. Et in fidem etc. Ego Notarius Cajetanus Martuscelli de Neapoli rogat. signavi « Adest Signum Notariale » Die undecima mensis Julii millesimi octigentesimi primi 1801 Mileti in Curia Episcopali praesentata per Magnum D. Paulum Marzano Civitatis Seminariae Prov. ut ex actis. Et in fidem etc.

Franciscus Neri Pro-Cancellarius.

Num. 3.

Ejusdem praesentatio coram EADEM CURIA ab electo Rectore peracta, e-

Nella Reverendissima Curia Vescovile di Mileto comparisce D. Paolo Marzano della Città di Seminara qual Procuratore del Signor Cavalier D. Giuseppe Spinelli di Fuscaldo novizio dell'ordi-

jusque instantia ad ecclesiasticam consequendam institutionem proposita, et Christinae patronatus juri innixa.

ne Gerosolimitano, e dice come per la morte del fu D. Scipione Spinelli quondam Antonio venne a vacare il Beneficio ecclesiastico, ossia Badìa sotto il titolo di S. Fantino, e S. Giovanni Teologo fin dal mese di Novembre 1797, e poichè il dritto di nominare, e presentare il Beneficiato ossia Abbate successore ne'casi di vacanza spetta, e si appartiene all'Eccellentissima Principessa di Cariati Donna Cristina Spinelli anche in virtù del decreto definitivo spedito con cognizione di causa, e dopo discusse le nullità passato in cosa giudicata dal Tribunale di Guerra e Casa reale, intesi tutti gl'interessati conforme chiaramente si rileva dalle produzioni in forma valida, che in vim probationis il comparente presenta in detta Reverendissima Curia cum facultate relaxandi copiam, è stato nominato nel detto vacante Beneficio il principale del comparente conforme apparisce dal legale istromento di nomina, che presenta in detta Curia, onde resta solo che fosse il nominato immesso nel possesso di detto Beneficio colle solite Bolle istituzionali di essa Reverendissima Curia, giacchè essendosi dichiarato con detto decreto, che il dritto di nominare spetta a detta Eccellentissima Signora Principessa, ed essendo stati anche esclusi li competitori della chiamata passiva, per ogni ragione tralasciare si devono *li soliti Editti contra interesse habentes*, *e gli altri atti, che in simili vacanze erano soliti compilarsi*, bastando soltanto documentare l'idoneità del soggetto nominato per indi spedirsi l'opportuno decreto, ed in seguito le Bolle istituzionali. Che però ricorre in essa Reverendissima Curia, e fa istanza darsi le convenevoli provvidenze per lo sollecito disbrigo di tale causa, e così dice ec. isto etc. et omni meliori modo etc. = Die undecima mensis Julii millesimi octingentesimi primi 1801 Mileti in Curia Episcopali praesentata per magnum D. Paulum Marzano Civitatis Seminariae Proc, ut ex actis etc.

Et in fidem etc.

Neri Pro-Cancellarius.

Litt. A.
Interloquutorium Miletensis Curiae decretum, quod praesentationem eam non a-

Nos Excellentissimus, et Reverendissimus Dominus Mileten. Episcopus visa supradicta comparitione in Nostra Episcopali Curia praesentata, nec non legali copia instrumenti nominationis, et praesentationis favore Principalis Comparentis factae, aliisque documentis etiam legalibus nobis exhibitis,

providendo *dicimus nominationem, et praesentationem praedictam fore et esse admittendam si et in quantum, et prout de jure etc.* ad finem etc. Et ita etc.

liter primum admisit, nisi salutaribus adjectis clausolis « si et in quantum, et prout de jure ».

Datum quo supra H. Episcopus Mileten.
Neri Pro Cancellarius

IN DEI NOMINE Amen

Num. 4.

Consultissima, ac definitiva posterior EJUSDEM CURIAE *sententia solemni ritu declarans* constare de jure patronatus Principissae Christinae, *ejusque approbans nominationem.*

In causa institutionis ad Beneficium sive Abatiam desub titulo SS. Insfantini, et Joannis Theologi erectam in propria rurali Ecclesia sub eodem Titulo sita in Territorio Seminariae hujus Mileten. Diocaesis de jure patronatus Excellentissimae Familiae Principum Cariati, vacantem per obitum Excellentissimi Domini Abatis D. Scipionis Spinelli secutum sub anno 1797 favore Excellentissimi Domini Josephi Spinelli Equitis Religionis Hierosolimitanae filii legitimi et naturalis Excellentissimi Domini Thomae Spinelli Marchionis Fuscaldi, prout ex actis etc.

Visis instantiis per Procuratorem dicti Excellentissimi Domini Equitis D. Josephi Spinelli, petentem predictum suum Principalem institui ad Abatiam, sive Beneficium SS. Insfantini, et Joannis Theologi tanquam nominatum, et praesentatum ab Excellentissima Domina D. Christina Spinelli jus nominandi, et praesentandi habente ; Decretis Supremae Regalis *Audientiae* Belli, et Domus Regalis de die 23 Januarii, et 18 Junii currentis anni servatis formis, ac auditis partibus, et interesse habentibus latis, et in judicatum transactis, non obstantibus nullitatibus propositis, cum quibus decretum est jus nominandi, et praesentandi Rectorem, sive Abatem dicti Beneficii sive Abatiae SS. Joannis Theologi, et Fantini spectare ad praedictam Excellentissimam Principissam Cariati Dominam Christinam Spinelli, servatis in omnibus forma, et tenore Bullae erectionis Pauli PP. III. in actis praesentatae, et quod ipsamet Excma D. per contradictores non molestetur a jure patronatu passivo in dicta Abatia ; Visa pariter copia legali instrumenti nominationis, et praesentationis favore praedicti Excellentissimi Domini Josephi Spinelli de die prima currentis mensis rogati manu regii, et pubblici Notarii Mag. Cajetani Marturelli Civitatis Neapolis in actis etc. Cumque constet etiam de morte praedicti D. Scipionis Spinelli ultimi beneficiati, et possessoris ;

ac etiam de pacifica quasi possessione de praeterito juris nominandi, et praesentandi Excellentissimae Familiae Principum Cariati spectante, prout ex actis praeteritarum institutionum in Archivio Nostrae Curiae existentibus: Visis denique videndis, et consideratis considerandis, Nos infrascriptus Miletensis Episcopus *dicimus*, *atque decernimus*, **CONSTARE DE JURE PATRONATUS FAVORE DICTAE EXCELLENTISSIMAE DOMINAE PRINCIPISSAE CARIATI, UTI DESCENDENTIS A FUNDATORE,** *ideoque nominationem, et praesentationem praedictam ut supra a memorata Domina Christina favore Excellentissimi Domini Equitis D. Josephi Spinelli factam, admittendam, et confirmandam fore et esse, Bullasque institutionales expediendas cum omnibus juribus honoribus, oneribus etc. qui vero in possessionem dicti Beneficii sive Abatiae* non immittetur, nisi fuerit prius prima clericali Tonsura initiatus, et Nos de ejus promotione edocti, prout admittimus, et confirmamus dictas nominationem et praesentationem. et Bullas in forma expediri mandamus servatis in omnibus forma, et tenore praesentis Nostri Decreti, et sic etc.

Litt. A.

Mileti die 11 Julii 1801.

Henricus Episcopus Mileten.

Canonicus Aversa Cancellarius

Num. 5.

Ecclesiastica institutio in sententiae hujus exequntionem Rectori ab ea nominato ab EADEM CURIA tributa.

Dilecto Nobis in Christo filio Excellentissimo Domino D. Josepho Spinelli Equiti novicii religionis Hierosolimitanae salutem in Domino sempiternam, vitae decor, morumque honestas, aliaque probitatis, et virtutum merita, quibus apud Nos fide digno commendaris testimonio Nos inducunt etc. Cum itaque vacaverit et ad praesens vacat Beneficium, sive Abatia sub titulo Sanctorum Fantini, et Joannis Theologi erecta in propria Ecclesia sub eodem titulo sita in pertinentiis Civitatis Seminariae hujus Nostrae Miletensis Diocaesis de jure patronatus Excellentissimae Familiae Principum Cariati per obitum quondam Excellentissimi Domini Scipionis Spinelli ultimi dictae Abbatiae Abatis, sive Beneficiati et possessoris secutum sub anno 1797 comparuit coram Nobis, et in Nostra Curia Procurator supradicti Excellentissimi Domini Josephi Spinelli novicii Equitis memoratae Religionis Hierosolimitanae, et adseruit ad Excellentissimam Do-

minam D. Christinam Spinelli modernam Principissam Cariati uti descendentem a Fundatore spectavisse, et spectare jus nominandi, et praesentandi Beneficiatum sive Abatem, et Rectorem dictae vacantis Abbatiae ; Bullasque institutionales in favorem dicti sui Principalis uti nominati, et praesentati ab memorata hodierna Excellentissima Domina Principissa espediri instetit ».

Visis igitur actis, et Decreto *per Nos sub hodierna die lato, cum quo fuit dictum servatis servandis constare de quasi possessione juris nominandi ut supra favore Excellentissimae Dominae Principissae, ipsumque Excellentissimum Dominum Equitem Spinelli instituendum in Beneficiatum, et Abatem dictae vacantis Abatiae, ac in possessionem immittendum postquam ad primam clericalem Tonsuram pervenerit, et nos docuerit etc. Nos igitur tenore praesentium eidem Excellentissimo Domino Equiti in Beneficiatum seu Abatem dictae vacantis Abatiae auctoritate Nostra ordinaria, ac omni alio meliori modo quo possumus, eligimus, creamus, et instituimus, ac providemus, cum omnibus ejus juribus, oneribus, et honoribus servatis in omnibus Bulla erectionis a Paulo PP. III edita. Verum ipsemet Excellentissimus, et Reverendissimus Dominus D. Josephus Spinelli in possessionem ejusdem Beneficii, sive Abbatiae non immittatur, nisi prius ad primam Clericalem Tonsuram pervenerit, ac fuerit initiatus, et Nos de ipsius promotione doceat.* *Litt. A.* *Litt. B.*

Datum Mileti ex Nostro Episcopali Palatio hac die 11 *Mensis Julii* 1801.

HENRICUS EPISCOPUS MILETEN.

Num. 6.

Subsequens immissionis mandatum illius favore ab EADEM CURIA relaxatum.

Nos infrascriptus Illustrissimus, et Reverendissimus Dominus Mileten. Episcopus visis Bullis Institutionalibus a nobis alias, et sub die undecima mensis Julii currentis anni expeditis cum quibus dilecto in Christo filio Illmi D. Josephi Spinelli Equiti novicio Religionis Herosolimitanae collatum fuit Beneficium seu Abbatia sub titulo SS. Fantini et Joannis Theologi erecta in propria Ecclesia sub eodem titulo de jure patronatus Illustris familiae Principum Cariati, *vigore instrumenti nominationis, et praesentationis in favorem ejusdem Illmi D. Josephi Spinelli factae AB ILLUSTRISSIMA DOMINA CHRISTINA SPINELLI MODERNA PRINCIPISSA CARIATI* uti

descendente a fundatore, et existente in quasi possessione juris nominandi dictum Beneficiatum seu Abatem toties quoties vacare contingerit etc. Cumque in Bullis jam dictis juxta legem fundationis et Sacrorum Canonum statuta, apposita fuerit expressa conditio, quod antedictus Illmus D. Joseph Spinelli non immittetur in possessionem enunciati Beneficii sive Abatiae, nisi prius ad primam clericalem tonsuram pervenerit, ac fuerit initiatus, et Nos de ipsius promotione docuerit; ideo visis pariter Bullis originalibus typis impressis, ac Nobis praesentatis, ex quibus constat, praefatum Illustrissimum Dominum Josephum Spinelli sub die 22 proximi praeteriti mensis Augusti ab Illustrissimo, et Reverendissimo Domino Salvatore Spinelli Archiepiscopo Salernitano fuisse primum clericali tonsura initiatum, ideo providendo decernimus Bullas institutionales jam dictas ut supra a Nobis expeditas fore, et esse exequendas, ac debitae exequutioni demandandas juxta illorum seriem, continentiam, et tenorem, dictumque Illustrissimum Clericum D. Josephum Spinelli in possessionem dicti Beneficii, sive Abatiae immittendum; pro cujus effectu tenore praesentium Reverendo Canonico D. Dominico Marsano Civitatis Seminariae committimus et mandamus quatenus etc. Statim visis seu receptis praesentibus, memoratum Illustrissimum Clericum D. Josephum Spinelli, vel ejus Procuratorem in veram, realem, actualem, et corporalem enunciati vacantis Beneficii, seu Abbatiae possessionem immittet, et inducat vice Nostra, immissumque defendat, amoto exinde quolibet illicito detentore. Et ita etc. ac expediantur ordines in forma ad finem etc. Mileti ex Nostro Episcopali Palatio hac die 7 mensis Septembris 1801.

Litt. A.

Henricus Episcopus Mileten.
Franciscus Neri Pro-Cancellarius

Concordat cum originali.

Mans. Curtius Romano Cancellarius

Josephus Antonius Morrone U. J. D., ac Illmi, et Rmi Domini Philippi Mincione Miletensis Episcopi in spiritualibus Vicarius Locumtenens Generalis, et officialis deputatus.

Universis, et singulis ad quos spectat etc. Notum facimus, atque testamur suprascriptam adtestationem scriptam, subscriptamque fuisse propria

manu, et charactere Reverendi Mansionarii Domini Curtii Romano; ipsumque talem esse, qualem se fecit Cancellarium nempe hujus Episcopalis Curiae, ejusdemque adtestationibus in judicio, et extra plenam semper adhibitam fuisse, et de praesenti adhiberi possit fidem. In quorum etc.

Datum Mileti ex hac Episcopali Curia die 20 Junii 1855.

Joseph Antonius Morroni

Num. 7. *Apostolicae litterae, MELITENSIS ANTISTITIS arbitrio commissae, quibus anno 1838 Hernestus Spinelli primogenitus Christinae filius, tamquam UNICUS controversae Abbatiae PATRONUS gratiam illius redditus percipiendi a S. Sede impetravit.*

Mileto 20 Giugno 1855.

La Curia Vescovile di Mileto

Certifica che riscontrando il processo intitolato = Napoli = Seminara 1838 = Rettoria de' SS. Fantino, e Giovanni Teologo data in amministrazione al Duca di Castrovillari D. Ernesto Spinelli si legge quanto siegue.

Gregorius PP. XVI.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam Benedictionem. Exponendum nobis curavit dilectus filius Januarius Spinelli Cariati Princeps ejus *filium Ernestum ex morte suae genitricis Christinae patronatus jure pollere in Beneficium sine animarum cura, quod rectoriam appellant in praesentia Rectore carens, atque a Sanctis Fantino, et Joanne Theologo nomen habens* in ista tua Miletensi Diocesi existit. Cum autem ob adversas rerum vicissitudines ejus familia de pristino splendoris gradu dejecta in re augusta versetur, idcirco supplici cum prece a Nobis efflagitavit, *ut ejusmodi Beneficio seu Rectoria commemoratus Ernestus perfrui possit.* Nos igitur ipsum Ernestum peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis in quae forte incurrerit hujus tantum rei gratiae absolventes, et absolutum fore censentes, Tibi, Venerabilis Frater eas partes imponimus, atque mandamus, ut auctoritate Nostra Apostolica dilata novi Rectoris nominatione eidem Ernesto facultatem facies, cujus vi, donec ipse vixerit, commemorati Beneficii, seu Rectoria administrationem gerat, atque administrationis nomine omnes illius fructus, redditus, atque proventus libere, et licite percipere possit, quamvis vestem, quam saecularem vocant, gerat, uxorem ducat,

Litt. A.

Litt. B.

aut castra sequatur. Mandamus autem onera omnia eidem Beneficio, sive Rectoriae inhaerentia diligenter impleri, eaque completa esse penes istam Episcopalem Curiam quotannis probari. Volumus etiam, ut statim ac ipse Ernestus ex hac vita migrarit Beneficium ipsum seu Rectoria ad suae institutionis jura illico redeat. Haec indulgemus, atque concedimus non obstante fel. rec. Benedicti XIV. Praedecessoris Nostri super Div. Mat., aliisque Apostolicis, atque in universalibus, provincialibusque, et Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, et ordinationibus, nec non legis fundationis illius Beneficii seu Rectoriae etiam juramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Denique hisce litteris

Litt. C. patronatus juri, quod praefertur, approbationem Nostram nequaquam adjungimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris die 8 Maii 1838 Pontificatus Nostri anno octavo.

Pro Dño Cardinali De Gregorio
A. Picchioni substitutus
Venerabili Fratri Episcopo Militensi

Reass., e Regta lib. 9 num. 311.
Michele Frenna = vi è il Bollo

Concordat cum originali
Mans. Curtius Romano Cancellarius

Num. 8.
Supremi Siciliarum Regis beneplacitum, Hernesti patronatus juribus *innixum, quo earumdem litterarum exequutio in utriusque Siciliae Regno permittitur.*

Ministero e Real Segretario di Stato
degli affari Ecclesiastici
Secondo Dipartimento N. 2567

Illmo e Rmo Signore

Sulla chiesta impartizione del Regio Exequatur in su d' un Breve Pontificio col quale si commette a Vostra Signoria Illustrissima e Reverendissima di abilitare D. Ernesto Cariati a percipire i frutti della Rettoria sotto il Titolo de' SS. Fantino, e Giovanni Teologo, la Consulta de' Reali Dominii al di qua del Faro ha dato il seguente avviso.

Il Principe di Cariati D. Gennaro Spinelli ha esposto al S. Padre, che il suo figlio Ernesto dietro la morte della propria madre Cristina abbia il dritto di patronato su d'un Beneficio senza cura di Anime, ossia su d'una Rettoria sotto il titolo

de' SS. Fantino, e Giovanni Teologo nella Diocesi di Mileto, che tal Rettoria trovisi attualmente vacante; che le circostanze infelici della famiglia Cariati sono notissime, ed ha implorato che il mentovato suo Figlio Ernesto goda de' frutti dell' enunciata Rettoria = La Santità Sua con Breve direttamente spedito nel dì 8 Maggio 1838 ha ordinato, che si differisca la nomina del nuovo Rettore, che il patrono Ernesto amministri, finchè vive, la Rettoria suddetta, che ne percepisca liberamente, e lecitamente i frutti abbenchè vesta da secolare, contragga matrimonio, o si addica alla milizia, dichiarando espressamente che seguita la morte dell' Ernesto, la Rettoria *ad suae institutionis jura illico redeat.* Ha ordinato inoltre il S. Padre, che l'amministratore suddetto adempia diligentemente i pesi inerenti alla Rettoria, e ne dimostri in ogni anno lo esatto adempimento presso la Curia Episcopale di Mileto « *Infine la Santità Sua ha delegato l' esecuzione al Vescovo della stessa Diocesi di Mileto* ». Il Breve Pontificio è stato presentato nella Reale Delegazione, ond' essere fornito del Regio Exequatur, e il Consigliere Commendatore Canofari Delegato ne ha in seguito di ministeriale de' 26 Maggio prossimo passato fatto rapporto alla Consulta cui è stato letto l' originale Breve. = La Consulta medesima considerando che non trattasi se non d' un differimento di nomina del Rettore = Che non si è deferita al Patrono, se non la temporanea amministrazione della Rettoria, e la temporanea percezione delle rendite della medesima, avuto riguardo all' infelice posizione economica in cui trovasi la famiglia Cariati = Che il Patrono ridotto in uno stato infelice di economia, attende convenevolmente delle considerazioni dal Beneficio soggetto a patronato = Che col Breve si è provveduto al sicuro adempimento dei pesi; che col breve medesimo si è espressamente stabilito, che cessando la vita del summentovato Ernesto, la Rettoria anzidetta *ad suae institutionis jura illico redeat* = Che Sua Maestà a simili grazie Pontificie si è degnata concorrere col suo reale beneplacito, come (omettendo di riportare altri esempj) con Rescritto dei 28 Aprile 1836 praticò benignamente alla occasione di Breve presentato da D. Anastasio Ricci in Diocesi di Rieti = Ha opinato all' unanimità = Che possa la Maestà Sua degnarsi di concorrere col suo reale

Litt. A.

Litt. B.

Beneplacito alla disposizione contenuta nel Breve Pontificio di che è parola, e di comandare che vi s'impartisca la Reale esecutoria, colla clausola che rimangano salvi i diritti della Real Corona, le Leggi, e la Polizia del Regno; che con questo temporaneo e particolare atto non s'intende arrecato detrimento alcuno alla fondazione della Rettoria suddetta, ed a dritti de' terzi, e che il Vescovo della Diocesi vegli efficacemente, e prenda contezza in ogni anno dello esatto adempimento de' pesi sulla Rettoria medesima imposti = Essendosi Sua Maestà degnata d'uniformarsi al succennato avviso della Consulta nel Real Nome lo partecipo a Vostra Signoria Illustrissima e Reverendissima per sua intelligenza, e per l'uso corrispondente.

Napoli 27 Giugno 1838.

M. D'Andrea

A. Mons. Vescovo di Mileto.

Num. 9.

Subsequens rescriptum ei consonum.

Al Signor Consultore Commendatore D. Francesco Canofari Delegato de' Regii Exequatur ».

Il Procuratore di D. Ernesto Spinelli Principe di Cariati espone d'aver ottenuto da Roma l'annesso Breve « Supplica per lo Regio Exequatur »; la Consulta de' Reali Dominj di quà del Faro veduto il Breve Pontificio spedito in Roma il dì 8 Maggio prossimo scorso dal quale rilevasi che il Principe di Cariati D. Gennaro Spinelli ha esposto alla S. Sede che il di lui figlio D. Ernesto dietro la morte della propria madre Donna Cristina abbia il diritto di patronato su d'un Beneficio senza cura di anime appellato Rettoria sotto il titolo de' Santi Fantino, e Giovanni Teologo esistente nella Diocesi di Mileto; che tale Rettoria trovisi attualmente vacante, ed essendo infelici le circostanze di sua famiglia ha implorato che il mentovato suo figlio Ernesto goda de' frutti dell'enunciata Rettoria « In sequela di tale esposto si commette al Vescovo di Mileto, perchè differita la nomina del nuovo Rettore permetta all'accennato D. Ernesto che durante la sua vita prenda l'amministrazione della Rettoria, e possa a titolo d'amministrazione percepire liberamente, e lecitamente i frutti della Rettoria medesima, abbenchè vesta da secolare, contragga matrimonio, o si addica alla milizia coll'obbligo bensì di adempire i pesi inerenti al-

la Rettoria , e di dimostrarsene in ogni anno presso della Curia Episcopale lo adempimento.

E coll'espressa dichiarazione , che seguita la morte del prefato D. Ernesto debba la Rettoria anzidetta subito ritornare a dritti di sua istituzione. Veduto altresì il Real Rescritto del 27 dello spirato Giugno rimesso dal Ministero di Stato degli affari Ecclesiastici, col quale si è benignata Sua Maestà uniformarsi al parere rassegnato da questa Consulta, degnandosi di concorrere col suo Real Beneplacito alla disposizione contenuta nell'indicato Breve Pontificio , e di ordinare che gli s'interponga la reale Esecutoria colla clausola che rimangano salvi i dritti della Real Corona , le leggi , e la polizia del Regno , che con questo temporaneo , e particolare atto non s'intenda arrecato detrimento alcuno alla fondazione della Rettoria suddetta , ed a dritti de' terzi , e che il Vescovo della Diocesi vegli efficacemente, e prenda contezza in ogni anno dell'esatto adempimento de' pesi sulla Rettoria medesima imposti.

Si eseguisca il Breve Pontificio di cui è parola, in conformità , ed a termini della prefata Sovrana risoluzione.

Napoli 5 Luglio 1838

Il Vice Presidente Domenico Criteni.

Il Delegato Commendatore Canofari.

Il Segretario Marchese Onofrio Bisogni.

Lo Spedizioniere Pietro Frenna.

Reg. lib. 9 num. 311 « Breve Pontificio sc. 1.36.

Il Controloro Luigi Ventre

Esatto per dritto di registro carlini tredici « Francesco Antonio Valle Regio Percettore.

Concordat cum originali

Mans. Curtius Romano Cancellarius

Curia Vescovile di Mileto

Num. 10.

Solemne, ac definitivum Miletensis Curiae *decretum* , *ubi declaratur expressim de Hernesti patronatu limpidissime constare, ac Pontificium indultum exequutioni committitur.*

Vista la petizione dell'Eccellentissimo Don Ernesto Spinelli de' Principi di Cariati, colla quale chiese d'essere dichiarato e riconosciuto come Amministratore , e far proprj sua vita durante , tutt'i frutti, e rendite del Beneficio ossia Badia sotto il titolo de' Santi Fantino, e Giovanni Teologo eretto e fondato in propria rurale Chiesa sita nelle adjacenze di Seminara luogo di questa Diocesi , di Juspatronato dell'Eccellentissima

Casa de' suddetti Principi di Cariati, e ciò in forza di Pontificio Indulto munito di Sovrano assenso, e di Regio Exequatur a norma della Polizia e legge del Regno.

Visti di vantaggio il Pontificio Breve spedito in Roma sub annulo Piscatoris in data 8 Maggio 1838 il Regio Exequatur spedito in Napoli a 5 Luglio

Litt. A.

detto anno, *e finalmente gli atti esistenti in questa Curia Vescovile dalli quali emerge, che il Patronato attivo, e passivo del suddetto Beneficio semplice ossia Badìa vacante oggi per la morte dell'Eccellentissimo Cavaliere Gerosolimitano fu Don Giuseppe Spinelli ultimo possessore si appartiene esclusivamente al Principe di Cariati, per cui colla suddetta Pontificia concessione, anzichè inferirsi pregiudizio a chicchesia, si giova l'attual Patrono nella posizione in cui si trova.* La Curia medesima perciò; Considerando, che le due Supreme Potestà per giusti, e ragionevoli motivi han concesso al sullodato Don Ernesto la grazia di godere vita sua durante i frutti del sudetto Beneficio, e di possederlo in qualità d'amministratore, dando pronta esecuzione al cennato Breve Apostolico avvalorato di Regio Exequa-

Litt. B.

tur, dichiara sospesa la nomina del nuovo Rettore o Beneficiato nel ripetuto vacante Beneficio, o Badìa durante la vita del supplicante Don Ernesto, lo riconosce per amministratore colla facoltà di far suoi tutti i frutti, e rendite del detto Beneficio, coll'espressa condizione, ed obbligazione di adempire o fare adempiere scrupolosamente tutti i pesi annessi, ed inerenti, con dimostrare presso questa Curia suddetta in ogni anno l'adempimento de' Pii Legati con legali documenti. E finalmente dichiara che seguita la di lui morte, il Beneficio anzidetto debba ritornar subito a dritti della sua primiera istituzione a norma del cennato Pontificio Indulto, e Sovrano Beneplacito. = Ed a fine ec.

Mileto 20 Agosto 1838.

Fr. Vincenzo Maria Vescovo di Mileto.

Gratis = Canonico Giuseppe Palumbo Cancelliere.

Extracta est praesens copia a suo proprio originali, et facta collatione concordat etc. salvo semper, et in fidem.

Mans. Curtius Romano Cancellarius.

Josephus Ant. Murrone U. J. D., ac Illustrissimi,

et Revrendissimi Domini Philippi Mincione Militensis Episcopi in spiritualibus, et temporalibus Vicarius Locumtenens, et Uffic. Generalis.

Universis et singulis ad quos spectat notum facimus, atque adtestamur supradictam adtestationem scriptam alieno caractere subscriptamque fuisse propria manu, et caracthere admodum Domini Mansionarii Curtii Romano, ipsumque talem esse qualem se fecit Cancellarium nempe hujus Episcopalis Curiae, ejusdem adtestationibus in judicio, et extra plenam semper adhibitam fuisse, ac de praesenti adhiberi possit. In quorum etc. Datum Mileti ex hac Episcopali Curia die 20 Junii 1855.

Joseph Antonius Murrone L. ✠ S.

Mileto 20 Giugno 1855.

La Curia Vescovile di Mileto

Num. 11.

Simile Pontificium indultum insequenti anno 1839 post immaturum Hernesti fatum ab ejus patre imploratum.

Certifica che riscontrando il Processo intitolato=Napoli = Seminara 1839 Rettoria de' Santi Fantino, e Giovanni Teologo data in amministrazione al Principe di Cariati D. Gennaro Spinelli si legge quanto siegue.

Gregorius PP. XVI. = Venerabilis Frater salutem, et apostolicam benedictionem = Per similes alias litteras die 8 Maii vertentis anni precibus dilecti filii Januarii Spinelli Cariati Principis benigne annuentes potestatem fecimus ut illius filius Ernestus Beneficium seu Rectoriam uti appellant a SS. Fantino, atque Joanne Theologo appellatam, et in ista tua Diocaesi institutam ad sui vitam administrare possit. Jamvero cum idem Ernestus diem supremum obierit, ipse Januarius enixis precibus a Nobis efflagitavit, ut hujusmodi administrationem oi tribuere velimus, quo suis rebus facilius consulere possit propterea quod ejus familia de pristino splendoris gradu dejecta in re adversa versatur. Nos itaque ipsum Oratorem peculiari beneficientia prosequi volumus, et a quibusvis excomunicationis interdictis, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, ac poenis quovis modo, vel quavis de causa latis, si quas forte incurrerit, hujusmodi rei gratia absolvimus, ac absolutum fore censendum, tibi Venerabilis frater per praesens committimus, et

mandamus, qnatenus Apostolica auctoritate Nostra, dilata novi Rectoris nominatione, eidem Januario facultatem facias cujus vi commemorati Beneficii, seu Rectoriae administrationem donec ipse vixerit, gerat, atque administratoris nomine omnes illius fructus, reditus, ac proventus libere, liciteque perspiciat, licet veste, quam saecularem vocant utatur, uxorem habeat, aut castra sequatur. Mandamus vero onera omnia eidem beneficio, seu Rectoriae inhaerentia diligenter impleri, eaque impleta esse penes istam Episcopalem Curiam quotannis probari. Volumus etiam, ut statim, ac ipse Januarius debitum naturae reddiderit beneficium, seu Rectoria ad suae institutionis jura illico redeat. Haec concedimus, et indulgemus non obstan. fel. rec. Benedicti XIV Praedecessoris Nostri super Div. Mat., aliisque Apostolicis, ac universalibus, Provincialibusque, et Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, et sanctionibus, nec non legibus fundationis ejusmet Beneficii, sive Rectoriae, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 7 Decémbris 1838.

E. Card. De Gregorio.

Ven. Fratri Episcopo Militen.

Num. 12.

Regium rescriptum rem pro examine ablegans ad Status Consultorem.

Al Signor Commendatore D. Francesco Canofari Delegato per l'impartizione del Regio Exequatur ne' Reali Dominj di qua del Faro il Principe di Cariati D. Gennaro Spinelli l'espone, che avendo ottenuto da Roma un Breve la supplica per lo Regio Exequatur = l'avrà =.

La Consulta de' Reali Dominj di qua del Faro. Veduto il Breve Pontificio spedito in Roma il 7 Decembre 1838, col quale in seguito di suppliche rassegnate alla S. Sede dal Principe di Cariati D. Gennaro Spinelli si è commesso al Vescovo di Mileto, differita la nomina del nuovo Rettore al Beneficio ossia Rettoria nel titolo de' Santi Fantino, e Giovanni Teologo di quella Diocesi, permetta allo esponente Principe di Cariati l'amministrazione del menzionato Beneficio ossia Rettoria durante la di lui vita, ed a nome

di tale amministrazione ne percepisca i frutti, e rendite, abbenchè vesta da secolare, contragga matrimonio, e si addica alla milizia coll'obbligo bensì allo stesso di adempiere i pesi annessi, e di rendere in ogni anno conto dell'adempimento a quella Curia Vescovile, e coll'espressa dichiarazione, che seguita la morte di esso Principe ritorni il Beneficio, ossia Rettoria subito ai diritti di sua istituzione. Veduto altresì il Real rescritto del dì 18 del cadente Settembre, con cui si è manifestato a questa Consulta che Sua Maestà, riguardo a ciò che l'è stato inoltre rassegnato in proposito nel Consiglio di Stato del dì 12 del corrente mese, si è degnata di ordinare, che s'impartisca alla enunciata Carta Pontificia il Regio Exequatur, salvi rimanendo i dritti dei terzi. = Si esegua il citato Breve Pontificio in conformità, ed a termini dell'accennata Sovrana risoluzione = Napoli li 27 Settembre 1839.

Il Vice-Presidente Cam. Crideri
Il Delegato Commendatore Canofari
Il Segretario March. Onofrio Bisogni
Lo Spedizioniere Pietro Frenna
Esatto il diritto di carlini 13.
Francesco Antonio Valle Reg. Esattore
Reg. lib. 9 num. . . Breve Pontificio sc. 1: 30.
Il Controloro Ventre

Num. 14.

Exequutoriale alterum ***MILETENSIS CURIAE*** *decretum de patronatu Christinae descendentium fidem iterum perhibens.*

Curia Vescovile di Mileto

Vista la petizione dell'Eccellentissimo Signor D. Gennaro Spinelli Principe di Cariati, colla quale ha chiesto di essere dichiarato, e riconosciuto come Amministratore, e far proprie, durante la sua vita tutte le rendite, ed i frutti del Beneficio ossia Rettoria sotto il titolo de' Santi Fantino, e Giovanni Teologo fondato, ed eretto un tempo nella propria Rurale Chiesa sita nelle adjacenze di Seminara luogo di questa Diocesi *di jus patronato della Eccellentissima famiglia Spinelli* e ciò in forza di Pontificio Indulto munito di Sovrano assenso, e di Regio Exequatur a norma della polizia e leggi del Regno. *Litt. A.*

Visti di vantaggio il Pontificio Breve spedito in Roma sub annulo Piscatoris de die 7 Decembris 1838, ed il Regio Exequatur dato in Napoli a 27 Settembre 1839. E finalmente gli atti *esistenti* *Litt. B.*

in questa Curia Vescovile, dalli quali emerge che il patronato attivo e passivo del suddetto Beneficio, o sia Rettoria vacante oggi per la morte dell' Eccellentissimo Duca di Castrovillari, e Principino di Cariati quondam D. Ernesto Spinelli ultimo possessore si appartiene esclusivamente alla Eccellentissima Famiglia Spinelli giusta la Bolla di fondazione alla quale ec.

Perciò la Curia suddetta considerando che due supreme Potestà per giusti e ragionevoli motivi han concesso al suddetto Principe D. Gennaro Spinelli di godere vita sua durante i frutti del ridetto Beneficio, seu Rettoria, colla facoltà di possederlo in qualità di Amministratore dando pronta esecuzione alla grazia impartita allo stesso col cennato Pontificio Breve avvalorato di Sovrano assenso, ed Exequatur dichiara sospesa la nomina del nuovo Rettore o sia Beneficiato nel suddetto vacante Beneficio, o sia Rettoria durante la vita del petizionario Eccellentissimo Signor D. Gennaro Spinelli, lo riconosce per Amministratore dello stesso Beneficio, e lo ammette nel possesso colla facoltà di fare suoi tutti li frutti, e rendite di esso coll'espressa condizione, ed obbligazione di far adempire scrupolosamente tutti li pesi che sono annessi al riferito Beneficio ossia Rettoria, con documentare in ogni anno presso questa suddetta Curia Vescovile l'adempimento de' pii legati.

Litt. C.

Dichiara infine che seguita sarà la di lui morte il suddetto Beneficio debba ritornare subito a dritti della sua istituzione e fondazione a norma del citato Pontificio Breve, e Regio Exequatur, alli quali ec. e così, e non altrimenti ec.

Mileto 10 Ottobre 1839.

J. Vincenzo Maria Vescovo di Mileto

Canonico Giuseppe Palumbo Cancelliere

Concordant cum originali

Mans. Curtius Romano Cancellarius

Josephus Antonius Morrone U. J. D. ac Illmi, et Rmi Dni Philippi Mincione Miletensis Episcopus in spiritualibus Vicarius, Locumtenens, et Ufficialis Generalis.

Universis et singulis ad quos spectat etc. notum facimus, atque testamur supradictam adtestationem scriptam alieno caracthere, subscriptamque fuisse manu propria, et charactere admodum Rev.

Mansionarii Domini Curtii Romano, ipsumque talem esse, qualem se fecit, nempe Cancellarium hujus Episcopalis Curiae; ejusdemque adtestationibus in judicio et extra plenam semper adhibitam fuisse, ac de praesenti adhiberi possit fidem. In quorum etc. Datum Mileti ex hac Episcopali Curia Die 20 Junii 1855.

Joseph Antonius Morrone V. G.

L. ✠ S.

SACRA

CONGREGATIONE CONCILII

SIVE

R. P. D. QUAGLIA

SECRETARIO

MILETEN. JURISPATRONATUS

Pro

Excma D. Margarita Spinelli Principissa Cariati

Contra

Excmos DD. Ducem Ferdinandum Spinelli, Comitem Julium Ricciardi nom. etc., et litis



RESTRICTUS RESPONSIONIS

Pro Congregatione diei 1 *Decembris* 1855.

ROMA

STABILIMENTO TIPOGRAFICO in via del Corso num. 387.

1855

MILETEN.

JURISPATRONATUS



Eminentissimi, et Reverendissimi Patres

1 Et hodie pariter pessimi sui juris conscius vadimonium deserit Eques Antonius Spinelli de Fuscaldo. Facto itaque suo justitiam sententiae a Miletensi Curia editae, quae abnormem illius petitionem rejecit, plenissime confirmat. Quo vero ad adversarios ceteros, tum Ferdinandus, tum Comes Julius Ricciardi acriter Clientulae nobilissimae resistunt, deque iis proinde praestat seorsim disserere. Atque ut a Ferdinando exordiam haud satis primum, Judices, miror, quo pacto egregius ejus defensor in §. 3 *libelli sui* confidentissime audeat asserere, semel dumtaxat, et coram *laicis* tantum judicibus de controversi patronatus pertinentia fuisse disputatum; hodieque primo contingere ad *ecclesiasticos* magistratus disceptationem ejusmodi deferri. Mitto enim rem judicatam *etiam unicam* satis, superque esse ad optimum Clientulae jus comprobandum; Mitto, ex legibus ad novissimam usque conventionem anno 1818 cum Pontificia Sede initam in Neapolitano Regno vigentibus, contentiones omnes super mera, simplicique LAICALIS PATRONATUS PERTINENTIA coram laicis tribunalibus actas fuisse; neque adversario inde licere remjudicatam a Regio Tribunali, cui nomen « *Udienza generale di guerra, e casa reale* » eadem super re anno 1801 editam carpere.

2 Mitto demum eo vel minus S. Ordini hodie licere de rei illius judicatae validitate, aut nullitate investigationem suscipere, tum congruo in id DEFICIENTE LIBELLO, tum diuturno annorum fere SEXAGINTA PROHIBENTE SILENTIO; tum solemni, et amplissima OBSISTENTE RENUNCIATIONE controversiae illi a Ferdinandi auctore emissa; et ab ipsomet adversario perpetuo comprobata; tum judicialibus demum ejusdem adversarii FACTIS REFRAGANTIBUS, quibus anno 1817 rem eam judicatam invocavit. His inquam penitus mis-

sis, nonne in distributo libello ostendimus, priori huic rei judicatae triplicem aliam postea accessisse, non a laicis quidem Judicibus, sed ab ipsamet ECCLESIASTICA Miletensi Curia annis 1801, 1838, et 1839 evulgata, quibus solemni aeque ritu est definitum « CONSTARE DE JUREPATRONATUS FAVORE DICTAE EXCELLENTISSIMAE D. PRINCIPISSAE CARIATI UTI DESCENDENTIS A FUNDATORE » *Summar. Add. num.* 4 10 *et* 14? Oppido num in adversarii licet gratiam, controversiam non semel, sed QUATER, neque a laicis solum, sed ab ecclesiasticis etiam Judicibus Christinae favore diremptam, e cineribus ad vitam revocare, eamque, sive illius descendentes patronatus jure fraudari, quod toties sibi, ac judicio etiam ea vindicavit?

3 Ceterum quamvis rerum omnium judicatarum hujusmodi auctoritas sperni in themate mereretur; firma tamen, atque immota Clientulae favore perpetuo maneret non jugis solum, ac diuturna annorum fere SEXAGINTA OBSERVANTIA quam piaculum hercle foret despicere, sed pacifica etiam, et longaeva controversi patronatus juris POSSESSIO; unde PLUSQUAM LONGISSIMI TEMPORIS orta est PRAESCRIPTIO, insuperabilem dubio procul obicem tum Ferdinando, tum adversariis ceteris praebens, quominus turbam ullam ea desuper re ciere amplius ii valeant. Nemo enim est non dicam in civili, sed in CANONICA quoque jurisprudentia hospes adeo, ac peregrinus, quem lateat, solo TRIGINTA, aut QUADRAGINTA annorum lapsu actionem quamlibet, sive personalem, sive realem praescribi, et possessoris jus adeo firmari, ut in discrimen amplius nequeat adduci?

4 Porro ita cautum in Cap. 3 de *praescr.* « ibi » *Sanctorum Patrum sanctiones statuentes confirmarunt, et nos irrefragabiliter confirmamus UT OMNES POSSESSIONES ad singulas provincias nostrorum fratrum pertinentes a quibus* PER TRIGINTA ANNOS POSSESSÆ SUNT QUIETE, ET SINCERE *absque synodali proclamatione* PERPETUO TENEANTUR. » Atque ita universa Canonistarum edocet schola, ceu videre est apud. *Reinfestuel in Comm. ad lib.* 2 *Decret. tit.* 26 §. 1 *num.* 4, *et seqq.*, *Gonzalez in Comm. ad cit. Cap.* 3 *de praescr. num.* 1, *et seqq.*, *et Ferrari Bibl. Canonic. Verbo praescriptio num.* 6, *et seqq.* « ibi » *Praescriptio seu usucapio definitur communiter a Doctoribus quod sit acquisitio, seu adjectio dominii rei alienae, vel alieni juris peremptio per continuationem possessoris tempore, et modo a legibus definito . . . . . Praescriptio, seu usucapio fuit pri-*

mitus introducta per jus civile, *et deinde* ***PER JUS CANONICUM ADPROBATA*** ».

5 Eamdem autem vulgatissimam juris regulam patronatus aeque controversiis congruere, sive jus pariter hujusmodi non tricenaria solum, vel quadragenaria praescriptione, sed decennali etiam vel vicennali usucapione adversus patronos praesertim alios, qui illud sibi vindicare praesumant, numeris omnibus acquiri et naturalis suadet ratio, et communi calculo tradunt *Reinfestuel cit. lib.* 2 *Decret. tit.* 26 *de praescript. num.* 33, *Piring. cit. lib.* 2 *tit.* 26 *num.* 118 *; Ferraris biblioth. canon. verbo juspatronatus art.* 1 *num.* 39 « ibi » *Juspatronatus acquiritur praescriptione contra Ecclesiam et non amplius liberam*, *sed jam patronatam*, *seu potius contra patronum per tempus ordinarium*, *scilicet decem annorum inter praesentes, et viginti inter absentes cum titulo : sine titulo autem triginta annorum cum bona fide sicuti praescribi possunt alia jura, et bona immobilia contra privatos. Et ratio est*, *quia hoc casu non praescribitur contra Ecclesiam cujus parum interest*, *hunc vel illum habere patronum privatum*, *et aeque evenire possit*, *ut ille, qui praescribit*, *utilior sit Ecclesiae*, *quam prior ejusdem patronus contra quem praescribitur. Sed solum praescribitur adversus priorem patronum*, *qui non gaudet speciali privilegio, ut longiore tempore, quam ordinario a jure statuto contra illum praescribi debeat». Covarruvius de praescription. part.*2 § 10 *num.* 8 « ibi » *In Ecclesia*, *quae libera non est*, *nec amplius fuerit*, *sed patronos habuit*, *juspatronatus etiam a laicis praescriptione acquiri potest adversus priorem, et verum patronum. Hanc opinionem constat asseruisse, et probasse omnes auctores*, *uno dempto Archidiacono*, *quorum mentionem feci ad comprobationem, et auctoritatem primae conclusionis, atque ideo eam esse communem, omniumque consensu receptam opinor». Decis.* 407 *num.* 4 *coram Merlino* « ibi » *Ad justificationem istius juris patronatus putarunt sufficere ordinariam probationem in hac materia; nempe quasi possessionem quadragenariam*, *una cum fama*, *quae sat est ad probandum juspatronatus in privatis personis.* »

6 Quin imo scitissimum in jure est, *unicam* etiam in id praesentationem sufficere, quae suum reapse sortita fuerit effectum, et coeteris usucapionis, vel praescriptionis requisitis haud careat, veluti perbelle admonent *Barbosa in Collectar. ad Concil. Tridentinum sess.* 25 *cap.* 6 *num.* 22. *Reinfestuel in Comm. lib.* 3 *Decr. tit.* 36 *num* 16, *Ferrari cit. loco num.* 41 «ibi» *Ad hanc praescriptionem contra Ecclesiam jam patronatam*, *seu potius contra patronum*, *sufficit*, *cum tempore debito unica prae-*

sentatio facta, et suum effectum sortita, et non requiruntur plures. Et ratio est, quia de jure communi non requiruntur plures, sed sufficit unus actus praesentationis ad constituendum aliquem in possessionem, dummodo interea non evenerit alius casus praesentationis »; *et Rota in cit. decis.* 407 *num.* 8 *cor. Merlino* « ibi » *Cum ipse Simon continuaverit in possessione Cappellaniae usque ad annum* 1753, *quo tempore obiit; sequitur quadragenariam undequaque probari, et sufficere Domini dixerunt, licet detur una tantum praesentatio cum ipse Simon per quadraginta, et ultra annos possederit: nullo enim jure cautum est in patronatu privatorum requiri de necessitate multiplicatas praesentationes, sed sufficit juncta fama sola quadragenaria, quae hic abunde adest; et quod unica praesentatio sufficiat, si is praesentatus per quadraginta annos possederit, nec unquam venerit casus novae praesentationis, dixit Glossa etc.* »

7 Rebus autem judicatis, et observantiae, seu praescriptioni potius temporis adeo diuturni, *transactio* accedit anno 1795 cum adversarii auctore ac successorum etiam suorum nomine inita, et ab ipsomet Ferdinando perpetuo probata. Num enim ambigendum, judices, sub amplissima, ea, ac vere effraeni conventionis lege qua Seminariae Dux cessit Christinae primogenialia cuncta Cariatensis gentis bona una cum singulis ejusdem « **TITOLI, ONORI, PREROGATIVE, E DIGNITA' DELLA MEDESIMA** »; controversum etiam patronatus jus fuisse reapse comprehensum, quod et primogeniale natura sua erat, et ad Cariatensem adamussim gentem pertinebat. Vix autem pacato ferri animo adversarius valet, dum ejusmodi jus, utpote non expressum, sub ea verborum generalitate haud contineri blaterat. Pugnat enim primum ejusmodi offensio cum solemni, ac judiciali confessione ipsius adversarii, qui judicio super praetensa illius transactionis nullitate anno 1817 ejusdem inter partes acto, et propugnandum contrarium suscepit, et facile quidem judicibus id insinuavit teste « *Summ. n.* 4 *litt. B* ».

8 Pugnat autem eo vel fortius cum intima rei justitia. Nil siquidem in Canonico jure vulgatius, quam patronatus jus, nisi secus speciatim, atque expressim fuerit cautum sub generali jurium cessione comprehendi, veluti praeter auctoritates *in praet. Restr.* allatas litteralis edocet textus in *Cap.* 3 *de jurepatronatus* « ibi » *Mandamus quatenus si vobis constiterit, quod praefato militi praescripta fuerit villa*, ***NON EXCEPTO JUREPATRONATUS***, *ad firmum concessa . . . . ei, dummodo alias sit idoneus, adjudicetis Ecclesiam* » *ibique Glossa ad*

verb. non excepto litt. E « ibi » *Concessum videtur, quod non est nominatim exceptum* ». Pugnat demum et cum effraenibus conventionis verbis, et cum constanti interpretatione, quam eis tribuerunt res singulae judicatae superius memoratae. Num enim licet ea repente oppugnare, quae certam interpretationem semper habuere contra apertissimum textum in *Leg.* 23 *ff de legibus*?

9 Eo vero magis a veritate abhorret, quod contrarius propinare studet defensor, tum transactione nimirum ea, tum anteriori laudo a Regio Delegato Equite D'Andrea edito, cujusque meram exequutionem ea respicit, non primogenialia quidem sed libera dumtaxat Cariatensis gentis bona Principissae Christinae fuisse addicta; et ad primogenialium imo bonorum omnium successionem unum Seminariae Ducem fuisse vocatum. Nil enim aliud id redolet, judices, nisi mendacium, et commentum putidissimum, quod integer ejusdem laudi, ac subsequutae transactionis diluit contextus, ceu videre est in *praet. Sum. num.* 3. Ex eo enim magis, quam fando exprimi valeat, luculenter patet, si duplicem dumtaxat excipias majoratum, alterum anno 1640 institutum « *dalla fu Principessa Donna Giovanna di Capua* », atque alterum anno 1674 conditum « *dalla fu Principessa di Tarsia D. Isabella Spinelli* » *cit. num.* 3 *litt. N, et O* (quem utrumque *agnatitium* judex delegatus renunciavit) bona cetera cuncta « *della Casa di Cariati* » fuisse indiscriminatim Christinae tributa, tamquam « *primogenita ex filio praemortuo* » ultimi primogeniturae possessoris Joannis Baptistae *ibid. litt. I et seqq.*

10 Neque ambigendum hercle quin FIDEICOMMISSARIA quoque Cariatensis gentis bona sub lege ea fuerint comprehensa. Id enim limpidissime ex eo patet, quod nominatim, et expressim, tum in eodem laudo, tum in transactionis tabulis fuit cautum, quod scilicet « *tali beni . . . siano spettati, e spettino in forza dell'* ENUNCIATO FEDECOMMESSO *alla stessa Signora* PRINCIPESSA DONNA CRISTINA » *ibid. litt. K*; ac rursus « *che parimenti* ALLA STESSA SIGNORA PRINCIPESSA D. CRISTINA SPETTI COSI' IL MAJORASCO DI DUCATI 150000 *istituito dal quondam Principe di Cariati D. Carlo Spinelli col di sopra enunciato suo testamento dell' anno* 1614, *come l'altro* ***MAJORASCO*** *istituito dal fu Principe D. Carlo Filippo Antonio Spinelli . . . col suo testamento dell'anno* 1724 » *ibid. litt. L.* Num verba siquidem ea « *in forza dell' enunciato* FEDECOMMESSO », prout cetera, quibus Eques D. Andrea Christinae tribuit, tum « IL MAJORASCO » anno 1614 institutum a Principe Carolo Spinelli, tum « L'ALTRO MA-

JORASCO » anno 1724 conditum a Philippo Antonio Spinelli, ad bona libera valent referri? Proh calumniam vere impudentissimam!

11 Sunt autem longe etiam deteriora, et in distributo libello fuso calamo profligata, quae de fundationis lege hodie rursus disserit Orator contrarius. Negat enim is primum, Ferdinandum, utpote a Petro Antonio Spinellio descendentem, ad diversam lineam pertinere, eumque imo, tamquam masculum, et jurispatronatus fundatori gradu *proximiorem*, praeferri Christinae debuisse tuetur. Verum si de *contentiva*, ac generali descendentium omnium Petri Antonii linea is loquitur, non oppugnabo; si de EFFECTIVA vero, ac REALI ultimi possessoris linea intelligit, perpetuo negabo. Quum enim Ferdinandus, non a Joanne Baptista novissimo primogeniturae possessore, sed a secundogenito ejus fratre originem suam ducat, ad effectivam hercle, ac primogenialem Joannis Baptistae lineam minime pertinet. Ad supremum autem evidentiae gradum in *praeter. restr.* ostendimus eos dumtaxat in regularibus primogenituris ad unam, eamdemque lineam pertinere, qui non sub contentiva familiae linea, sed sub effectiva linea ULTIMI POSSESSORIS contineantur. Hac itaque qualitate adversario deficiente, firma atque immota, quod ad eum pertinet, juris regula manet a nobis invocata, quod primogenitura, nimirum quae Joannis Baptistae lineam fuit ingressa, ad lineam aliam diversam progredi nequeat, donec ea numeris omnibus haud fuerit exhausta.

12 Neque recte quidem praesidium Ferdinandus quaerit ex masculino ejus sexu. Illud enim urget vere peremptorium, quod ultimi possessoris filiae nisi fuerint nominatim exclusae, masculis etiam alterius lineae, sive lineae mere contentivae praeferri perpetuo mereantur, veluti auctoritates edocent in *praet. restr.* plena manu adductae. Somniatam autem id genus exclusionem in themate prorsus deesse est compertissimum. Duplici enim constat parte Pontificii Chirographi lex, quae Petri Antonii descendentes respicit; altera nimirum, quae de ejus « *filio primogenito masculo, atque ipsius primogeniti filiis masculis de primogenito in primogenitum* » taxative loquitur; ac masculinam dubio procul qualitatem in iis exigit; atque altera, quae de « ALIIS FILIIS (ipsius Petri Antonii) EORUMQUE FILIIS » ac descendentibus generatim agit; ac de masculino eorum sexu penitus silet. Quum non ad primam itaque, sed ad alteram classem adversarius pertineat, utpote non a primogenito sive « *de primogenito in primogenitum* » descendens,

nonnisi perperam quidem masculino ejus sexu juvari ipsemet nititur.

13 Ac re quidem vera si ubi masculis tantum filiis patronatus jus tribuere Pontifici placuit, nominatim et expressim id cavit; vel ipsa hercle discretiva orationis methodus ab eodem postea adhibita apertissime evincit, sub generali *filiorum, ac descendentium* nomine, non masculos tantum sed foeminas etiam, eorumque descendentes voluisse eum complecti. Quod sane retinendum potissimum in themate, quum de **INDIFFERENTI** activi patronatus agatur materia, nullumque agnationis conservandae studium, aut votum urgeat; ac nedum triplex, et concatenata, ut inquiunt, masculorum vocatio, verum perpetua insuper foeminarum exclusio per modum regulae omnino deficiat, eaeque imo in remotiori etiam ceterorum consanguineorum vocatione fuerint masculis substitutae. Num enim verosimile, Judices, in altera, ac remotiore vocationis sede, masculis deficientibus foeminas licet minus dilectas fuisse iis subrogatas; eas vero, licet arctiori sanguinis vinculo cum Petro Antonio conjunctas, in anteriore descendentium vocatione fuisse penitus exclusas?

14 Ac mole quidem sua argumenta singula corruunt exadverso insinuata ad ejusmodi foeminarum exclusionem inducendam, quam ceterum scitum est ex notissima Fulgosii theorica locum numquam obtinere, nisi id suadeant « **DEMONSTRATIONES ADEO CLARÆ, ATQUE PERSPICUÆ, UT OMNEM TOLLANT DUBIETATIS ALEAM, QUAEQUE IN ALIUM SENSUM DETORQUERI MINIME POSSINT** », ceu totidem verbis tradit *Fierli Celebr. Doct. Theor. pag.* 101 *et seq.*, millièsque S. Rotae Auditorium statuit. Nilque reapse futilius primum, quam foeminarum, earumque descendentium exclusionem arguere ex *primogeniali* controversi patronatus juris indole. Num enim repugnat faeminas etiam ad primogenituras vocari. Porro si de primogeniali ageretur fideicommisso pro agnationis, familiaeque conservatione instituto, aliquo forte in pretio ejusmodi haberi mereretur conjectura, licet natura sua levissima. Quum de indifferenti vero activi jurispatronatus materiae agatur in themate, scurrile, ac nugatorium est, ex mero, simplicique primogeniturae vinculo eidem tributo foeminarum exclusionem inferre.

15 Neque majoris quidem est ponderis; sed in adversarios potius retorquetur, argumentum aliud haustum ex altera vocationis sede *foeminis* postea tributa. Haec enim postrema earum vocatio, utpote alteri cohaerens, quae descendentibus Petri Antonii Spinelli eorum **CONSAN-**

GUINEOS substituit, ad foeminas tantum eorumdem CONSANGUINEAS natura sua cohibetur, neque foeminas proinde ab ipso Petro Antonio descendentes valet complecti, et anteriori earumdem vocationi, de qua in praesens loquimur, nedum minime adversatur, sed apprime imo congruit. Quod pariter sentiendum de conjectura altera, longe herele futiliore, ex eo deprompta, quod in altera rursus vocationis sede nominatim pariter de consanguineis MASCULIS meminerit Pontifex. Num enim novum id, et luculentius discretivae argumentum haud exhibet, Judices, quod masculini sexus qualitas nonnisi in prima et tertia vocatorum sede fuerit a Supremo Principe praescripta; quod sane naturali etiam congruit rationi? Quid enim aequius, quid justius quam in prima etiam vocatione, prout in tertia fuit postea cautum, masculos foeminis fuisse praelatos; in secunda vero, prout in quarta, deficientibus masculis antea contemplatis, foeminis quoque indifferens patronatus jus fuisse tributum.

16 Haec pertinent ad Ferdinandum. Quo vero ad Ricciardios, eorum pariter defensioni obstant quae cuncta, tum de rebus judicatis, tum de observantia, seu praescriptione tum de transactione demum superius innuimus. Si patronatus enim jus post Joannis Baptistae obitum primogenialem ejus indolem amisisset, ac mere gentilitium evasisset, prout ineptissime ii contendunt, quo pacto eorum auctrix Christina sibi uni potuisset illud vindicare, ac perpetuo exclusive exercere? Num autem licet Ricciardiis, quos ceterum constat Christinae heredes esse auctricis suae facta, resque praesertim judicatas ab eadem relatas oppugnare? Eo autem fortius contrariae defensioni resistit intrinseca patronatus indoles, sive illius fundationis lex. Neque concipi enim animo valet, primogenialem patronatum in una atque altera vocationis sede instituere Pontificem voluisse, indolem vero mere gentilitiam in intermedia aliorum descendentium vocatione eidem tribuere? Adeo vero perdita sunt, et commentitia, quae de somniata patronatus jurium abrogatione gratuito, ac mendacissime contrarius asserit scriptor, ut neque responsionis quidem honorem mereantur.

Quare etc.

PETRUS ROSSI ADV.

RAPHAEL BORGHI

SACRA

CONGREGATIONE CONCILII

SIVE

R. P. D. QUAGLIA

SECRETARIO

MILETEN. JURISPATRONATUS

Pro

Excma D. Margarita Spinelli Principissa Cariati

Contra

Excmos DD. Ducem Ferdinandum Spinelli, Comitem Julium Ricciardi nom. etc., et litis



RESTRICTUS REPLICATIONIS

Pro Congregatione diei 22 *Decembris* 1855.

ROMA

STABILIMENTO TIPOGRAFICO in via del Corso num. 387

1855

MILITEN.

JURISPATRONATUS



Eminentissimi, et Reverendissimi Patres

1 Haesit in anteacto certamine S. Ordinis judicium, scissis in aequas partes Eñorum Patrum suffragiis. Verum si quid intelligimus, Judices, vel ipsa haesitatio vestra tutam nobis pollicetur victoriam. Num enim ex ea haud probatum invictissime manet, **DUBIAM** saltem, et **ANCIPITEM** controversiae hujus definitionem esse. Nullam autem meliorem, tutioremque dubiarum omnium rerum interpretem concipi posse, quam **JUGEM**, et **CONSTANTEM OBSERVANTIAM**, jurisprudentiae dogma est, quo non vulgatius aliud, veluti in § 40 praeteriti restrictus ostendimus, et cubitalibus etiam cautum est verbis in *Leg.* 38 *ff. de legibus* « ibi » *Imperator noster Severus rescripsit IN AMBIGUITATIBUS . . . . CONSUETUDINEM AUT RERUM PERPETUO JUDICATARUM AUCTORITATEM VIM LEGUM OBTINERE DEBERE* ». Quin imo illud expressim, ac nominatim sancitum legitur *in Leg.* 23 *ff. de legibus* « ibi » *Minime sunt mutanda, quae certam interpretationem semper habuerunt* ».

2 Atqui non brevem, non recentem, sed jugem, constantem, ac diuturnam annorum fere sexaginta **OBSERVANTIAM** Ferdinandi intentioni resistere, et clientulae econtra nobilissimae favere, adeo luculenter in praeteritis scriptis est demonstratum, ut pigeat ea desuper re diu adhuc immorari. Constat enim judices, controversia primum in genere inter ultimi Cariatensis primogeniturae possessoris neptem Christinam, et dependentes masculos secundogeniti Antonii Spinelli quoad successionem ad primogenialia cuncta ejusdem gentis bona anno 1793 exorta uni Christinae fuisse tributam « **LA SUCCESSIONE DEI BENI, TITOLI, E DIGNITA' DELLA CASA DI CARIATI** », Antonii econtra liberis vix addictis majoratibus geminis a Joanna de Capua, et Isabella Spinelli conditis, *Sum. num.* 3, quibus nil certe cum Ca-

riatensibus bonis erat commune. Sic pariter constat, judices, controversia ea easdem inter partes amice postea composita, nedum expressim fuisse Christinae reservata « TUTTI I BENI COSI' FEUDALI, E BURGENSATICI DELL'ILLUSTRE CASA DI CARIATI, TITOLI ONORI, PREROGATIVE, E DIGNITA'DELLA MEDESIMA!» *Sum. cit. n.* 3 *litt. V*, (quae inter honorifica jura controversum etiam patronatum contineri ambigi nequit) verum successorum etiam suorum nomine amplissimum nuncium Seminariae Ducem misisse juribus cunctis, quae super Spinelliae gentis bonis experiri umquam is potuisset; *ibid. litt. Y.*

3 Constat rursus anno 1801 eamdem, quae hodie fervet super patronatus pertinentia contentionem *in specie* non semel quidem, sed BIS actam fuisse, *primum* nimirum coram Regio Tribunali, cui nomen « *Udienza generale di guerra, e casa reale* », cujusque jurisdictioni litigatores singuli, utpote Regiae Aulae addicti, suberant, *Sum. n.* 5, *et seqq.* ac *postea* coram Ecclesiastica Miletensi Curia, *Sum. add. n.* 2, *et seqq.*, duplicemque inde rem absolutissimam judicatam prodiisse, alteram nimirum a Regiis Judicibus editam, qua solemni fuit ritu definitum « *che il diritto di nominare il rettore nella Chiesa di S. Fantino, e S. Gio. Teologo . . . ha spettato, e si appartiene all'illustre Principessa D. Cristina Spinelli servata la forma della fondazione di Paolo III* » *Summ. num.* 7 *litt. A*, *n.* 11, *et* 13, atque alteram a Miletensi Antistite vulgatam, qua conceptis aeque verbis fuit declaratum « *constare de jure patronatus favore dictae Excmae D. Principissae Christinae, uti descendentis a fundatore* » *Summ. add. n.* 4 *litt. A.*

4 Constat demum, nedum utramque ejusmodi remjudicatam plenissimae fuisse exequutioni commissam *Summ. addit. num.* 5, *et seqq.*, ex iisque imo alteram ratam, et acceptam Seminariae Ducem numeris omnibus habuisse, amplissima apud acta renunciatione liti emissa *Summ. num.* 8 *litt. B*, verum pacificam insuper Christinae possessionem, ejusque patronatus jus agnitum perpetuo, et constanter fuisse, tum ab ipsomet Ferdinando adversario in controversia anno 1817 acta, *Summ. num.* 4, tum a Sa. Mem. Gregorio XVI annis 1837, et 1838 dum indulta gemina Christinae filiis tamquam controversi beneficii patronis concessit; *Summ. addit. num.* 7, *et num.* 11; tum a Supremo utriusque Siciliae Rege, qui ex eodem adamussim patronatus jure regium *exequatur* iisdem adjecit *Summ. addit. num.* 8, 9, 12, *et* 13, tum ab Ecclesiastica demum Miletensi Curia, quae eorum jussit exequutionem *Summar. addit.*

num. 10, *et* 14. Num autem concipi Judices, valet, in tam diuturno temporis intervallo Magistratus omnes, ac Supremos vel ipsos Principes ERRASSE, dum controversum patronatus jus Christinae, ejusque primogenito competere declararunt; eaque imo cuncta fuerunt ab iis singulis expressim sancita, vel interpretatione saltem certam semper habuere, hodie primum in adversarii gratiam despici prorsus mereri? Oppido si nunc primum ejusmodi ageretur contentio, contrariis parcerem defensoribus, quod Paulinam Constitutionem, vel transactionis tabulas proprio lubitu detorquere niterentur. Vere desperatum autem redolet opus, post integrum annorum sexaginta spatium, milliesque actam ejusmodi disputationem, hanc iterum Spartham aggredi hodie adversarium conari.

5 Atqui hinc nonnisi perperam ac perditissime acta singula a nobis allata carpere nititur Orator contrarius, eaque omni ope convellere studet. Ad rectum enim de observantiae vi, atque efficacia ferendum judicium, non *seorsim*, non *sigillatim*; sed CONJUNCTIM ea debent spectari: neque gravissimum, quam ea cuncta una simul conjuncta, sibi vindicant fidem minuere adversario licet, ad severissimam trutinam sigillatim iis revocatis. Ceterem mole etiam sua facile corruunt, quae adversus acta ea singula, ac vere innumera obiici exadverso solent. Quod enim ad Paulinae fundationis pertinet legem, illud firmum perpetuo immotumque in themate manet, Ferdinandum quidem non primogenitum ultimi possessoris filium esse; sed a secundo genito Antonii linea descendere, eumque proinde sub priore vocationis sede haud contineri, quae de masculis tantum primogeniti filiis de *primogenito in primogenitum* nominatim, ac taxative loquitur. Masculis autem primogeniti filiis deficientibus descendentes alios omnes Petri Antonii Spinelli, procul a masculinitatis nota fuisse in eadem Paulina Constitutione vocatos, adeo luculenter ex integro ejusdem Constitutionis patet contextu, ut perditissimam redoleat calumniam contrarium tueri.

6 Quod vero ad laudum pertinet Equitis de Andrea anno 1793 editum, ac transactionis tabulas partes inter postea obsignatas, aut negandum herele, Judices, est controversum patronatus jus cetera inter honorifica recenseri jura « DELL'ILLUSTRE CASA DI CARIATI » uni Christinae utroque eo actu tributa, *Sum. num.* 3. *litt. V.* aut fatendum quidem delirio proximum esse contendere, haud fuisse ejusmodi jus comprehensum sub generali ea, ac vere effraeni utriusque actus lege quae Christinae generatim attribuit, nedum « *tutti i be-*

ni così feudali, e burgensatici dell'illustre casa di Cariati, verum etiam universos ejus « TITOLI, E DIGNITA' » sive « TITOLI, ONORI, PREROGATIVE, E DIGNITA' » *cit. num.* 3. Maxime vero quum actis iis geminis nonnisi peculiaria fuerint bona Antonii lineae addicta, ex Joannae tantum De Capua, et Isabellae Spinelli majoratibus derivantia, quibus nil certe cum controversi patronatus jure erat commune, teste *Summar. num.* 3. *per tot.* Num enim credi, Judices valet, de ejusmodi jure dispositionem nullam tum in laudo, tum in transactione implicite saltem haud contineri, atque indecisam ejusmodi disputationem relinquere partes voluisse?

7 Longe autem deteriora sunt, quae adversus somniatam nullitatem rei judicatae a Regio Tribunali « *di guerra, e casa reale* » anno 1801 editae exadverso oggeruntur; quasi fuerit ea sine jurisdictione a laicis judicibus lata. Praesto enim est solemnis conventio anno 1741. inter Sa. Me. Benedictum XIV., et utriusque Siciliae Regem inita, ubi ab Ecclesiastica fuerunt jurisdictione exemptae controversiae omnes, in quibus « SI TRATTI DI JUSPATRONATI O REGJ, O FEUDALI » ac potissimum quaeratur « E IL PATRONATO SIA ANNESSO O NO AL FEUDO O DE UNIVERSITATE BONORUM ceu videre est in Restr. Julii Ricciardi § 7. Quod ceterum apprime etiam congruit cum auctoritate *Paschalis Liberatore* sine consilio in § 7. novissimi ejus libelli a Ferdinandi Oratore invocata. Et is enim licet initio asseverat, causas omnes super mera laicalis patronatus juris pertinentia ad Ecclesiasticos Judices in Neapolitano quoque Regno deferri perpetuo consuevisse, illud tamen incontinenti subdit, quod scilicet « *questa disposizione non fu riparata in Regno, che per* PATRONATI REGJ, O FEUDALI ».

8 Hanc autem peculiarem legis, sive conventionis foederis cum Apostolica Sede anno 1741 initi limitationem locum adamussim in proposita contentionis thesi obtinuisse, suomet quisque facile percipit sensu. Nedum enim de patronatus pertinentia lis erat in themate inter personas REGIAE Aulae addictas, REGIOQUE inde foro praeditas, verum illud insuper adamussim eas inter quaerebatur, utrum nimirum controversum patronatus jus comprehensum foret censendum sub amplissima successione Christinae tributa bonorum omnium « *così feudali, e burgensatici dell'Illustre casa di Cariati* » teste *Sum. num.* 3. Quum enim ex eo potissimum controversiae hujus penderet definitio, utrum nimirum « *il patronato sia annesso, o no al feudo* », o de universitate bono-

rum », quaestio ejusmodi ex recitatae conventionis lege non ad Ecclesiasticos quidem, sed ad laicos, regiosque magistratus dubia procul spectabat.

9 Et licet fingeres do ejusdem rei judicatae nullitate in themate constare, quo pacto hodie adversario liceret, apud Sacrum Ordinem, atque obiter quidem, et incidenter post diuturnum annorum quatuor supra quinquaginta spatium eam carpere ? Maxime vero postea quam ejusdem Auctor nuncium amplissimum e contentioni illi misit, ac rem eam judicatam ratam undique habuit, et acceptam *Summar. num.* 8. *litt. B.* eamque insuper Ferdinandus ipsemet anno 1817 adversus Christinam invocavit *Sum. num.* 4? Num litigatoribus siquidem haud licet actorum nullitati valedicere ; vel impune e contra fas iis est ad jura renunciata regredi ? Oppido si et adversarius, et ejus auctor remjudicatam probarunt anno 1801 a Regiis Judicibus editam, id unum insuperabilem hodie obicem ei praebet, quominus ejusdem nullitatem carpere amplius valerent. Nil siquidem antiquius in foro quam nemini licere actorum nullitatem invocare, cui vel tacite, vel expressim valedixerit.

19 Nilque aliud, nisi turpissimam redolet decipulam, quoad adversus vel propria, vel auctoris sui facta Ferdinandus hodie regerit. Blaterat enim is primum, a judicio anni 1801 sese fuisse penitus alienum, nullumque proinde ex ejusdem actis detrimentum posse in eum derivare; judicio vero alteri anni 1817 non eum quidem unum, sed ceteros quoque ejusdem fratres interfuisse clamitat, quasi non ei quidem, sed his potius tribui mereantur, quae de concordiae anni 1795 *interpretatione*, et *approbatione* in sententia anni 1817 continentur. Quod autem ad primum attinet, duo urgent vere peremptoria ad contrariam decipulam refutandam. Illudque urget initio, quod resjudicata anni 1801, utpote adversus Cajetanum edita, qui per id temporis Seminariae Dux erat, et LEGITIMI proinde CONTRADICTORIS personam dubio procul gerebat, statum quoad successores ejus singulos natura sua facit, ac plenissimam adversus eos omnes sibi vindicat auctoritatem. In eo vero alterum residet, quod adversarius ipsemet rem eam judicatam numeris omnibus probavit, neque eam inde, tamquam a se alienam, respuere in praesens valet.

11 Quo vero ad alterum, num vere ridiculum haud est tueri, quae in sententia anni 1817 continentur, ceteris potius adversarii fratribus, quam ei esse tribuenda ? Oppido unam, eamdemque causam adversus Christinam ii cuncti agebant, ac nedum una, atque eadem eorum omnium erat conditio, verum unius insuper, ejusdemque

defensoris opera, iisdemque exceptionibus ii utebantur. Nil itaque futilius, nil levius, nil scurrilius, quam unum, idemque eorum factum ita scindere in praesens conari, quasi non singulis quidem, sed uni potius, vel alteri appingi illud mereatur. Eoque incivilius ab actis hujusmodi quibus transactionis validitas fuit vindicata, sese Ferdinandum eximere, qui universum ejusdem transactionis commodum tulit, bonisque singulis, ac juribus primogenito Antonii filio in ea tributis, et amplissimo praesertim Seminariae Ducis titulo in praesentiarum fruitur. Num enim uni eidemque licet personae actum individuum partim probare, partim respuere?

12 Hisce autem cunctis res altera accedit judicata, non a laicis quidem Judicibus, sed a legittima, et Ecclesiastica Mileti Curia edita, quae in eadem adamussim, de qua hodie apud ordinem quaeritur, controversia solemni pariter ritu definivit « CONSTARE DE JURE PATRONATUS FAVORE EXCMAE D. PRINCIPISSAE CHRISTINAE, UTI DESCENDENTIS A FUNDATORE» *Summar. Addition. num. 4 litt. A.* Nilque reapse adversus gravissimum, ac peremptorium documentum id genus contrarius obiicit scriptor, qui de eo imo in novissimo ejus libello penitus silet; Neque refutari merentur, quae non minus perdite, quam calumniose ad ejus auctoritatem minuendam in anteacto certamine insinuare studuit orator contrarius; et ore semiaperto hodie rursus blaterat, quasi vel sententiam eam contra intimam ejus conscentiam, et Regiis dumtaxat officiis coactus Miletensis Vicarius anno 1801 tulerit, vel meram ea exequutionem praeseferat illegitimae alterius rei judicatae paulo antea a Regis Judicibus editae.

13 Num enim major concipi Judices, valet calumnia, Ecclesiastici Magistratus honori magis quoque injuriosa, quam vel leviter etiam suspicari, in alterius gratiam Miletensem Antistitem officio suo anno 1801 deesse potuisse, ac sententiam Christinae favore edere, non cum intima rei justitia rectaque ipsius Antistitis conscientia consentaneam, sed Regiae dumtaxat voluntati secundam? Num atrocissimam haud redolet injuriam asserere, vel ipsos Regios Magistratus Ecclesiastico Miletensi Judici injungere potuisse, ut jus in contentione ea diceret, non juxta conscientiae suae, ac justitiae normas, sed proprio eorum lubitu? Et licet fingi tot, tantaque valerent absurda, (quod piaculum foret mente concinere) num libera Antonii filiis haud fuisset facultas a sententia ea ad S. Ordinem provocandi, prout a recenti ejusdem Curiae provocarunt sententia Clientulae aeque favore edita quam infirmari hodie ii ur-

gent. Si veritas itaque in pretio, Judices, est, tantam redolet calumniam, et absurditatem, quae prior oggeri exadverso solet exceptio, ut pudeat in ea refutanda diu adhuc immorari.

14 Neque secus sentiendum de captiuncula altera ex eo hausta, quod Miletensis Curiae sententia nil aliud redoleat, nisi meram, simplicemque exequutionem illegitimae rei judicatae a laicis, regiisque Judicibus paulo antea editae, qua proinde corruente ea quoque corruat oportet. Ex integro enim illius contextu magis, quam fando exprimi valeat, luculenter eruitur, Miletensem Curiam non laicam rem judicatam exequutioni committi jussisse, sed judicium EX INTEGRO super pertinentia jurispatronatus tulisse, eo expressim tributo « *praedictae Excñae D. Principissae Christinae, uti descendenti a fundatore* » *citat. Summar. addition. num.* 4. *litt. A.* Ceterum ubi nulliter etiam, ac per summam injuriam, laicam rem judicatam exequutioni committi Miletensis Curia jussisset, num inde in adversarii, ejusque fratrum haud erat arbitrio ab ea provocare, vulnerisque justitiae, sacrorumque Canonum disciplinae illatis, reparationem ab Amplissimo Ordine Vestro urgere? Si eis itaque placuit diuturno annorum plusquam quinquaginta silentio sententiam eam comprobare, qua obsecro fronte contrarius hodie audet Orator sententiam eamdem inciviliter carpere ?

15 Idemque pariter ferendum judicium de Pontificiis indultis geminis annis 1837, et 1838 ab Apostolica Sede obsignatis, actisque singulis super eorum exequutione, vel coram Regiis Neapolitanis Magistratibus, vel coram Melitensi Curia gestis, quibus plenissima fuit eorumdem exequutio imperata. Ea enim aeque patronatus juris nituntur, Christinae lineae competenti, de cujus reapse veritate constare post maturam rerum cognitionem magistratus cuncti declararunt, qui eorumdem exequutionem jusserunt teste *Summ. add. num.* 5., *et seq.* Neque de indulto anni 1837 aliquid vel leviter blaterat scriptor contrarius, qui eo imo alto ubique silentio presso, *in* § 13 *libelli sui*, alterum dumtaxat carpit insequenti anno 1838 Januarii nomine impetratum. Nil tamen futilius, ac levius. Januarius enim controversum patronatus jus in medium anno 1838 protulit, non tamquam sibi proprio jure competens, sed tamquam Christinae vir, et Cariatensium omnium bonorum possessor.

16 Et licet ejusmodi reapse jure ex persona propria ipsemet careret, eoque sub obtentu indultum ab eodem subreptum oppugnandum reapse Margarita susceperit teste *contr. Summ. add. num.* 2., (quam postea controversiam

partes amice composuere) nullum tamen inde praesidium mutuasi adversario licet. Num enim is querelam aeque ullam adversus Januarium emisit, vel silentio potius suo haud comprobavit, non sibi, sed Clientulae dumtaxat jus suppetere controversum patronatum sibi vindicandi? Nil vero magis ab universis quibus vivimus, legibus abhorret, quam asserere, ex diuturna annorum sexaginta *observantia*, longique adeo temporis *praescriptione*, quae Clientulae nobilissimae favet, merum dumtaxat possessionis factum, non legitimum *titulum* oriri, in petitorio hodierno judicio spectandum. Ubinam siquidem gentium auditum est, ex **PRAESCRIPTIONE**, vel **USUCAPIONE** legitimum dominii titulum haud quaeri.

17 Oppido pugnat id cum elementaribus tum civilis, tum canonici juris regulis, quas auctoritates edocent in *praet. Resp. restrictu* § 4 adducta. Pugnat autem eo vel fortius cum vulgatissima juris prudentia in patronatus adamussim controversiis recepta, quam auctoritatibus pariter plurimis adductis *in* § 5 *cit. responsionis* luculenter ostendimus. Nil enim in Canonico jure antiquius, quam jus patronatus, nisi de Ecclesiae libertate praescribenda agatur, solo **DECENNALI** temporis lapsu acquiri, neque praesentationes quidem plures, sed **UNICAM** etiam in id sufficere, dummodo per diuturnum temporis spatium suum ea sortita fuerit effectum, veluti communi calculo tradunt *Barbosa in collect. ad Concil. Tridentin. sess.* 25 *cap.* 6 *num.* 22, aliique relati *in cit. Resp.* libello § 6. Quin praescriptionis implemento aliquid detrahat *clausula sublata* Paulinae Constitutioni adjecta. Quum praescriptio enim, et observantia in medium a Clientula proferatur, non ad juspatronatus in genere abrogandum, sed ad ejus dumtaxat fundationis legem **INTERPRETANDAM**, sive ad faeminarum ex ultimo patronatus possessore descendentium exclusionem arcendam, obicem nullum controversiae hujus definitioni, sive jugi, ac diuturnae observantiae, vel praescriptioni praebet clausula *sublata* Paulinae Constitutioni inhaerens, ac sine consilio exadverso invocata.

18 Numeris autem omnibus quoad Ferdinandum vindicata optimo Clientulae jure, pauca praestat animadvertere quoad Julii Ricciardi filios, quos adversarios pariter hodie experimur. Pro aris enim, ac facis iidem tuentur, controverso patronatus jure in Christinam coalito, primogenialem indolem suam illud amisisse ac mere hereditarium, vel gentilitium, tum ex Paulinae fundationis lege, tum ex inita cum Antonii liberis transactione evasisse. Quod tamen ad Paulinam pertinet constitutionem vere calumniae proximum est tueri, patro-

natus jus, quod **PRIMOGENIALE** in omnibus aliis vocationis sedibus, tam anterioribus, quam posterioribus, esse perpetuo Pontifex voluit, vel hereditarium, vel gentilitium fieri potuisse, dum ad faeminas a Petro Antonio descendentes ex ejusdem constitutionis lege migravit.

19 Quo vero ad transactionis tabulas Christinam inter, et Antonii liberos signatas, actaque cetera easdem inter partes postea gesta, ac res praesertim judicatas Christinae favore editas, id unum quidem ex iis eruitur, controversiam nimirum post Joannis Baptistae obitum inter faeminam **PRIMOGENITAM** ab eo descendentem, et primogenitum Antonii filium exortam fuisse, utrum primogenialis hujus juris successio uni, vel alteri ex eorum lineis foret tribuenda. Si et inita itaque postea transactio, et res duplex judicata anno 1801 edita controversiam hujusmodi Christinae favore, et adversus Antonii lineam absolvit, nil hercle id primogeniali ejusdem patronatus indoli detraxit. Quod ceterum apprime etiam congruit utriusque rei judicatae legi? Ex iis enim *altera* non aliter patronatus jus Christinae tribuit, nisi « **SERVATA LA FORMA DELLA FONDAZIONE DI PAOLO III,** » *Summ. num.* 13 *Litt. A, et B*; sive primogeniali ejus indole firma atque immota in posterum manente; Altera vero declaravit expressim, « *constare de jure patronatus favore dictae Excellentissimae D. Principissae Christinae* », non privato nomine suo, sed uti « **DESCENDENTIS A FUNDATORE** », *Sum. add. n.* 4 *litt. A*; quae oppido verba, non hereditariam quidem, sed primogenialem veteremque ejus indolem necessario supponunt.

Quare etc.

PETRUS ROSSI ADV.

RAPHAEL BORGHI

16

SACRA CONGREGATIONE CONCILII

SEU

R. P. D.

ANGELO QUAGLIA

SECRETARIO

MILITEN

JURISPATRONATUS ET INSTITUTIONIS

Pro

Nobilissimo et Excellentissimo viro Julio Ricciardi Comite
Camaldulensium tutorio filiorum nomine
et pro adm. Rev. D. Cajetano Greco

Contra

Illmos DD. Antonium Equitem Spinelli, Ferdinandum
Spinelli Seminariae Ducem, ejusque praesentatum Rev.
D. Petrum Militano, nec non Marchionissam Margaritam
Spinelli-Friozzi

RESTRICTUS RESPONSIONIS

Pro Congregatione diei 28 Aprilis 1853

ROMÆ
TYPIS FRATRUM PALLOTTA
Diei 23 Aprilis 1853

[illegible]

N. 618.

MILITEN.

JURISPATRONATUS, ET INSTITUTIONIS



Eminentissimi, ac Reverendissimi Patres

1 Perlectis adversariorum allegationibus, quos ad binarium numerum cohibites agnoscimus (Antonium enim Equitem Spinelli mali forsan juris conscientia ductum ab aula judicii recessisse arbitramur, cum hactenus nullam fecerit suae defensionis copiam), nihil profecto nos movent argumenta, quibus utuntur, utpote quae in praecedenti nostro restrictu omnia ferme fuerint praeoccupata atque disjecta. Nihilo tamen secius ut evidentius pateat quonam habenda sint in pretio contrariorum molitiones, vel quo spectent argumenta atque Doctorum auctoritates in libello praesertim Ferdinandi consarcinatae, non erit abs re quod his, quae nisi ad abundantiam ad sufficientiam certe pro patentissimis clientum juribus in tuto collocandis adduxisse sentimus, pauca etiam adjiciamus. Quod utique praestabimus ad trutinam quambrevissime revocantes quae snnt ex adverso disputata, per singula raptim et ordinate discurrentes.

2 Antonio relicto, Margaritae primum occurramus. Quamquam quid Principi foeminae sit reponendum ignoramus. Argumenta siquidem in ipsius defensione producta plerumque clientibus sunt communia ad repellenda Ferdinandi Seminariae Ducis, objecta, ipsumque a jurepatronatus arcendum. Ceterum quid Principissae prosint somnia sua de primogeniturae ordine servando in secunda, qua versamur, vocationis sede satis superque palam factum est in distributa jam pro clientibus allegatione a §. 24 ad 27 et a §. 34 ad 38. Nonne luce meridiana clarius hujusmodi respuunt objectum sive patentissima fundationis dispositio tum ob generalem et collectivam adhibitam in hac secunda sede locutionis formam tum ab notissimam discretivae regulam, in dispositionibus interpretandis efficacissimam, sive conse-

ctaria irrecusabilia abolitionis fideicommissorum et primogeniorum in Regno, sive demum animadversio quod juspatronatus, cum reale non sit, in illam transire cum Principatu Cariatensi ac bonis feudalibus indubie nequivit.

3 Accedit quod vim et efficaciam *discretivae* haud quidem effugiet, non ex ipsa natura regulae, quam sane aptissimam Interpretes omnes atque Doctores agnoscunt ad mentem et voluntatem disponentis eliciendam, non (et multo magis) ex facto suo, suorumque Defensorum. Hi siquidem, ut valeant luculentius expellere Ferdinandum adversarium, ac sexus praerogativam eliminare, nonne ad ejusdem regulae confugiunt efficaciam § 34 *sui restrictus*? Incivile autem atque insolens esset omnino regulam ipsam recusare ad primogenialem qualitatem et gradus praerogativam in hac ipsa secunda sede propulsandam. Identica enim est ratio ad utramque qualitatem tum sexus tum gradus ejurandam ac respuendam: ubi vero eadem est ratio, eadem sit oportet ex notissima regula juris dispositio. Nisi igitur placeat cum manifesta juris atque naturalis rationis repugnantia quae prosunt admittere, quae contra nocent in dispositione respuere vel nisi liceat in ea nos conditione versari, qua patentissimum impune devoremus absurdum, axiomatis ontologici destructivum, unde sequeretur ut idem simul esse posset et non esse, *discretivae* vim et efficaciam, velint nolint, admittant necesse est in ea etiam parte, quae primogeniturae ordinem in secunda sede prohibet observandam.

4 Desinant igitur *gradus proximioritatem, nativitatis ac aetatis anterioritatem* in praesentistatu jurispatronatus objicere, quod cum gentilitium evaserit et familiare lato sensu, omnem prorsus abnuit sive gradus, sive nativitatis ac aetatis praerogativam, atque ad omnes indistincte Christinae descendentes, omni penitus sublato discrimine, si regale rescriptum, quo utitur adversaria (*Summ. num.* 14), attendere non dedignemur, aequa lance parique jure porrigitur. Quod si parvulam equidem, at haud omnino spernendam gentilitii jurispatronatus ejusmodi symbolam minus acceptam habeat adversaria, deteriorem induat conditionem oportet, omnimodae scilicet exclusionis a jurepatronatus haereditario, quale potius nunc demum evasisse videtur sive abolitionis primogeniorum ad tramites juris communis inspiciantur effectus, sive (et fortius) pactorum conventorum anni 1795, unde validius contra Ferdinandum educere videntur argumentum, qui Principis foeminae jura tuentur, legitimus sensus et consequentia juxta canonicas doctrinas attendatur; in hac-

reditate quippe Christinae nullam habet partem adversaria, ac proinde nullam haberet in jurepatronatus, prout evidenti demonstratione probavimus in §§ 27. 38 *et* 39 *nostri Restrictus* adductis ad rem documentis (*Summar. nostr. num.* 1. 2. 3 *et* 4).

5 Sed jam properemus ad Ferdinandum. Multa quidem ad illius exclusionem intulit Margaritae Defensor, optimis sane ac certis fontibus educta, nec minora nos argumenta protulimus gravissimis etiam auctoritatibus communita, ita ut omnis effugio videatur eidem aditus occlusus. Et re quidem vera qui partes illius agit nihil vel parum sibi confidere palam ostendit in distributo libello de clientis sui jure vindicando. Ab initio namque disceptationis usque ad § 22 nervos omnes intendit, ut Ferdinandum demonstret in prima vocationis sede versari, cum vel ipse nobiscum omnino consentiat in quatuor vocationis ordinibus agnoscendis. Quam vero perdite in ea demonstratione adlaboret, satis abundeque patet ex una facti consideratione, quod scilicet in prima ac tertia sede jurispatronatus primogeniturae ordo praescribitur expresse servandus, illudque non aliter deferri quam *de primogenito in primogenitum*. Ex quo nihil absurdius, ac magis absonum a jure, quam stipitem quaerere remotiorem, cum exploratissimi juris sit quemlibet primogenitum, ubi ad successionem pervenerit, stipitem proprium ac lineam distinctam efformare, quae usque ad ultimum in descendentia directa superstitem sive masculum, sive foeminam, nullo penitus discrepante Jurista, perdurat, in eoque patronatus ingressus perseverat. Hanc verissimam doctrinam tum nos, tum Margaritae Defensores luculentissimis auctoritatibus comprobavimus.

6 Quibus autem Ferdinandi Patrocinator utitur auctoritatibus sive a Doctoribus sive a Supremo Sacrae Rotae Auditorio depromptis, causam et speciem non afficiunt. *Aut* enim loquuntur de masculis secundogenitis *ultimi tamen possessoris primogeniti filiis*, qua certe auctoritate juvari nequit Ferdinandus, cum Joannes Baptista, ultimus in jurispatronatus possessione primogenitus, nullum alium susceperit filium praeter Scipionem sibi praemortuum, ex eoque neptem Christinam reliquerit: *aut* ad linealem patronatus qualitatem pertinent *absque primogenialis ordinis praescriptione*, ita ut eo casu unicus reapse stipes agnoscatur, qui lineae primo vocatae dedit originem; *aut* denique de masculina qualitate *cum expressa foeminarum in omnibus stadiis exclusione* proloquuntur: quae omnia profecto a themate non ambigitur exulare. Quid autem quod clienti suo sedem pro-

priam assignat Assertor jurium Ferdinandi *in tertia vocationis periodo*? Dum enim Antonium, adversarium huc usque contumacem, satagit excludere, amplissimam in §. 35 profert auctoritatem, qua propriis armis se configens tertiam sedem in Paulina Constitutione *proximioribus* assignatam illi prae ceteris addictam ostendit: quam et nos eidem non denegamus, unicus enim est locus, quo verba recitata, et auctoritas allata illi proprie ac verissime conveniunt.

7 Quae autem Ferdinandus obtrudit ut in secundam vocationis sedem se recipiat contra patulam fundationis literam vel abhorrent a recto et proprio dispositionis intellectu, vel enormiter exorbitant a jure. Tria namque ipse ad propriae sententiae fulcrum expendenda proponit, *naturam* scilicet *institutionis*, *illius contextus*, *et vocatio foeminarum*. Quoad primum fallit assertio *in genere*, fallit autem clarius *in specie*. *Fallit* enim *in genere*, quia Pontifex non *primogenituram* instituit, sed *patronatum*, primogenitis quidem, donec haberentur, deferendum, at hoc profecto longe aliud importat quam primogenituram absolute constituere ut eidem aptari valeant effectus in adductis §. 24 ab adversario auctoritatibus expressi. *Fallit in specie* quia, licet in prima sede primogenitorum rationem habendam esse concesserit, in altera vero sede, primogenitis extinctis, ac primogeniali consequenter qualitate posthabita, filiis ac filiorum filiis et descendentibus in linea admissa Pontifex expresse patronatum reservavit. *E contextu* autem *institutionis* dum sibi jus astruere putat adversarius, necatur a *regula discretivae*. Ex hoc enim ipso quod *masculos* voluit et *primogenitos* in prima ac tertia vocationis sede, luculentius educitur *sexus et gradus* qualitatem cessare in secunda seu *media*, in qua *nonnisi de foeminis* cogitasse Potificem *institutionis contextus ipse suadet*.

8 Argumentum autem *a vocatione foeminarum* postremo loco dispositionis eductum enormiter exorbitat a jure, quippe cum ex jure in qualibet linea primogenialis etiam patronatus foeminis dare successionem, saltem subsidiariam, compertissimum est, nisi aliter expressa fundatoris voluntas importet; non datur siquidem transitus ad aliam lineam secundo vel tertio loco vocatam nisi extincta prorsus et evacuata usque ad remotiores descendentes linea illa, in quam patronatus, aut fideicommissum fecit ingressum, uti omnes docent uno ore Doctores, ac jurisprudentia comprobat universa. In themate vero propinata doctrina exorbitat etiam a mente Pontificis et Fundatoris; praeterquam enim foeminarum successioni minime aversatus est Pontifex tum *expresse*

dum faeminas ultimo loco vocavit, tum *tacite* dum generica filiorum appellatione eas vocasse censetur in secunda sede ad tramites juris, cum quo Pontifex sese conformare voluisse praesumendus est, absonum videtur a mente Fundatoris quod foeminis remotiorum linearum juspatronatus voluerit concessum, proximioris autem, imo propriae lineae directae et effectivae foeminis interdictum. Hic equidem, si contraria comilienta valerent, absurdum inconcepibile lateret; haud vero in hypothesi quod foeminae sibimetipsis essent substitutae, cujus doctrinae pondus quid conferat in specie, seu quid in illa proferenda voluerit adversarius, haud datum est intelligere. Ceterum haec magis magisque conveniunt materiae jurispatronatus prorsus indifferenti, quidquid blateret contrarius scriptor, de contraria voluntate fundatoris, quae contra aut successioni foeminarum aperte favere ex dictis habenda est, aut certe dubia in deteriori hypothesi definienda est. De asserta vero ratione AGNATIONIS in jurepatronatus quid reponemus? Eam respuit juris dispositio, eamque tenor fundationis haud statuit. Qui illam igitur *gratis* asserit, luculenti probatione demonstret; alias contraria et nobis licebit gratuita assertione propulsare, quamvis gravia praesto essent ad illam excludendam argumenta et adminicula. Vanum enim est ad temporum mores atque consuetudines confugere, ubi species disputata, ac voluntas disponentium suadet omnino contrarium.

9 Nihil autem relevant quae de transactione anni 1795 perperam objiciuntur. Nil enim prohibet quominus juspatronatus gentilitium, si tamen ullam in eo partem habere potuerit tum Scipio tum ejus fratres ab Antonio prognati, transferatur ope donationis vel cessionis in alium, praesertim compatronum, nulla prorsus requisita Superioris auctoritate. Quin praejudicium successorum proprio jure venientium objiciatur; cessio siquidem cedentis vitam non egreditur. Et quoniam eamdem transactionem, et inclusam proinde cessionem probaverit ac ratam habuerit Ferdinandus, uti monuimus in *Restrictu* § 3. 4. 5. 31. *et* 32, eidem non licet contra cessionem exurgere. Quod autem in transactione jurispatronatus cessio fuerit comprehensa, si tamen illud cedentibus competebat, satis patet tum ex ipsius transactionis tenore, tum *ex declaratione* illius Magistratus, qui transactionem ipsam auctoritate sua firmaverat, ejusque proinde ipsum non latebant effectus. Quo sensu veniunt intelligenda quae proferuntur quod Magistratum *di Casa Reale*, non autem de sententia ex integro prolata super materia incompetenti. Cetera quae contra praefatam in

transactione cessionem effutiuntur, adeo sunt futilia et contemptibilia, ut in illorum refutatione haud arbitremur ulterius utiliter immorandum.

10 Disjectis igitur adversariorum molitionibus, et captiunculis undique refutatis, illuc redit nostra conclusio ut, vel juspatronatus in praesenti statu haberi debeat uti *gentilitium* absque ulla sexus et gradus praerogativa et, rejectis uti extraneis tum Antonio tum Ferdinando, uni Margaritae minima competet simbola patronalis; vel *haereditarium* debeat renunciari, et aliis duobus exclusis erit accensenda Margarita, ita ut integrum in clientibus resideat jus praesentandi. Utroque autem in casu unica clientum praesentatio tempore utili expleta favore sacerdotis nullo penitus requisito carentis plenarium sortiri debet effectum.

Quare etc.

CAROLUS MODESTI ADV.
ALOISIUS GIZZARELLI

SACRA CONGREGATIONE CONCILII

SEU

R. P. D.

ANGELO QUAGLIA

SECRETARIO

MILITEN

JURISPATRONATUS ET INSTITUTIONIS

Pro

Nobilissimo et Excellentissimo viro Julio Ricciardi Comite
Camaldulensium tutorio filiorum nomine
et pro adm. Rev. D. Cajetano Greco

Contra

Illmos DD. Antonium Equitem Spinelli, Ferdinandum
Spinelli Seminariae Ducem, ejusque praesentatum Rev.
D. Petrum Militano, nec non Marchionissam Margaritam
Spinelli-Friozzi

RESTRICTUS FACTI ET JURIS CUM SUMMARIO

Pro Congregatione diei 28 *Aprilis* 1855

ROMÆ
TYPIS FRATRUM PALLOTTA
Diei 7 Aprilis 1855

N. 403.

MILITEN

JURISPATRONATUS ET INSTITUTIONIS

Dubium

An sententia Curiae Episcopalis Militensis sit confirmanda vel infirmanda in casu.

Emi ac Rmi Patres

1 In extremis Calabriae finibus insignis ac perantiqua Taurianensis habebatur Ecclesia Cathedralis in civitate opulenta, cujus territorium et Dioecesis amplo satis protendebatur spatio per circuitum. Non una Monachorum Graeci ritus familia per ea loca recensebatur, qui Basilianum praecipue profitentes Institutum haud angusta Coenobia possidentes cum propriis Ecclesiis doctrinae et sanctitatis laude florebant; et incolarum Graeci nominis et originis eam regionem jampridem occupantium optimis institutis et mirificis virtutum exemplis ad pietatem et fidem christianis operibus illustrandam excitabant. Haec inter illud tum Alumnorum numero, tum sanctitate et rigore disciplinae, tum magnificentiae splendore praefulgebat, quod Divo primum Mercurio ac deinde Sancto Fantino, ambobus Taurianensis civitatis Alumnis dicatum, eorumque nominibus perennandis extructum Basiliani Coenobitae pariter incolebant, in ea regionis parte situm, quae Trabiconum appellabatur, ubi Metaurus in Oceanum immittit prope celebratissimum Orestis portum, quem hodie vocant *le Pietre nere* contra Trinacriam a Messanensi Pharo haud longe remotum. Hoc tam illustre Coenobium Saracenorum rabie et expilationibus vastatum, postquam Cathedra Taurianensis, destructa penitus ipsa civitate, extincta remansit atque suppressa, eximia pietate Rogerii Basso Normannorum Duce in ampliorem formam est restitutum. Donec ob universalem Ritus Latini diffusionem sensim prisca defecit Coenobii celebritas, et valde imminuto Alumnorum numero Mo-

nasterium ipsum Coenobitae fere omnes reliquerunt. Quo tempore Rector ecclesiae sub invocatione S. Joannis Theologi, capta opportunitate, petiit et obtinuit ab Eugenio IV qui tum Petri Cathedram moderabatur, ejusdem ecclesiae bona Monasterii, quod suppressionis decreto subjectum est, aggregari. Ipsaque tandem D. Fantini ecclesia penitus obliterata temporis injuria collabente, altera, cui bona Coenobii fuerant applicata, retento priori titulo S. Joannis Theologi, et illud assumpsit Divi Fantini, et utrumque conservat in hodiernam diem ab uno eoque simplici Presbytero seu rectore administrata intra fines territorii Palmarum, quod hodie ad Militensem Dioecesim pertinere non ambigitur. Haec omnia revelant acta processus.

2 Cum autem nonnullis hoc quoque templum reparationibus, simulque sacris supellectilibus et aliis ad cultum necessariis indigeret, contigit ut sextodecimo labente saeculo vir pietate et opulentia clarus Carolus Spinelli, qui *Seminariae Ducis* titulo honestabatur cum adnexo feudo, intra cujus fines tum antiquum D. Fantini Coenobium, tum Ecclesia S. Joannis Theologi continebantur, praefatis ejusmodi ecclesiae necessitatibus occurrere sibi proposuit, oblatoque simul dotis augmento juspatronatus ab Romano Pontifice Leone X, *sibi suisque haeredibus et successoribus* reservari supplex expetiit. Quod autem Carolus morte praeventus efficere cum nequiverit, unicus illius filius Petrus Antonius parentis demortui piam intentionem et consilium sequutus ad actum deducere studuit. Porrectisque precibus Sa. Me. Paulo III, qui Leoni in Petri Cathedra proxime successerat, activum super ecclesia praefata, vulgo Rectoria seu Abatia nuncupata, servatis conditionibus paterno indulto appositis, juspatronatus addicere postulavit sibi suoque *filio primogenito masculo, ac ipsius primogeniti filiis masculis de primogenito in primogenitum,* ET ILLIS NON EXISTENTIBUS ALIIS FILIIS SUIS EORUMQUE FILIIS, *ac ipsis deficientibus, tuis proximioribus de familia Spinellorum consanguineis similiter masculis et de primogenito in primogenitum ac deinde foeminis.* Voti compos factus adjectas conditiones adamussim implevit, et tam ille quam descendentes ipsius masculi per lineam rectam de primogenito in primogenitum reservati jurispatronatus fructibus honoribusque gavisi sunt ad formam apostolicae concessionis.

3 Ubi vero sub finem elapsi saeculi masculina descendentia ex primogenitis per mortem ultimi masculi ex linea primogeniali, *Joannis Baptistae*, qui naturae debitum persolvit anno 1792, penitus exaruisset, foemina ex praedicta linea superstes habebatur CHRISTINA neptis ejus-

dem Jo. Baptistae ex filio praemortuo *Scipione IV*, simulque filii Antonii, qui frater erat germanus ipsius Jo. Baptistae, secundo loco genitus, uti patet *ex arbore genealogica* per Margaritam distributa. Rectoriam SS. Fantini et Joannis Theologi tum retinebat Scipio filius primogenitus nuper memorati Antonii ex praesentatione Scipionis III, illius avi jam ab anno 1765 peracta. Anno tandem 1798 ad superos evolavit et Scipio junior Abbatiae rector, et *Christina* superstes ex linea primogeniali ad tramites fundationis seu apostolicae concessionis novi rectoris nominationem explevit, quam contradicentibus incassum tum Cajetano Spinelli secundogenito Antonii circa patronatum activum, tum *Dominico Spinelli Comite Oppidi* quoad patronatum passivum servandam esse definitive judicavit *in tutto servata la forma della fondazione di Paolo III* supremum illud Tribunal *di Casa Reale*, cujus jurisdictioni et competentiae privativae suberant ejusmodi controversiae tunc temporis in Regno utriusque Siciliae (*Summ. Margaritae num.* 6 *ad* 13). Et praefata Christinae nominatio plenarium reapse sortita est effectum per canonicam institutionem, quam clerico Josepho Spinelli rite impertitus est Ordinarius Militensis, eumque legitimam immisit in possessionem, quam ille, quamdiu vixit, pacifice retinuit.

4 Scire heic praestat, Emi Patres, nominationem praedictam a Christina peractam non modo ex literali fundationis, seu Paulinae constitutionis effectum suum undequaque fuisse sortitam; sed alio etiam ex titulo, transactionis videlicet, aut cessionis, quae Christinam ipsam inter et Scipionem primogenitum ex linea Antonii secundogeniti, antequam ille fato cederet, intercessit; unde, si dubium extitisset, privativum Christinae suorumque haeredum et successorum jus nominandi rectorem evasit. Haud enim vos latet anno 1795, post diuturnam et ad juris tramites perstrictam rerum omnium discussionem a regio Delegato, qui laudum suum aperuit Regis auctoritate sancitum, et partibus ipsis contendentibus acceptum, solemne transactionis instrumentum fuisse obsignatum; hoc siquidem in sua integritate typis impressum exhibuere Margaritae Defensores in eorum *Summario num.* 3. Ex illius autem dispositione luculentissime patet Scipionem Antonii filium regia auctoritate subnixum acceptam habuisse pro se suisque haeredibus et successoribus Ducatorum summam 280 millium, et correspective Christinae contrahenti PER SE E PER I SUOI EREDI E SUCCESSORI cessisse alia omnia bona et jura, absque ulla prorsus reservatione, sive primogenialia et feudalia, sive burgenseatica, sive demum familiaria et gentilitia ad do-

mum et gentem Spinelliorum de Cariati pertinentia, proindeque *titoli*, ONORI, PREROGATIVE *e dignità della medesima* (*dict. Summ. Margaritae num.* 3 *litt. U*). Ita ut si aliqua potuisset oriri dubitatio de participationis jure ad patronatum, de quo quaeritur, praefato Scipioni transigenti et suis in linea secundogeniti competente, jam per dictam transactionem illi quoque fuisse renunciatum, et *jure cessionis* in Christinam suosque haeredes et successores haud ambigatur commigrasse, ceu disertissimis verbis ac definitiva sententia declaravit supremum Tribunal *di Casa Reale*, cujus omnimoda competentia circa editam hanc declarationem nullis unquam poterit exceptionibus infirmari.

5 Neque momentosum hujusmodi factum verbis transactionis tantummodo cohibetur, nec sola Supremi Tribunalis *declaratoria* sententia (*Summ. Margaritae num.* 6 *ad* 13) rescivimus fuisse sancitum contra Cajetanum in Antonii linea secundogenitum quoad specificum jurispatronatus intellectum, sed alia insuper solemni sententia confirmatum est anno 1817 (*dict. Summar. Margaritae num.* 4). Cum enim *Christina* ex praefata transactione sese quodammodo laesam existimaret, pro illius instetit rescissione. At acriter contradicentibus, non jam uno vel altero ex linea secundogeniti Antonii, sed omnibus ejusdem filiis vitae adhuc usura fruentibus, haud excepto FERDINANDO, quem hodiernum Seminariae Ducem experimur adversarium, transactionis vis et efficacia solemniter est proclamata. In eaque sententia pro viribus ab iisdem Antonii filiis propugnata illud speciali nota dignum invenitur ad quaestionis hodiernae substantiam referendum, quod inter ceteras judicati considerationes nec illa fuit praetermissa de declarata continentia seu comprehensione jurispatronatus in transactione seu *cessione* praedicta (*dict. Summar. Margaritae eod. num.* 4 *litt. B.*) Quod profecto demonstrabimus inferius quanti sit faciendum in hodierna quaestione ejusdem jurispatronatus absolvenda.

6 Post haec viam universae carnis ingressa est *Christina* Spinelli, anno scilicet 1828; quae plures post se reliquit liberos ex iteratis nuptiis legitime procreatos, *Margaritam* scilicet et Carolinam ex primo ejus viro *Nicolao Spinelli de Fuscaldo*, quarum ultima in vota concessit *Ducis de Laurito*, et prima, quae altera est ex adversariis, in vota Marchionis *Laurentii Friozzi*, a cujus amplexu unicum habuit *Josephum*. Ex secundis nuptiis cum *Januario Spinelli*, primi viri fratre germano, tres fuerunt *Christinae* filii, *Hernestus*, *Albertus* atque SOPHIA; quorum primi duo in caelibatu decesserunt, Albertus

scilicet anno 1837, et Hernestus insequenti anno 1838: *Sophia* quoque pariter decessit anno 1850 post plures annos matrimonii cum clarissimo viro **JULIO RICCIARDI** *Comite Camaldulensium*, pro quo causam dicimus qua Tutore et Curatore legitimo sex filiorum, quos genuit cum ipsa *Sophia*, *Alfridum*, *Emmanuelem*, *Franciscum*, *Aloisiam*, *Metildem atque Mariam*, in jura demortuae matris legitima successione perventos. Quae omnia ad oculos ostendit schema genealogicum a Margaritae Patrocinatoribus distributum. Hoc autem nullo pacto praetereundum est in praesenti controversia, quod tum *Margarita*, tum *Carolina* Spinelli nuntium formiter miserunt haereditati maternae, *Christinae* scilicet praememoratae, atque fraternae, *Alberti* videlicet fratris uterini (*Summ. nostr. num.* 1 *et* 2); dum e contra maternam formali aditione acceptam habuere tres filii a secundo viro ejusdem Christinae procreati, **HERNESTUS**, **ALBERTUS** atque **SOPHIA**, quae pariter cum fratre germano *Hernesto* fratris *Alberti* haereditatem adierunt *(Summar. nostr. num.* 3 *et* 4*)*. Hernesti autem haeredes fuerunt una simul tum sorores uterinae, *Margarita et Carolina*, tum soror illius germana *Sophia*, ceu legimus assertum, ac pater insuper Januarius.

7 Haec dum fiebant per obitum Josephi Spinelli Abbatiae SS. Fantini et Joannis Theologi ex nominatione *Christinae*, de qua supra mentionem fecimus, vacantem Rectoriam assecutus est *Hernestus* administratorio nomine ex indulto Apostolico, legitime ad executionem deducto per Curiam Episcopalem nulla facta per hodiernos contradictores oppositione, utpote qui juspatronatus in indultario legitime radicatum agnoverunt. Ac post *Hernesti* mortem eodem titulo novoque beneplacito Apostolico praedictam Abbatiam obtinuit ad vitam *Januarius Spinelli*, qui secundus fuit vir *Christinae* ac post hujus funus in viduitate permansit usque ad **TERTIAM DIEM JUNII** 1851, qua abiit ad plures, atque Rectoriae tandem vacatio facta est.

8 Primus omnium cliens noster *Comes Camaldulensium* tutorio nomine venit in Curiam Militensem, et praesentationem emisit ad vacantem Rectoriam favore spectatissimi Sacerdotis **CAJETANI GRECO**, civis Neapolitani, cujus etiam jura tuemur; quod perfecit utili tempore, die scilicet 11 Augusti ejusdem anni 1851 *(Summar. nostr. num.* 5*)*. Die vero 28 ejusdem mensis Augusti ad acta Curiae comparuit *Ferdinandus Spinelli*, qui unicus est Antonii lineae superstes, et proinde ex pacto convento anni 1795 *Ducis Seminariae* titulo gaudet; *suique ipsius* licet *octuagenarius (* in lucem namque venit die 11 A-

prilis 1771) nulloque charactere clericali insignitus praesentationem facere declaravit (*Summ. nostr. num.* 6). Expirante vero praedicto mense Augusti ad Curiam Militensem pervenit epistola Margaritae Spinelli-Friozzi, qua filii sui Josephi omnino laici, integrum sibi juspatronatus attribuens, praesentationem explebat ad eamdem Rectoriam, peculiaribus officiis Regii Administri ab ecclesiasticis negotiis commendata (*Summ. nostr. num.* 7 *et* 8). Nec defuit in actis ejusdem Curiae comparitio equitis *Antonii* ad extraneam Spinelliorum lineam pertinentis, ex latere scilicet paterno sive affinitatis vinculo cum Sophia aeque ac cum Margarita adversaria conjuncti; filius est enim Marii, qui fuit germanus frater tum Nicolai tum Januarii Spinelli, quorum utriusque nuptiis gavisa fuerat Christina, ceu superius innuimus, et arbor genealogica per Margaritam distributa demonstrat. Hic etiam Antonius sibi privativum jurispatronatus exercitium per somnium addicens, seipsum ad Rectoriam, licet laicum, praesentare non omisit (*Sum. nostr. num.* 9), ac paulo post ad acta Curiae detulit Apostolicum Breve subreptionis obreptionisque vitio laborans (*Summ. Margaritae num.* 15), uti ex dicendis patebit; quodque proinde tum Regio placito, tum Curiae executione caruit.

9 Elapsum haec inter cum esset utile quadrimestris tempus, et ab ipsa die *tertia* Octobris anni 1851 expiratum, cumque jam lis inter comparentes esset formiter contestata, *Ferdinandus* Seminariae Dux, qui seipsum praesentando jus nominationis, si quod habebat, evacuaverat, mutato consilio die 22 Novembris insequentis, ratus variandi facultatem quousque vacatio beneficii perduraret integram sibi relinqui, Sacerdotem Petrum Militano e civitate Palmarum ad eamdem Rectoriam penes acta praesentavit (*Summar. nostr. num.* 10). Procedebat interea institutum inter contendentes experimentum, dato singulis plusquam congruo ad propria deducenda jura temporis intervallo, ita ut Curiae judicium post triennales inducias ad juris ac justitiae tramites elaboratum, nullique subjectum exceptioni videretur expectandum. Expectationem vero fefellit eventus, ubi demum die 20 Aprilis anni superioris reddita est sententia Curialis, quam habetis in Summario Margaritae *num.* 16, quaque profecto nec informior altera, neque majori laborans absurditate, fraudata penitus justitia, potest effingi: ita ut haud immerito liceat suspicari Curiae Officiales, qui nec veriti sunt regiam adire auctoritatem ad competentiae declarationem obti-
☞ nendam super controversia jurispatronatus ecclesiastici,

quasi inter regaliae jura foret accensenda (*Sum. nost.n.* 11), aliquid humani passos esse, dum unicam Rectoriae patronam agnoverunt Margaritam, habitis praesertim ante oculos Regii Administri peculiaribus officiis pro una Margarita quam liberaliter admotis (*Summar. nostr. num.* 8). Nil proinde mirum si ab hac tam abnormi sententia favoris gratia, minime deficientibus magnae probabilitatis indiciis, prolata non modo clientes nostri provocavere, sed et *Ferdinandus* Seminariae Dux, et Antonius ipse de Fuscaldo, quorum utrumque, sed potissimum Antonium perditissime causam prosequi demonstrabimus.

10 Et quoniam spectatissima Emorum Patrum justitia congruum et nobis tempus parandae defensionis sueta benignitate concessit, despectis adversariae Margaritae conatibus et insidiis, quae perperam forte favorem et gratiam secundo sibi persuaserat habituram apud amplissimum Senatum Vestrum, in quo requiritur incassum acceptio personarum, dum festinatione, ac celeritate incredibili causae propositionem adurgens amicum sibi responsum in aliorum contendentium apparenti contumacia extorquendum animo conceperat, majori qua licebit brevitate jura clientum evidenter ostendemus in praesenti judicio, aliorum omnium contradictorum praetensiones undequaque profligantes. Quod ut facilius assequamur, recensebimus in primis varios vocationis gradus, quos ipsa Paulina Constitutio, quae uti fundationis instrumentum habenda est, in controversi jurispatronatus exercitio familiae patronalis progressum et vices discurrendo providentissime designavit, ad juris tramites ipsum dispositionis tenorem evolventes. Eaque gradatione firmata, distinctis paragraphis quambrevissime ac evidenter ostendemus *Antonium* hodiernum ad patronorum coetum, saltem in praesens, handquaquam pertinere, proindeque illegitimum renuntiandum esse contradictorem, et Pontificii indulti non posse gaudere proventibus. Deinde rejiciemus *Ferdinandum* Seminariae Ducem tum ex fundationis dispositione clarissima, tum ex pactis conventis anni 1795; ac in deteriori demum hypothesi eumdem cum Sacerdote Militano extra tempus ab eo praesentato nullum habere jus, quod utiliter in praesenti controversia valeat experiri. Proxime *Margaritae* jactantias et cavillationes insectabimus atque expugnabimus, utpote quae vel careat omnino jure ad patronatus exercitium, vel minimum jactare valeat comparative ad Clientes, vel tandem quia tempore habili idoneum haud praesentavit Rectorem. Quibus praemissis facili negotio concludemus evidenti demonstratione vel solos clientes *Camaldulensium Comites* legitimos agnoscendos

esse patronos, vel tales qui majori potiantur numero vocum, vel denique, perditissima etiam admissa vocum paritatis aut etiam minoritatis hypothesi, unicum ab iisdem utili tempore praesentatum non modo idoneum, sed numeris omnibus pollentem Sacerdotem spectatissimum *Cajetanum Greco* canonica institutione in praesenti Rectoriae vacatione esse donandum. Hinc fit ut in certam erigamur spem fore ut Patres Emi consultissimum proposito dubio sint daturi responsum = *Negative ad primam partem, affirmative ad secundam, et institutionem dandam esse Sacerdoti Cajetano Greco* = quod nomine clientum humili prece at ferventissima ab justitia et sapientia Vestra spectatissima postulamus.

Gradus vocationis ad patronatum enumerantur in Paulina Constitutione designati, et in variis gradibus indoles atque natura jurispatronatus inspicitur.

11 Ad quaestionis hodiernae definitionem jurispatronatus indoles sedulo est inquirenda, illiusque gradus in progressiva vocatorum serie ad quotam cuique competentem agnoscendam debent opportune praefiniri. Indubium autem est fundationis tenorem atque substantiam in Pauli III recensita Constitutione contineri; cujus proinde inspectione et examine patebit tum jurispatronatus natura, tum gradus quoad illius exercitium observandi. Praefatae Constitutionis igitur tenorem inspiciamus. Quatuor in ea, post attributam ipsi Petro Antonio primo indultario patronalem qualitatem, gradus a Pontifice constituuntur. En verba Pontificiae Constitutionis = *Nos igitur jus patronatus et praesentandi Ordinario loci personas idoneas auctoritate apostolica tenore praesentium perpetuo reservamus et concedimus tibi, ac* FILIO TUO PRIMOGENITO MASCULO, IPSIUSQUE PRIMOGENITI FILIIS MASCULIS DE PRIMOGENITO IN PRIMOGENITUM = Haec prima est vocationis sedes a Pontifice designata, in qua, foeminis exclusis, patronatus patulis verbis attribuitur masculis filiis ejusdem Petri Antonii, iisque haud omnibus indiscriminatim, sed qui in descendentali ipsius linea naturalem primogeniturae praerogativam haberent, vel a primogenitis recta descenderent.

12 Ubi vero contingeret in linea primogeniali masculos omnino deficere, casum adamussim praevidens ipse Pontifex, transitum ad lineas collaterales improbando, patronatus defert exercitium aliis filiis, qualibet gradus vel sexus praerogativa posthabita, tum ipsius Petri Antonii, tum masculorum ejusdem, qui primogeniti fuissent in primogeniali descendentia primo loco vocata; ita nimirum ut, ultimo decedente in linea recta primogenito absque masculina progenie, in filiabus etiam superstitibus, earumque descendentia, donec linea exa-

ruisset, esset patronatus omnino servandus. Ita namque Pontifex immediate prosequitur = *et illis non existentibus (primogenito tuo masculo* scilicet, *ipsiusque primogeniti FILIIS MASCULIS)* jurispatronatus exercitium continuo deferetur ALIIS FILIIS TUIS EORUMQUE FILIIS: sic nimirum ut lineam primogeniti ultimi in linea recta patronatus egredi non deberet, quousque descendentes haberentur in linea sive foeminae sive masculi, nulla prorsus sive gradus sive sexus praerogativa servata. Quod ideo Pontifex disposuisse censetur ut lineae primo loco vocatae, ac primi ejusdem auctoris, hujus votis obsecundando, praecipua ac singularis ostenderetur praedilectio.

13 Quod magis magisque revincitur ex verbis immediate sequentibus praecitatae Constitutionis, quibus tertia jurispatronatus sedes indigitatur = *Ac ipsis deficientibus (aliis scilicet filiis tuis eorumque filiis)*, reservamus *tuis proximioribus de familia Spinellorum consanguineis SIMILITER MASCULIS et DE PRIMOGENITO IN PRIMOGENITUM* = In hac siquidem tertia sede vocationis iterum masculi praelative ad foeminas vocantur, idemque primogeniturae gradus, ut in prima sede, servandus omnino praescribitur, ut agnosceretur differentia pro vocatis in secundo gradu patentissime constituta, ubi nec sexus nec gradus praerogativa vel a longe desideratur.

14 Luculentius autem agnoscitur primogenialem qualitatem, seu gradus praeservativam amplius haud requiri, ubi jurispatronatus delatio ad faeminarum successionem tandem aliquando pervenisset, ex nuda ac simplici faeminarum vocatione in quarta et ultima sede jurispatronatus constituta post extinctam omnino collateralium et consanguineorum etiam familiae Spinellorum masculinam descendentiam. Ibi namque Pontifex generalibus utitur verbis, nullaque conditione circumscriptis = ET DEINDE FOEMINIS =.

15 Hisce praemonitis juxta tenorem Paulinae Constitutionis, quam habetis integram in Summario Margaritae *num.* 1, jam facile patet juspatronatus controversum post decessum Jo: Baptistae Spinelli, qui fuit ultimus masculus et primogenitus in linea recta descendentali Petri Antonii, evacuata prima vocationis sede, transitum fecisse in secundam, in Christinam scilicet ejusque descendentes sive masculos sive foeminas, qualibet sive gradus sive sexus praerogativa posthabita; atque in hac secunda vocationis sede versamur in praesens. Et jure merito Christinam prae filiis Antonii, lineae secundogenitatis auctoris, quorum unus agit in vivis hodiernus Ferdinandus Dux Seminariae, controversi beneficii agnitam fuisse patronam ac patronatum exercuisse deprenditur tum ex pa-

tulis fundationis verbis, tum ex juris universi dispositione. Ex verbis enim fundationis aperte colligitur in secunda vocationis sede eos tantummodo comprehendi, qui sive masculi sive foeminae, quolibet rejecto gradus discrimine, ad lineam seu descendentiam ultimi primogeniti pertinerent: sic et non aliter sonant verba = *aliis filiis tuis*, EORUMQUE, scilicet primogenitorum tuorum, FILIIS. Ex quibus meridiano sole clarius elucet filios ac descendentes secundogeniti Antonii manere in perpetuum a fruitione jurispatronatus exclusos, quia vocantur ad illud taxative, qui e linea primogeniti descendant, ad ejusque familiam effectivam strictissime pertinent, nisi verborum sensum lubeat impropriare.

16 Ac patula ejusmodi fundationis dispositio praesidium mutuatur a jure, cujus cum dispositione perbelle consentit. Juspatronatus enim non aliter ac fideicommissum, ubi lineae fecit ingressum, ad aliam minime transire compertum est, nisi illa prius penitus evacuata. Ita ad rem doctissimus Card. De Luca *de fideic. disc.* 15. *num.* 7. = Idque clarius procedere dicebant tum scribentes pro « Joanne actore, quam Judices in hanc partem inclinan« tes quod ipse erat de linea Christophori, in quam « bona jam ingressa erant, ideoque intrabat hodie rece« ptissima nimiumque vulgaris regula, de qua Molina... « ut bona *in unam lineam semel ingressa semper in ea « perseverent*, NEQUE AD ALIAM TRANSITUM FA« CIANT, NISI ILLA TOTALITER EVACUATA = quod ipsemet auctor confirmat *eod. loc. disc.* 1 *n.* 14 *et disc.* 2 *num.* 4 quo loco iterum monet = *ubi urget dicta regula ita ut agatur de continuatione bonorum in eadem linea et in filios ac DESCENDENTES POSSESSORIS MORIENTIS, tunc IN PRIMOGENITURIS nulla cadit dubitatio.* Quod maxime servandum omnino ex receptissima sententia compertum est, quando nulla urget ratio servandae agnationis et conservationis familiarum, uti contingit in materia jurispatronatus prorsus indifferenti, ceu tradit idem Auctor *ibi disc.* 205 *num.* 12 in materia primogeniturae = Eatenus enim non expectata omnimoda « evacuatione utriusque lineae masculinae ac foemininae « admittitur iste transitus, *foemina neglecta*, quatenus jux« ta Italiae antiquos et continuatos mores *suadeat ra« tio agnationis et conservationis familiarum; SECUS au« tem* quando, ista ratione cessante, *dandus esset iste* ☞ « *transitus A FOEMINIS VEL COGNATIS LINEAE « PRAEDILECTAE et jam admissae ad foeminas vel co« gnatos alterius novae lineae minus dilectae , cum id vi« deatur ABSURDUM PRORSUS IRRATIONABILE* = Ideoque nunquam permittitur de jure, ubi etiam agitur

de voluntate disponentis interpretanda (in casu enim expressam habemus descendentium primogeniti vocationem restrictivam), ut transitus fiat ad lineam secundogeniti, quoties aliquis de primogeniti linea supersit, ac nisi ista penitus extincta, ceu docet Molina *de Primogen. Hispan. in addit. lib.* 3 *cap.* 7 *num.* 29 *et* 42, ubi inquit expresse ex receptissima regula quod, *quoties ALIQUIS de linea primogeniti ADEST, non est admittendus, qui est de linea secundogeniti* = latiusque tradit De Luca *de lin. leg. art.* 8 *num.* 43 = ibi = *quod linea ultimi possessoris consideranda primum est, ut illi qui ex ea procedunt CAETERIS PRAEFERANTUR, nec transitus fiat ad alias lineas, DONEC EX EA DESCENDENTES FINIANTUR* =

17 Quibus in locis utriusque auctoris verborum sensum inscrutari non pigeat: alter siquidem verbo *aliquis*, alter vero *descendentes* utitur ut intelligatur in latissimo ac indeterminato utroque vocabulo cujuscumque gradus et sexus personas indigitari, quibus superstitibus ad unum, ingressum in lineam substitutorum vetari praescribitur. Quod profecto deducitur ex praedilectionis ratione = *ex quo* enim ita Card. De Luca in dec. Sicil. post tract. de feud. num 174 = *primogenitus censetur dilectus, ideo non solum ipse, sed TOTA EJUS LINEA praedilecta intelligitur ut, DUM ALIQUIS DE ILLA SUPERSIT, praeferatur secundogenito et ejus lineae et sic in ulterioribus* = idemque clarius confirmatur *ibid. num.* 256. Neque potest ulla ratione dubitari quin foeminae vel ipsae de linea praedilecta primogeniti ultimi possessoris, illarumque descendentes ex hactenus traditis masculos excludant lineae substitutae, ceu tradit aperte Card. De Luca *de feud. disc.* 112 *num.* 4 = ibi = *quod scilicet foemina superstes de linea admissa, seu ingressa VINCAT MASCULOS alterius lineae remotioris* =.

18 Nec juverit objicere foeminas censeri exclusas in casu, usquedum omnes etiam consanguineorum lineae vocatae non erunt penitus exaustae, reponendo unicam foeminarum vocationem in ultima dispositionis sede, ubi dicitur *et deinde foeminis*, cum animadversione quod in secunda sede, ut supra, constituta per verba *aliis filiis tuis eorumque filiis* masculi privative censeantur vocati, quasi repetita masculinitatis qualitate, in primae sedis vocatis expressa, et in illis sit reputanda. Absoluta enim et futilis ejusmodi exceptio per contradictores *Ferdinandum* et *Antonium* opposita ad nauseam in Curiali judicio ex dictis et auctoritatibus hactenus adductis satis abundeque refellitur: ex dicendis autem evanescere patebit omnino.

19 Compertissimum equidem est praeprimis in jure quod

appellatione *filiorum* veniant omnes sive masculi sive foeminae, cessante ratione agnationis, uti omnes uno ore testantur unanimiter Doctores et Canonistae. Sub nomine namque *filiorum* veniunt omnes de sanguine, ceu probat Fargna *de jurepatr.* *P. II. can.* 1 *et* 2 *cas.* 6 *num.* 5, qui praeterea subdit *ibi cas.* 13 *num.* 7 quod, etiamsi ageretur de jurepatronatus filiis primogenitis relicto, foemina superstes succederet praelative ad masculos secundae vel tertiae lineae. = Et equidem foemina « superstes in linea primogeniti succedere potest *in ju-« repatronatus primogeniali ad exclusionem masculi primo-« geniti secundae aut tertiae lineae* etiamsi juspatronatus « fuisset reservatum primogenito cum dictione *filii* . . . « cum sub nomine *filii* COMPREHENDATUR ETIAM « FOEMINA =. Quam sententiam sequuntur, ut innumeros alios omittamus, Mantica *de conject. lib.* 8 *tit.* 7. Peregrin. *de fideicomm. art.* 25 *fere per tot.* Fusar. *de substitut. qu.* 311 *num.* 1 *et seqq.* et Menoch. *de praesumpt. lib.* 4 *praes.* 84 *num.* 4. Masculinum enim concipit ex praesumptione juris foemininum, uti omnes observant, ac proinde *filiorum* appellatio masculis aeque convenit ac foeminis, nisi claram in contrarium probetur extare voluntatem disponentis.

20 Pro nobis autem clarissimus Menochius *loc. nuper cit.* respondebit exceptioni de repetitione praesumpta masculinitatis in secunda vocationis sede. Hic enim, postquam contrarias opiniones exposuerit, ita eas doctissime conciliat *ibid. numer.* 6 *et* 7. = Haec magna inter praedictos « Doctores controversia conciliari multis modis solet. Et « prima quidem est conciliatio et distinctio, quod *aut « extat ratio conservandae agnationis vel non.* Primo casu « *praesumitur illa qualitas masculinitatis repetita in ea no-« minatione simpliciter facta de filiis:* ita procedit prima « illa opinio Abbatis et sequacium. SECUNDO VERO ☞ « CASU NON PRAESUMITUR REPETITA: sic locum « habet secunda illa opinio Jo. Annaniae et aliorum. « Hanc conciliationem probarunt Ruin. Pirisius etc. *Et « haec quidem conciliatio mihi satis probatur* =. Est et se-« cunda conciliatio, quod *aut agitur de filiis plurium* ut « puta de filiis sui sanguinis et de filiis extranei; et « TUNC *mentio masculinitatis facta in una parte* NON « CENSETUR REPETITA IN ALTERA: ita procedit « opinio Jo. Annaniae et sequacium. *Aut agitur de filiis* « UNIUS TANTUM, *et tunc repetitio praesumitur:* ita lo-« cum habet opinio Abbatis et aliorum. Hanc concilia-« tionem fecerunt Ruinus etc. . . . *quos sic retuli et se-« cutus sum* =. Unum ad haec liceat nobis animadvertere pro doctrinae applicatione in casu nostro, ubi nec ra-

tio agnationis servandae, ceu legenti patet, reperitur in concessione jurispatronatus, nec in substitutione, seu in secunda sede vocationis de unius tantum filiis cogitatum est, sed de filiis, seu descendentibus indistincte tam Petri Antonii, quam masculorum omnium ejusdem ordine primogeniali recto tramite ab ipso descendentium ac in jurispatronatus fruitione succedentium = *aliis filiis tuis* EORUMQUE *filiis* =. Unde patet utramque conciliationem foeminarum successioni favere in exclusionem masculorum lineae substitutae, nec masculinitatis qualitatem repetitam in hac secunda sede, ubi consistimus, haud quaquam censeri.

21 Huc accedit perspicua satis dispositio fundationis, ubi manifeste colligitur in secunda sede vocationis agi adamussim de successione foeminarum, exausta masculorum discendentia in ordine primogeniali, antequam ad masculos linearum substitutarum transitum faceret juspatronatus. Hoc enim plusquam evidenter intelligitur ex contextu despositionis. Primo namque vocatio directa est non solum filio Petri, Antonii Primogenito, sed *ipsius primogeniti* FILIIS MASCULIS *de primogenito in primogenitum;* quo loco praevidetur eventus quod masculina primogenitorum linea exaresceret, eoque casu adjectum est = *et illis non existentibus*, MASCULIS nimirum, *aliis filiis* Petri Antonii vocatio dirigitur, *eorumque filiis,* certe non masculis, aliter dispositio in hac secunda parte videretur otiosa, et a dispositione in prima parte jam praeoccupata, sed foeminis, ea scilicet ratione praedilectionis juridicae, qua prohibetur ne bona vel honores transeant in lineas subalternas et remotiores usquedum aliquis sive masculus sive foemina in linea praedilecta, eorumque descendentes in perpetuum adesse comperiantur. Neque solum i ntellectus ejusmodi de foeminarum successione contemplata in secunda sede concordat adamussim atque consentit cum praecedenti dispositione et vocatione masculorum in prima parte, sed eo magis confirmatur ex iterata vocatione masculorum in tertia orationis periodo, postquam nimirum, extincta quoque foeminarum descendentia, vocatio ad juspatronatus lineis proximiorum de familia Spinellorum legitur collata hisce verbis immediate sequentibus = *ac ipsis* DEFICIENTIBUS *tuis proximioribus de familia Spinellorum consanguineis* SIMILITER MASCULIS =. Cum igitur masculinitatis qualitas in prima et tertia vocationis periodo verbis expressis requisita minime legatur in secunda seu media, non solum juridica sed logica etiam ratiocinatione deprehenditur ex simplici vocatione filiorum in hac secunda sede foemi-

narum successionem certo certius fuisse contemplatam. Praesertim cum nec voluntas fuerit Pontificis nec mens fundatoris foeminas a successione patronatus excludere; rotundis enim verbis in extrema periodo foeminis juspatronatus attribuitur = *et deinde foeminis* =. Nonne vero absurdum esset irrationabile, et conceptum a juridica et naturali ordinatae dilectionis ratione prorsus alienum foeminas linearum remotiorum ac minus dilectarum ad patronatus fruitionem admitti, ab eaque lineae propriae descendentalis ac praedilectae foeminas maxima cum juris reluctantia prorsus arceri?

22 Ex hactenus igitur disputatis abunde revincitur non modo foeminas in hac secunda sede fuisse vocatas, sed earum etiam descendentes absque limitatione, maxime cum in themate nulla possit haberi, nec habita fuerit *agnationis conservandae ratio,* cum descendentes per foeminas dicantur et ipsi descendere a primo stipite, proindeque et ad ejus lineam primo loco vocatam pertinere, ceu monet Card. De Luca *de fideic. disc.* 27 *num.* 8 = ibi = *Descendentes per foeminas dicuntur descendere a primo stipite* DIRECTE *non autem per transversum, dum quilibet duas constituere dicitur lineas, unam masculinam ex filiis masculis, alteram foemininam ex filiabus foeminis; ergo* ETIAM DESCENDENTES PER ISTAS DICUNTUR DE LINEA PRIMI STIPITIS =. Et concinit Rota in *Pisauren. Fideicommissi de Foppa* 23 *Junii* 1721 *coram Falconer.* in qua sub *num.* 3 dicitur quod *descendentes per medium foeminarum sive masculi sive foeminae . . . vere* DICI DEBENT DE STIPITE, *cum stipes aliud non significet, nisi personam quae tamquam caput et principium descendentiae constituitur, a qua illius gradus dinumerantur.* Ita ut perditissime exciperetur a contradictoribus masculis, qui de linea sunt proximiorum, vocationem ad solam Christinam agnatam foeminam fuisse cohibitam, ☞ quippe cum in hodierna specie haud veniat agnationis ratio consideranda.

23 Majorem autem evidentiae lucem ad postremam hanc exceptionem eliminandam effundit ipsius dispositionis seu vocationis ordo. Differenti namque verbo Pontifex usus est (quod peculiariter advertant, quaeso, Emi Patres), cum transitus ad secundam sedem ordinavit, longeque diverso ab eo, quod adhibuit in transitu ad tertiam sedem praescribendo. Primo siquidem in casu dictum est *et illis* NON EXISTENTIBUS, scilicet masculis a primogenito procreatis; quod vocabulum sane demonstrat nudam actu inexistentiam masculorum, simulque spem et possibilitatem praeservat supervenientiae masculorum a primogenito, ideoque, dum foeminae in praedicta hy-

pothesi a jurispatronatus exercitio non prohibentur, regressus tamen ad masculum vel masculos primogenitos de linea primo vocata forte superventuros quodammodo reservatur; existentiam enim actualem vocabulum adhibitum excludit, minime vero spem et possibilitatem. In decernendo vero transitu ad lineam proximiorum substitutorum verbo Pontifex usus est = IPSIS DEFICIENTIBUS = de successione scilicet foeminarum; quod proprie axarescentiam et extinctionem omnimodam importat illorum de genere in hac secunda sede vocato.

24 Huc autem ubi pervenimus, ostendendum superest controversum juspatronatus in prima et tertia sede primogeniale constitutum, seu primogeniturae ordine deferendum, in secunda et quarta sede, in quibus foeminae et foeminarum descendentes ad illius fruitionem invitantur, aliam non habere naturam et qualitatem, quam gentilitiam seu familiarem lato sensu conceptam. Quod tum ex ipsa locutionis forma depromitur, tum ex notissima regula *discretivae*. Ac primum patet ex locutionis forma, qua Pontifex usus est tam in secunda sede, ubi vocatio directa est *filiis* Petri Antonii, *eorumque filiis*, quam in quarta, ubi constituitur ut ultimo loco juspatronatus competeret *foeminis*. Ex hac enim generica et collectiva plurium appellatione patentissime removetur exceptio de primogeniali ordine servando, in quo uni tantum successio defertur, uti per se patet. Filiis autem collective vocatis, aut descendentibus, omnes indistincte veniunt cujuscumque sexus vel gradus ex notissimis jurisprudentiae regulis et universa Doctorum concordi sententia. Haec ex juridico et naturali verborum intellectu dimanant.

25 Neque aliter in facto Pontificem et fundatorem voluisse compertum habemus ex regula *discretivae*. Quo namque loco et sede primogeniturae ordinem servandum Pontifex voluit; patulis verbis expressit. Ubi igitur non expressit, noluisse censendus est, praesertim cum agatur de re satis odiosa, de jure nimirum ad patronatum restringendo. Jam vero non ambigitur in prima vocationis periodo, ac similiter in tertia verbis expressis de primogeniturae ordine servando fuisse praescriptum, uti fert vocatio primum directa = *filio tuo PRIMOGENITO masculo, ipsiusque primogeniti filiis masculis DE PRIMOGENITO IN PRIMOGENITUM*: nec aliter in tertio successionis gradu determinando fuit dispositum per verba = *ac ipsis deficientibus* (foeminis scilicet, earumque descendentibus de linea) *tuis proximioribus de familia Spinellorum consanguineis similiter masculis, et DE PRIMOGENITO IN PRIMOGENITUM* =. Quid autem in se-

cunda et quarta orationis periodo? Altum omnino silentium de primogeniali gradu seu praerogativa servatum est. Nec tantum mirari deberemus si in extremo vocationis membro vocatio foeminarum generica locutionis forma fuisset concepta, sed valde mirum, ac speciali nota dignum quod omnino ac studiose qualitas primogenialis reticita fuerit in secundo, quod medium inter primam ac tertiam vocationem invenitur, quarum in utraque expressa facta est mentio de primogeniturae ordine conservando. Quis igitur sibi persuaserit eam praerogativam et in secunda seu media tacite subintellectam inesse, tot tantisque tum regulis juris tum factorum adminiculis refragantibus? Non ego, nec Vos, Emi Patres, altissimo discretionis sensu, sapientiaque pollentes, nec alius quispiam sanae mentis homo, praeoccupatione deposita, vix autem credat Judaeus Apella.

26 Quod potiori ratione nostris hisce temporibus retinendum alia quoque factorum momenta suadent. Notissima siquidem est fideicommissorum abolitio, seu primogenialia privilegia in Regno utriusque Siciliae anno 1806 vesbis effroenis undequaque sublata. Quo facto omnia familiarum primogenitis adnexa jura, et honorificas praerogativas eodem actu prorsus extinctas et sublatas fuisse non ambigitur; ita ut sive bona, sive jura cujuscumque speciei libera protinus et a quocumque soluta vinculo remanserint illorum, qui tunc temporis in primogeniorum possessione versabantur, et ab omni vinculo et conditione pariter exempta ad ultimi possessoris descendentes legitimos ac naturales reipsa pervenerint. Hanc enim conclusionem, quae ex natura rei et juridica consequentia ab lege abolitionis sponte sua consequebatur, regia declaratione desuper edita indubiam omnino evasisse in subjecta materia palam evincitur ex tenore decreti regalis, quod legitur in Summario Margaritae *num.* 14. Ibi namque art. 3 regii rescripti disertissime sancitur ad rem = *Che dopo abolita la feudalità ed i fedecommessi nel* 1806, ***NON ESISTONO PIU'*** *condizioni di tal natura* ***SOPRA TITOLI ONORIFICI,*** *mentre i medesimi spettano sempre* ***A' DISCENDENTI LEGITIMI E NATURALI*** *di coloro che in quell'epoca li godevano* =. Cujus dispositionis ea vis est et efficacia ut, data etiam hypothesi quod in secunda etiam vocationis sede, de qua nobis est sermo, servandus esset ordo primogeniturae, sublatis per legem Principis fideicommissariis et primogenialibus privilegiis ac successionibus, penitus evanuisset odiosa primogenialis praerogativae conditio quoad patronatus etiam delationem, quod libere proinde in Christinae descendentes absque gradus praeservatione pertransiit. Eo-

que magis id tenendum in themate, ubi ejusmodi praerogativa, nisi clare, ac patenter exulet a vocatione in secunda dispositionis periodo constituta, dubia profecto ac turbida semper dicenda esset in deteriori hypothesi, ac proinde per legis enunciatae favorabiles effectus faciliori negotio resoluta: addito etiam argumento ex materia jurispatronatus educto, quae indifferens cum sit, sexus aut gradus praerogativam non modo sui natura non requirit, sed potius respuit generatim ac aversatur.

27 Quaenam igitur impraesentiarum renuntianda sit indoles jurispatronatus controversi facile per se patet. Sive enim fundationis intellectui juridico et verbis ipsis insistamus, sive potius generalibus Regni legibus velimus attendere, gradus praerogativa penitus explosa, ad omnes Christinae descendentes indistincte transiisse juspatronatus evincitur; proindeque illius indoles atque natura gentilitia lato sensu, vel familiaris omnino reputanda est, quae dum omnes comprehendit absque sexus gradusque discrimine ad proximiores aeque ac remotiores in capita defertur, uti est apud omnes exploratissimum. Quamquam et pro haereditaria illius qualitate concludere haud profecto videretur abs re. Non solum enim ex vinculi primogenialis et fideicommissarii resolutione, purificata libertate juris honorifici, ceu supra notatum est, in praefata Christina, quae tempore abolitionis possessionem illius juridicam obtinebat, haereditarium illud evasisse putandum est, ac in haeredes una cum juribus caeteris quibuscumque trasmittendum ex notissimis jurisprudentiae regulis, sed hoc idem insuper potiori ratione resultaret ex pactis conventis anni 1795, quatenus illorum esset habenda ratio. Haud equidem latet Eños Patres illum cessionis respectivae contractum inter Christinam et secundogeniti Antonii primogenitum Scipionem celebratum, ac postea ab omnibus ejusdem Antonii filiis agnitum et ratum habitum, haud excluso altero ex contradictoribus Ferdinando, initum fuisse a contrahentibus = *per se* E PER I SUOI EREDI E SUCCESSORI (*Sum. Margaritae num.* 3). Quibus verbis haereditariam jurispatronatus qualitatem indigitari et contineri concors est omnium Doctorum et Canonistarum sententia, innumeris et fere quotidianis tum S. Rotae, tum S. Ordinis decisionibus confirmata; ita ut supervacaneum existimemus ad notissimam regulam comprobandam auctoritates sententiasque proferre. Sive autem *gentilitia* lato sensu, sive *haereditaria* controversi patronatus indoles sit renuntianda, aut integre illud in hodierna controversia ad clientes pertinere dicendum est, aut minimam illius sym-

bolam Margaritae adversariae, caeteris contradictoribus penitus exclusis, competere palam est ex iis, quae hactenus factorum historiae subsistentes solida juris argumentatione disputavimus. Ut autem id luculentius appareat, pauca de singulorum exclusione vel participatione minima distinctis paragraphis dilucide subnectemus.

§. I.

De Antonio Spinelli ventoso Marianellae Duce.

28 Quo pacto, quave de causa Dux iste ventosus in jurispatronatus causam intraverit, Patres Emi, non videmus. Unum *Spinelli* cognomen illi nequit indubie prodesse: aut enim nihil habet cum familia ad patronatum vocata commune, aut ad lineam ultimo loco invitatam de familia Spinelliorum pertinebit. Primo autem in casu, quippe qui prorsus extraneus, perpetuo a jurispatronatus fruitione erit arcendus; altero vero praesto est contra illum exceptio = *dispositio nondum loquitur de te* =. Utroque vero in supposito non aliter ac intrusus habendus est, ac proinde de ipsius exclusione non est ambigendum. Quanam autem ratione conjunctionem suam cum familia Spinelliorum patrona probare valeat hactenus nosse datum non est: Schema genealogicum, quod forte producet, opportunis monumentis rite comprobatum, enigma diluet atque resolvet. Quod autem non ignoramus hoc profecto est, ipsum esse procreatum a Mario, qui frater extitit tum Nicolai, tum Januarii Spinelli, quorum uterque Christinae talamum rite ac legitime ingressus est. Ex quo patet abunde, ni fallimur, eumdem ex hac una facti ratione nec consanguinitatis, nec affinitatis vinculo sociari cum hodiernis descendentibus a Christina per Januarium; ideoque ex iis, quae nota sunt, manifeste colligitur eum esse a jurepatronatus extraneum.

29 Nec vel minimum proficiet Antonius, si jus, quod sibi propugnat, a persona Januarii praedicti patrui studeat derivare. Posita namque gentilitia patronatus indole, hic nunquam ad Januarium ipsum pervenit, recto tramite a Christina in Sophiam caeterosque liberos, et in ejusdem Sophiae filios, quos clientes habemus, juris ministerio transfusus, absque ulla Januarii communicatione, ceu per se patet. Quod si e contra juspatronatus haereditarium placeat ex praemissis haberi, recidet in idem conclusio. Si namque portionem Hernesti filii Januarius pater collegisse una cum illius haereditate intestata di-

cendus esset, eam tamen non fratri Mario praedefuncto, nec Antonio ex ipso fratre nepoti, sed nepotibus ex filia Sophia integram cum haereditate transmisit ex notissima juris dispositione, qua in avi haereditatem nepotes descendentes advocantur, exclusis collateralibus. Ex quibus aperte demonstratur apostolico indultu, quod vitio obreptionis et subreptionis infectum obtinuit, nullo pacto posse juvari; aperto namque mendacio convincitur illius petitio, qua nititur apostolica concessio; quae hac tantum de causa tibi favebat, quia tu asserere non dubitasti, quod *in dicto jurepatronatus successisti (Summar. Margaritae num.* 15). Cumque praeterea in verificatione jurispatronatus defeceris, deficiente substantiali ac prudentissima conditione concessionis apostolicae, gratiam ipsam, quam praefers, leves abiit in auras.

§. II.

De Ferdinando Spinelli Seminariae Duce.

30 Sufficiat de altero hoc contradictore recolere quod ad primogeniti lineam non pertineat, ut merito eumdem dicamus ex fundationis legibus a jurepatronatus exclusum. Voluit enim fundator ut, non existentibus filiis masculis ultimi primogeniti in ordine vocatorum, juspatronatus transiret in eorum filios *(Summar. Margaritae num.* 1): ac proinde in tertio loco vocatam lineam proximiorum, qua Ferdinandus indubie continetur, haud transitum facere deberet nisi penitus extincta ultimi primogeniti descendentia per medium foeminarum. Quod potissimum confirmatur ex natura et vi verborum, quae Pontifex adhibuit, ubi de transitu mentionem fecit in lineam proximiorum: verbo siquidem *deficientibus* usus est, quod proprie omnimodam exarescentiam et extinctionem importat foeminarum descendentiae secundo loco vocatae in linea primogeniti, ceu supra fusius animadvertimus. Cum igitur Christina, quae uti filia ultimi primogeniti in juspatronatus rite successit juxta vocationis ordinem, et transitum impedierit in lineam proximiorum, seu filios Antonii secundogeniti post mortem Joannis Baptistae ad formam fundationis excluserit, ita nunc ex eadem ratione Christinae descendentes Ferdinandum praefati Antoni filium excludunt atque repellunt, quippe qui Joannis Baptistae lineam prosequuntur; descendentes enim per foeminas directe a primo stipite descendere dicuntur, uti pluribus comprobavimus in superiori numero 22. Huc accedit quod, cum eorum lineam patronatus sit ingressus,

nonnisi illa exhausta et evacuata ad lineam vel coetum substitutum transitum faciet, nequit enim dari regressus cum successione retrograda: ita ut jure meritoque et hic possit exceptione repelli = *dispositio nondum loquitur de te* =.

31 Quid autem si contra patulam fundationis legem deteriorem fingamus hypothesim, admittentes nimirum paulisper post obitum Joannis Baptistae juspatronatus transire debuisse in lineam Antonii, cujus unicus superest filius adversarius Ferdinandus? Nonne et in hac duriori hypothesi repellendus esset in hodierno judicio? Nostis enim, Emi Patres, anno 1795 intercessisse transactionem inter Christinam, Clientum auctricem, et Scipionem Antonii primogenitum ac Ferdinandi fratrem qua non modo de bonorum successione definitiva conventione depactum est, sed aliorum insuper jurium quorumcumque cessionem amplissimam fuisse firmatam agnovimus favore Christinae ejusque haeredum et successorum. Haec inter juspatronatus controversum per modum universitatis recensebatur; magis autem magisque determinatum est per verba in cessione adhibita = *titoli*, ***ONORI***, ***PREROGATIVE*** *e dignità* = Cariatensis Domus (*Summar. Margaritae num.* 3 *litt. U.*): juspatronatus enim est jus honorificum, ut omnes norunt, exindeque inter domus vel familiae computatur honores. Hanc praeterea in cessis juribus haberi comprehensionem legitimi judicis ministerio, cujus auctoritate ipsa transactio est confirmata, in proxime secuta Rectoriae vacatione declaratum est. Eamque non modo transactionem, sed ipsam quoque declarationem agnovisse ac ratam habuisse Ferdinandum nequit in dubium revocari post sententiam anni 1817, in qua instante Ferdinando vel ipso probata est efficacia transactionis, ac ipsa jurispatronatus attributio ex pactis conventis anni 1795 (*Summar. Margaritae num.* 4 *litt.* ***B***) ita ut incivile prorsus videatur hodie Ferdinandum contra proprium factum insurgere, et inficiari jurispatronatus cessionem cum ceteris juribus honorificis anno 1795 rite peractam.

32 Jam vero certum est ejusmodi cessionem locum habuisse favore non Christinae solum paciscentis, sed illius etiam haeredum et successorum, qua nimirum qualitate pollent exclusive Clientes, a quibus proinde Ferdinandus facto suo a patronatus participatione repellitur. Quin vel a longe officere possit exceptio de prohibitione cedendi juspatronatus quod, cum in concepta hypothesi gentilitium reputetur, in praejudicium vergeret successorum ex proprio jure venientium. Hujusmodi siquidem exceptio non cedenti, sed futuris vocatis uni-

ce competeret, quatenus aliquid juris ac roboris conficta mereretur hypothesis, quod ad trutinam suis tempore et loco futuris in vacationibus revocabitur. Auctor autem cessionis nequit eam utiliter impugnare, quia novum non est in canonica jurisprudentia possessorem gentilitii jurispatronatus valide ac licite posse jus praesentandi cedere vel donare, jure seu vita cedentis ipsius vel donantis perdurante, Piton. *de controv. patronor. alleg.* 69 *num.* 63 *et alleg.* 100 *num.* 255. Hisce siquidem limitibus circumscripta cessio nullimode vergit in praejudicium successorum proprio jure venientium, quae sane unica est prohibitionis ratio ne in gentilitiis patronatibus ejusmodi contractus admittantur.

35 Post haec, ut gratiam adversario praestare ultra quam par est videamur, novam aggrediamur hypothesim, quae non modo pugnat cum clara fundationis lege, sed cum ipsa cessione, de qua sermonem hactenus habuimus. Fingamus videlicet in secunda vocationis sede et ipsum una cum Christina primogeniti filia ceterisque hujus descendentibus fuisse comprehensum in collectiva vocatione filiorum, quasi extra primogeniti lineam et descendentium verba illa protendatur, et cumulativa detur non tantum *effectivae* sed *contentivae* etiam lineae descendentium successione. Fingamus insuper hanc jurispatronatus simbolam Ferdinando competentem in cessione praedicta minime fuisse comprehensam. Quorsum tamen haec illi proderit fictio, breviter inspiciamus. In jurepatronatus gentilitio canon est in jurisprudentia notissimus dari successionem in capita. Ferdinandus igitur unica voce praeditus sex clientum vocibus suffocabitur. Ponamus autem adversarium majori etiam in jurepatronatus quota pollere, ita ut non modo jus aequale jactare valeat cum clientibus, sed eos vincere latiori quam fingi possit excessu, adeo scilicet ut ipsis minima quota relinquatur. In hac etiam effroenatissima hypothesi illud semper consequi debet ut vel clientes vincant Ferdinandum numero vocum, vel si vincantur, nullo unquam in pretio illius habenda sit praesentatio sive sui ipsius utpote inhabilis, sive sacerdotis Militano post quadrimestris tempus utile praesentati (*Summar. nostr. num.* 10), ac proinde unica, quae debet attendi, suumque plenarium effectum sortiri, praesentatio a clientibus expleta favore spectatissimi Sacerdotis Cajetani Greco merito reputanda sit.

§. III.

De Margarita Spinelli Marchionissa Friozzi

34 Juspatronatus, uti animadvertimus, in secunda vocationis sede primogenialem praerogativam amisit, et factum est gentilitium lato sensu conceptum, nisi potius haereditarium post transactionem anni 1795 ac post cladem praesertim fideicommissariis et primogenialibus institutionibus et privilegiis indictam illud renuntiare debeamus. Haec autem praenobilis, uti ferunt, foemina in secunda se vocationis sede praedicat constitutam, in qua et nos esse putamus, et nihilominus quae sibi uni favent ex fundationis tabulis assumens, quae vero sibi nocent atque adversantur superbe respuens, licet foeminam cognatam se vocari ad jurispatronatus exercitium, rejecta masculinitatis praerogativa, contendit, primogenialem vero qualitatem absurda devorans manifesta contradictione servari propugnat. Et re sane vera, si ex generica filiorum vocatione in secunda orationis periodo, sique ex tutissima discretivae regula, quia in primo et tertio gradu jurispatronatus decernendo masculinam qualitatem expresse fundatio requirit, in medio vero seu secunda sede silet omnino de masculis, foeminarum successionem Margaritae Defensores optima sane argumentatione deducunt praelative ad masculos lineae substitutae, qui fit ut postea, haud valde sibi constantes, aliter de primogeniturae ordine et in hac secunda vocationis sede servando disserant, quamquam una sit et identica ratio tum excludendi masculinam qualitatem, tum rejiciendi primogenialem praerogativam? Absurdum irrationabile!

35 Sed majus insuper urget argumentum ad respuendum primogeniturae ordinem in hodierna sede jurispatronatus, quam ad foeminarum successionem cum exclusione masculorum lineae substitutae constabiliendam. Quandoquidem non modo pro respuenda gradus praerogativa omnia et singula militant momenta rationum quae foeminarum favent successioni, sed illud accedit praeterea peculiare ad evertendam gradus praerogativam, quod collective fuerint in hac sede filii seu descendentes vocati, ceu sonant verba = *aliis filiis tuis eorumque filiis* =. Qua sane collectiva plurium vocatione nihil est quod magis gradus praerogativae repugnet, in qua nonnisi uni successio defertur, uti consideranti per se patet. Cum igitur optime conveniant pro rejicienda gradus praerogativa in praesenti jurispatronatus conditione tum regula *discretivae* ad masculorum remotioris lineae praetensum jus profligandum, tum diversa locutionis forma in variis

vocationis gradibus adhibita, quae sane gravissima sunt argumenta ad masculinam qualitatem propulsandam, cumque praeterea peculiaris accedat ratio, quam nuper innuimus ad gradus praerogativam eliminandam, qui fieri poterit ut, masculina qualitate repudiata, gradus e contra praerogativa servetur?

36 Crescit autem argumentum contra Margaritae commentum ex notissima fideicommissorum et primogeniorum abolitione sub saeculi praesentis initium in Regno utriusque Siciliae promulgata. Hujus namque legis virtute factum est ut conditiones antea servatae in juribus primogenialibus transmittendis evanuissent omnino, et jura aeque ac tituli honorifici, qui primogenitis familiarum antea competebant, spectarent in posterum = *a' discendenti legittimi e naturali di coloro che in quell' epoca li godevano* (*Summar. Margaritae num.* 14). Ita siquidem regis auctoritate verbis expressis declaratum est, quod jam ex natura dispositionis juris ministerio legitime consequebatur. Posita igitur absurdissima etiam hypothesi quod juspatronatus ex fundationis lege et in secunda vocationis periodo primogeniale perdurare debuisset in successione foeminarum, nonne praefato abolitionis decreto, uno veluti ictu, odiosum hocce vinculum sublatum esset ac resolutum? Ita nimirum ut aequali prorsus jure tum Margarita tum ceteri Christinae filii, eorumque descendentes debeant in patronatu succedere, ex quo profecto dimanat ut, hoc retento supposito, minima jurispatronatus quota fruatur Margarita respectu Clientum, qui senario numero constantes unicam illius vocem opprimunt ac praefocant juxta regulas in gentilitio patronatu servandas, quippe quod in capita deferatur et non in stirpes.

37 Quid autem ad haec Margarita? Principissae Cariatensis titulum sane venustum obtrudit ac feudalium bonorum adepta successio. Quo tendat hujusmodi exceptio, vel quale praesidium et emolumentum valeat eidem afferre non videmus. Estne controversum juspatronatus reale aut feudo vel bonis majoratus adnexum ut cum Principatu debeat pertransire? Nihil absurdius, nihilque a veritate magis alienum. Patronatus in prima sede primogenialis gentilitiam et familiarem induit qualitatem in secunda, et personis tantummodo successivo ordine vocatis inhaeret, titulos et bona titulis adnexa perperam assereretur afficere. Falsum autem omnino dignoscitur, quod ad unicam defensionis opportunitatem obtruditur, Cariatensium Principum titulo patronatum fuisse connexum quousque in viridi fuit primogeniturae qualitas in prima vo-

cationis periodo contemplata, aut primogenito titulum ejusmodi praeseferenti a Pontifice fuisse reservatum. Si quid enim objectum hocce prodesset, quod tamen quam longissime abhorret a veritate, uni Seminariae Duci emolumentum obveniret: hoc uno siquidem honestatus titulo Petrus Antonius obtinuit a Pontifice patronatum (*Summ. Margaritae num.* 1); Cariatensis autem Principatus ex posteriori fundatione primogenito familiae Spinellorum accessit (*dict. Summar. Margaritae num.* 3 *Litt. N.*). Gaudeat igitur Principissa nostra titulo, gaudeat bonis Cariatensi majoratui adnexis, patronatum vero cum ejusmodi bonis et titulo non confundat; institutionis enim tempus ac successionis leges ex hactenus dictis unius ab aliis longe differunt inter se. Majoratus enim bonorum ac tituli possessor in jurepatronatus haud unquam succedit, ut cum universo Doctorum et Canonistarum coetu docet Molina *De Primogen. Hispan. lib.* 1 *cap.* 24 *num.* 29, nisi *ubi alias juspatronatus ipsis bonis majoratus adnexum est; tunc enim, TAMQUAM CONNEXUM ET ACCESSORIUM, ad eos, quibus bona majoratus deferuntur, transibit.*

38 Neque hic satis. Praemonuimus enim patronatum, de quo quaerimus, in praesenti rerum statu haud incongrue posse haereditarium renuntiari. Sive enim pactis conventis insistamus anno 1795 celebratis, quorum praesidio potissimum inniti videtur Principissa, sive potius ad primogeniorum et fideicomissorum abolitiones oculos convertamus, utroque titulo convincimur de qualitate haereditaria in dubium minime revocanda. Si enim Christinae juspatronatus obvenit vi praefatae transactionis, aut cessionis, incassum ac perperam objiceretur illud haereditarium non evasisse, quippe cum luculentissimis verbis fuerit transactio seu cessio celebrata atque conclusa *per se e per i suoi eredi e successori* (*Summ. Margaritae num.* 3); quibus omnium sententia jurispatronatus indoles apertissime comprobatur haereditaria. Melioribus autem auspiciis ac efficaciore conclusione qualitas haereditaria *independenter ab enunciata transactione* demonstratur ex lege abolitionis, qua primogenia et fideicommissa cum adnexis honoribus et privilegiis e medio sublata sunt. Jura siquidem ex hac lege vinculo soluta et purificata in vim notissimarum juris sanctionum libera transmittit possessor ad haeredes. Cum igitur juridicam patronatus possessionem haberet ipsa Christina, dum lex abolitionis juberetur, facile est intelligere juspatronatus controversum, admissa parumper hypothesi adversariae quod primogeniale et in secunda

vocationis sede perseverare debuisset, vinculo solutum ad ejusdem haeredes pervenisse.

39 Hisce positis, quo jure sibi vindicat patronatum Margarita, quae Christinae matris haereditati renuntiavit (*Summar. nost. numer.* 1)? Nonne integrum pertransiit in filios a secundis cum Januario nuptiis acceptos, Hernestum, Albertum atque Sophiam, qui maternam formiter adierunt haereditatem (*Summar. nostr. numer.* 3)? Nonne tripartitae patronatus quotae *una cum dimidia* ad Sophiam pervenit post obitum fratris Alberti, cujus haereditatem intestatam una cum Hernesto fratre, a Margarita repudiatam, habuit acceptam (*Summar. nost. num.* 2 *et* 4)? Nonne demum integrum juspatronatus ad clientes Camaldulensium Comites advenit tum qua Sophiae matris haeredes, tum qua successores et haeredes avi Januarii, qui Hernesti filii haereditatem accepit? Filii enim patrem aut matrem legitime repraesentant in successione ascendentis, uti cum communi tradit Menoch. *de praesumpt. lib.* 4 *praesumpt.* 95 *num.* 6 *et* 7. Est autem sancitum in jure quod renuntians haereditati ab haereditario jurepatronatus excludatur. Ita, ceteris missis, ad rem monet clarissimus Lambertinius *de jurep. lib.* 1 *part.* 2 *art.* 17 *qu.* 2 *num.* 2, ubi rationem adducit « *quia juspatronatus ita demum transit ad haeredes sanguinis SI SUNT HAEREDES, alias vero non, sed filius qui renunciavit haereditati paternae vel maternae non et haeres, ergo NON HABEBIT JUSPATRONATUS, quia non est haereditas cum qua possit transire* ,» et paulo superius casum refert Margaritae adversariae apprime quadrantem, scilicet » *quod si filia, accepta dote, renunciat haereditati, NON ADMITTITUR IN SUCCESSIONE QUOAD JUSPATRONATUS* ».

40 Explosa igitur exceptione sane cerebrosa de primogeniali praerogativa servanda in hodierna patronatus conditione et statu, seligat utrumlibet Margarita. Aut haereditarium aut gentilitium et familiare mavult esse juspatronatus. Si primum, non est quod partem habeat ullam in praesenti controversia, postquam maternae ac fraternae renunciaverit haereditati; proindeque procul ab aula judicii recedat oportet, cum actionis careat fundamento, qualitate nimirum haereditaria. Sin alterum, unicam intelligat se vocem habere, ideoque senario numero vocum, quibus Clientes praepollent, sentiat se praefocari. Utroque autem in casu jus habeat aequale cum clientibus, immo majorem, si lubet, projactet numerum vocum, et sive in aequalitate sive in pluralitate ita large donata praevalere clientum praesentationem, velit nolit, agnoscat necesse est. In comperto siquidem est natum

suum Josephum Castrovillarum Ducem, quem scimus in Urbe versari pecuniis et officiis ad auram captandam stipatum, ab ipsa praesentatum (*Summar. nost. num.* 7) uti laicum et inhabilem, uti par erat, a Curia Militensi fuisse rejectum (*Summar. Margaritae numer.* 16). Contra vero praesentatum a Clientibus sacerdotem spectatissimum *Cajetanum Greco* non modo idoneum, sed praeditum insuper *bonis vita, fama, et moribus* agnovit ipsa Curiae sententia. Nunc autem exploratissimi juris est in unum ex patronis minima etiam vocis quota pollentem integrum coalescere juspatronatus, ceteris vel non praesentantibus, vel inhabilem praesentantibus; istorumque praesentationibus undique rejectis, unicam praesentantis idoneum esse attendendam atque servandam. Attenuetur igitur, quantum libet, symbola jurispatronatus Clientibus competens (eos enim a jurepatronatus excludere facta momentosissima cum fundationis dispositione conjuncta, nec non inelidibilia juris principia superius exposita prohibent omnino ac refragantur), unica tamen praesentatio ab illis tutorio nomine per Patrem expleta favore Sacerdotis Cajetani Greco servanda atque ad effectum per canonicam institutionem deducenda est, infirmata absurdissima Curiae sententia; quod iteratis precibus a perspectissima Emorum Patrum justitia deprecamur.

Quare etc.

CAROLUS MODESTI ADV.
ALOISIUS GIZZARELLI

N.° 404 18

SUMMARIUM



Estratto dai Registri di Cancelleria del Tribunale Civile di Napoli.
L'anno Milleottocento ventinove il giorno nove Gennajo.

Num. 1. Margarita et Carolina sorores Spinelli renunciationem formiter emittut haereditati maternae.

Nella Cancelleria del Tribunale Civile di Napoli è comparso il Signor Don Gioacchino Gargiulo domiciliato strada Montoliveto numero settanta *Procuratore, e Patrocinatore de'Signori Conjugi Marchese Don Lorenzo Friozzi, e Marchesa Donna Margherita Spinelli, e Conjugi Duca di Laurito Don Almerico Monforte, e Duchessa Donna Carolina Spinelli*, ed ha detto, che egli veniva in Cancelleria, e *dichiarava in nome delle suddette Signore Spinelli autorizzate da' rispettivi loro mariti* DI RINUNZIARE LA EREDITA' *della fu di loro Madre Signora Donna* CRISTINA SPINELLI *Savelli Principessa di Cariati*, con la espressa riserva di tutti e qualsivogliono dritti ereditarii, ed ogn'altro alle medesime possa spettare, e competere sulla eredità medesima in virtù de' titoli autentici, e di obbligazioni verso le stesse assunte dalla defunta, e principalmente pel conseguimento della dote promessale in virtù di cautele, e per l'antefato promesso alla suddetta fù Principessa Donna Cristina ne' suoi Capitoli Matrimoniali, al quale intendono a termini delle leggi succedere, *come figli* E NON COME EREDI senzachè la detta rinunzia le possa essere di ostacolo, per li quali crediti esse Signore sorelle Spinelli si riserbano di chiederne il pagamento per le migliori vie dal diritto permesse dalla suddetta Eredità, *alla quale esse* HANNO FORMALMENTE DICHIARATO DI RINUNZIARE, senza che la presente rinunzia possa esserle di niun' ostacolo. – In comprova si è rilasciata la procura in brevetto per Notaro Francesco Ciaramaglia di Napoli del dì cinque Novembre Milleottocentoventotto, registrata nel quarto

Offizio li sei detto al numero ventimila settecento ottantuno, Volume duecento settantotto, foglio quaranta, Casella quinta, grana venti. = Cipullo. Quindi se n'è redatto il presente, sottoscritto dal comparente, e dal Cancelliere.

Gioacchino Gargiulo Procuratore, e Patrocinatore.

Vincenzo Pisani Cancelliere.

Registrato in Napoli etc.

Num. 2.
Praedictae sorores Spinelli nuncium quoque mittunt in forma haereditati intestatae fratris uterini Alberti Spinelli.

Estratto da' Registri della Cancelleria del Tribunale Civile della Provincia di Napoli.

L'anno Milleottocento trentasei il giorno dieciotto Settembre.

Nella Cancelleria del Tribunale Civile di Napoli si è presentato il signor Don Raffaele Fiorentino domiciliato strada Ventaglieri numero sessantotto *qual Procuratore speciale della Signora Duchessa di Laurito Donna Carolina Spinelli* moglie del Duca di Laurito Don Almerino Monforte, e dallo stesso autorizzata, giusta l'atto in brevetto per Notaro Giuseppe Stiffa di Sorrento del dì sedici corrente mese ed anno registrato ivi li tredici detto libro primo, volume dieciannove, foglio cinquantatre, verso Casella quarta numero cinquecentoventi grava venti, Tuocco, nonchè *Procuratore speciale della Signora Marchesa Friozzi Donna Margherita Spinelli*, moglie del Marchese Don Lorenzo Friozzi, e dallo stesso autorizzata giusta l'altro atto in brevetto per Notaro Bartolomeo Capaldo di Napoli del dì due del corrente mese di Settembre registrato a' due detto libro primo, Volume trecento dieciannove, foglio trentaquattro, Casella sesta numero ottomila ottocento quaranta grana venti, Caruso, assistiti dal di loro patrocinatore Signor Don Gesualdo Forte domiciliato vicolo Tagliaferri numero sessantotto, ed ha detto esso Signor Fiorentino esser venuto in Cancelleria, *per dichiarare in nome e parte delle suddette sue principali di volere rinunziare, come* **FORMALMENTE RINUNZIA ALLA EREDITA' INTESTATA** *del fu Cavaliere* **DON ALBERTO SPINELLI.**

Di che se n'è formato il presente sottoscritto da esso dichiarante nella indicata di lui qualità, dal patrocinatore e da noi Vice Cancelliere funzionante da Cancelliere.

Raffaele Fiorentino Procuratore.

Gesualdo Forte Patrocinatore

Gennaro Citarella Vice Cancelliere.
Per estratto conforme
Il Cancelliere del Tribunale
Citarella

Estratto dai Registri di Cancelleria del Tribunale Civile della Provincia di Napoli
L'anno Milleottocento ventotto il giorno Undici Settembre.

Nella Cancelleria del Tribunale Civile di Napoli son comparsi *li Signori Don Ernesto, Don Alberto e Donna Sofia Spinelli* domiciliati strada Costantinopoli numero centoquattro assistititi dal Patrocinatore Signor Don Michele Miele domiciliato strada San Nicola de' Caserti numero trentuno, ed han detto che eglino venivano in Cancelleria, e DICHIARAVANO DI ADIRE *col beneficio della legge e dell'inventario* LA EREDITA' *della di loro Madre Signora Principessa di Cariati* DONNA CRISTINA SPINELLI *Savelli*, morta intestata nel dì ventidue Febbrajo corrente anno. = Quindi se n' è redatto il presente verbale, da essi sottoscritto e dal Cancelliere
Ernesto Spinelli
Alberto Spinelli.
Sofia Spinelli
Vincenzo Pisani Cancelliere
Per copia conforme etc.
Il Cancelliere del Tribunale
Gennaro Citarella

Num. 3.
Maternam haereditatem formiter adire declrant filii Christinae, Hernestus *scilicet,* Albertus, *atque* Sophia, *in secundis nuptiis cum Januario Spinelli procreati.*

Estratto da' Registi di Cancelleria del Tribunale Civile della Provincia di Napoli
L'anno Milleottocento trentotto il giorno cinque Marzo

Nella Cancelleria del Tribunale Civile di Napoli è comparso il Signor Don Girolamo Polito domiciliato largo Petroni numero tre *procuratore e patrocinatore* de' Signori *Duca di Castrovillari Don Ernesto, e Contessina de' Camaldoli Donna Sofia Spinelli* e quest'ultima autorizzata dal Signor Contino de'Camaldoli Don Giulio Ricciardi, come da mandato del di primo Marzo Milleottocento trentotto per Notaro Diego Tomasuolo registrato al medesimo giorno al numero Millenovecento trentasei libro primo, volume trentatre, foglio novantasei Casella seconda grana venti Cipullo, ed ha detto ch'egli veniva in Cancelleria *ad oggetto di adire,* SICCOME ADISCE LA EREDITA' INTE-

Num. 4.
In jura defuncti Alberti fratris germani succedunt formali emissa declaratione illius germanus Hernestus, *et soror germana* Sophia.

STATA *del defunto Cavaliere* DON ALBERTO SPINELLI *in nome di essi costituenti Spinelli*, col beneficio della legge ed inventario, salvo tutt' i dritti che nel più amplo modo competono ad essi costituenti. = In fede di che se n' è redatto il presente sottoscritto dal comparente e dal Cancelliere.

Girolamo Polito patrocinatore, e procuratore.
N. Cubitosi Cancelliere

Per Estratto conforme etc.
Il Cancelliere del Tribunale ec.
Gennaro Citarella.

Num. 5
Comes Camaldulensium cliens tutorionomine pro filiis suis impuberibus utili tempore praesentat in Curia ad vacantem Rectoriam sacerdotem Cajetanum Greco.

Nella Rma Curia Vescovile della Diocesi di Mileto comparisce *il Conte de' Camaldoli D. Giulio Ricciardi* del fu Conte Sig. Don Francesco *nella qualità di Tutore de' suoi figli minori* D. ALFREDO, D. EMMANUELE, D. FRANCESCO, DONNA LUISA, DONNA MATILDE, E DONNA MARIA RICCIARDI procreati in costanza di matrimonio colla fu Contessa de' Camaldoli *Signora Donna Sofia Spinelli, di cui sono gli eredi*, e dice come per la morte del Principe di Cariati D. Gennaro Spinelli vi ha luogo a nominare il Rettore alla Rettoria, e Beneficio di S. Infantino, e S. Giovanni Teologo che in virtù del Breve Pontificio si godeva dal sullodato Principe di Cariati, e perciò il dritto di nominare il Rettore *spetta a' figliuoli minori del comparente* Sig. Conte de' Camaldoli *di loro Tutore*, ad esclusione di qualunque altro, per essere stato loro trasmesso dalla defunta Contessa de'Camaldoli Donna Sofia Spinelli, cui in tutti i modi competeva in virtù della Bolla di Papa Paolo III del 1542 e come sarà luminosamente dimostrato a suo tempo e luogo = In esecuzione dunque di un tal dritto il comparente *ha nominato il Rettore nella persona del Reverendo* DON GAETANO GRECO *di Napoli*, per cui fa istanza che a questa sia fatto dritto ad esclusione di qualunque altra di chi dritto alcuno non può vantare, e per conseguenza *a favore di colui essere spedite le Bolle istituzionali*. E così ec. salvi ec. ed in ogni altro modo migliore ec.

Nicola Agnini Procuratore

Die undecima mens. Augusti 1851. Mileti in hac Episcopali Curia *praesentata fuit* per comparentem. Et in fidem etc.

Palumbo Cancellarius

Et per Illm̃um et Reveñum Dñum Vicarium Generalem Militensem *fuit provisum et decretum quod servetur in actis.*

Datum ut supra

Josephus Antonius Morrone Vic. Generalis

Palumbo Cancellarius

Nella Rm̃a Curia Vescovile della Città di Mileto comparisce DON FERDINANDO SPINELLI *del fu D. Antonio*, Duca di Seminara, proprietario domiciliato in Napoli strada Fioretini Num. 63 e dice come per la morte del Principe di Cariati D. Gennaro Spinelli ultimo possessore vacando la Rettoria e Beneficio de' Santi Infantino, e Giovanni Teologo sito in Seminara, Provincia di Calabria Ultra Prima di Padronato della famiglia del Principe di Cariati Spinelli, *di cui l'istante è l'unico superstite*, nella linea maschile *chiamato attivamente, e passivamente* nella suddivisata Rettoria, e Beneficio dal Fondatore, come promette a suo luogo e tempo nitidamente dimostrare = Quindi è che atteso tale suo diritto comparisce in essa precitata Revm̃a Curia, *e fà formale istanza, nominando*, e PRESENTANDO LA SUA PERSONA *al godimento e percezione delle rendite di essa Rettoria, e Beneficio*, e conchiude *chiedendo la spedizione delle solite Bolle istituzionali a suo favore, a* preferenza di ogni altra dimanda si faccia in proposito, perchè sfornita di appoggio di legge, e di ragione.

Num. 6
Dux Seminariae Ferdinandus Spinelli sui ipsius praesentationem explet in Curia, octuagenarius licet et nullo ecclesiastico charactere insignitus.

Così dice, e fa istanza, protestans etc. deducens etc. isto et omni alio modo meliori.

Antonino Scarano Procuratore

Die vigesima octava Augusti 1851. Mileti in hac Episcopali Curia *praesentata fuit per comparentem.* Et in fidem etc.

D. Josephus Palumbo Cancellarius

Per Reverendissimum Dominum Vicarium Generalem Militensem, visa praesenti instantia et comparitione *fuit provisum quod admittitur si et in quantum prout de jure*, et decretum ut expediantur Edictalia contra interesse habentes et praetendentes cum termino dierum decem ad finem etc.

Datum Mileti ut retro

Josephus Antonius Morrone Vic. Generalis

Palumbo Cancellarius

Num. 7
Marchionissa Margarita praesentat quidem utili tempore, sed Laicum proprium filium Josephum Friozzi prorsus inhabilem.

All' Illmo Monsignor Arcivescovo
della Diocesi di Mileto

Margherita Spinelli primogenita figliuola del fù Don Niccola Spinelli Marchesino di Fuscaldo, e di Cristina Spinelli Principessa di Cariati, umilmente l'espone, e rassegna = Che la sudetta sua madre, dopo trapassato il primo marito sposò colle dovute dispense il di lui fratello Germano D. Gennaro = Che in morte di Lei, rimasero dal secondo matrimonio tre figli, *Alberto, Ernesto*, e *Sofia*, indi congiunta al Conte di Camaldoli D. Giulio Ricciardi = *Che defunto Alberto la sua successione raccolse il Germano Ernesto* = Che pur costui trapassato *furono legittimi suoi Eredi le Sorelle ed il Padre* = Che il Marchese D. Gennaro Spinelli per riguardo alla defunta sua Consorte abusivamente chiamato Principe di Cariati, si rivolse alla S. Sede e domandò esser dispensato di presentare il Rettore alla Rettoria sotto il titolo de' SS. Infantino, e Giovanni Teologo sul territorio di Seminara Diocesi di Mileto implorando per lui godimento delle rendite = Che il S. Padre annuì benignamente. = Che pertanto nella impartizione del Regio Exequatur l'oratrice avvertita della sorpresa fatta alla S. Sede assumendo fallacemente il Marchese di spettare a Lui il Patronato di quella Rettoria, istituita colla Bolla della S. M. di Paolo III nel 15 Settembre 1542 fortemente vi si oppose. *Che nel possessorio non potendo l'autorità Laica convellere il Pontificio rescritto,* abbenchè da non vero esposto provocato, *fu manteuuta la esecuzione del Breve.* Ma nel contempo vennero alla supplicante ampiamente riservate le ragioni da farne in giudizio petitorio lo sperimento. F che tal giudizio venne introdotto; ma poscia volendo la supplicante risparmiare al Padrigno rancori e dispendii ed impedire che le affettuose relazioni tra essi per innanzi serbate sparisser del tutto, si guardò dal proseguirlo e tollerò, ch' ei si godesse, durante vita, le rendite della Rettoria: Tollerasse per molti anni senza invidia la durata; ma già finita per l'avvenuta morte del Marchese Fuscaldo *nel dì 3 di Giugno del corrente anno.* = Posti questi semplici fatti l'Oratrice le umilia preci umilissime perchè nell' esercizio del dritto di Padronato attivo, a Lei sola appartenente, *gradisca in via di presentazione per Rettore la persona dell'unico suo figliuol maschio* MARCHESINO GIUSEPPE FRIOZ-

ZI venuto dal di Lei matrimonio col Marchese D. Lorenzo Friozzi = Confida la supplicante nella sua giustizia per l'accoglimento di tal presentazione; tra perchè giusta la sudetta Bolla della S. M. di Papa Paolo III non essendovi più maschi della contemplata famiglia Spinelli de' Conti prima, indi Principi di Cariati, alla supplicante il dritto di patronato in disamine *esclusivamente spetta qual primogenita discendente da Cristina Spinelli Principessa di Cariati*, ed anche perchè non uno, ma più esempi sonosi dati *nei trascorsi tempi per la presentazione a Rettore di persone Laiche.*

Tanto essa spera

MARGHERITA SPINELLI *Principessa di Cariati.*

Die 1 *mensis Septembris* 1851. = Mileti in hac Episcopali Curia pro parte comparentis *praesentata fuit.*

Palumbo Cancellarius

Et per Illum̃ et Rm̃um Dñum Vicarium Generalem Militensem *fuit provisum et decretum quod servetur in actis* ad finem etc.

Datum Mileti ut supra

Josephus Antonius Morrone Vic. Generalis

Num. 8
Praedictae Margaritae nominatio ad Episcopum defertur officiis amplissimis sti-pata Administri Status a negotiis ecclesiasticis expediendis.

Ministero, e Real Segretaria di Stato degli affari Ecclesiastici e della Istruzione Pubblica =

3 Ripartimento N. *senza*

Napoli 30 Agosto 1851.

Illm̃o e Rm̃o Signore

Le rimetto qui acclusa, perchè la Signoria V. Illm̃a e Rm̃a si compiaccia farne l' uso di giustizia, *una memoria con cui la Principessa di Cariati, e Marchesa Friozzi* sostenendo aver essa il dritto di nomina del Titolare della Rettoria di S. Fantino e Giovanni Teologo l' usa verso di V. Signoria Illm̃a e Rm̃a *colla presentazione del novello Rettore in persona del suo figliuolo Marchesino D. Giuseppe Friozzi.*

Il Ministro Segretario di Stato degli affari Ecclesiastici e della Istruzione pubblica

Fr. Troja

A Monsig. Vescovo di Mileto

Num. 9
Eques Antonius Spinelli vel ipse nomi-

Nella Rm̃a Curia Vescovile della Diocesi di Mileto comparisce *il Cavalier* D. ANTONIO SPINELLI figlio del Cavalier fu D. Mario Spinelli de' Mar-

nationem et praesentationem favore sui ipsius emittit in Curia, sese idoneum ac dignum renuncians licet omnino laicum.

chesi di Fuscaldo; ed espone qualmente egli ha il Patronato attivo, e passivo del perpetuo semplice beneficio Ecclesiastico dell' Abadia o Rettoria nella Chiesa de' SS. Infantino e Giovanni Teologo in questa Diocesi per fundazione o sia dotazione fatta da D. Carlo Spinelli ed accresciuta da D. Pietro Antonio Spinelli di lui figlio co' termini della Bolla del Sommo Pontefice Paolo III. del 29 Settembre 1542. Spetta meramente a lui tal Patronato, perchè *di natura primogeniale*, essendo stato fondato a prò de' figli e discendenti Maschi del detto fu Pietro Antonio Spinelli, dopo la di cui linea maschile a prò de' figli, e discendenti maschi del di lui fratello Salvadore Spinelli, del quale è superstite il solo comparente : Ora per l'avvenuta morte nel dì 3 Giugno prossimo scorso dell' ultimo Abate Rettore Sig. Principe di Cariati Gennaro Spinelli *Zio Paterno* dell' esponente divenuta vacante la cennata Badia e Rettoria l' istante istesso in forza e per effetto del mentovato suo Patronato attivo e passivo, con atto pubblico rogato dal Notaro Antonio Desma di Napoli a 28 del Mese d. di Giugno, che è qui unito, NOMINO' SE MEDESIMO *al beneficio in parola colla preghiera al Supremo Gerarca* quatenus opus, *ed all' Eccmo Pastore di questa Diocesi, di permetterla, e benignamente accoglierla, e quindi di conedergliene la canonica istituzione trovandolo, come di certo lo è!* IDONEO E DEGNO. Ecco perchè il comparente chiede e fa istanza farsi dritto *a siffatta presentazione nella propria persona*, e conseguentemente *venir investito, ed istituito alla indicata vacante Rettoria* col godimento di tutti li beni, dritti, onori, privilegi e ragioni come per legge, E così salvo ec. ed in ogni miglior modo ec.

Francesco Jelotta Procuratore

Die 3 *7bris* 1851 Mileti in hac Episcopali Curia *praesentata fuit* per comparentem. Et in fidem = D. Palumbo Cancellarius

Num. 10.

Agnita propria inhabilitate, sui ipsius praesentationi valedicit Dux Seminariae, et Sacerdotem Petrum Militano praesentat quidem in

Nella Rm̃a Curia Vescovile della Città di Mileto comparisce *D. Ferdinando Spinelli* del fu D. Antonio Duca di Seminara proprietario domiciliato in Napoli e dice come trovandosi tuttora vacante la Rettoria ossia beneficio de' SS. Infantino e Giovanni Teologo eretto nella Comune e Territorio di Seminara per la morte del Principe di Ca-

riati D. Gennaro Spinelli ultimo possessore di esso Beneficio; e spettando all' istante il dritto di Patronato e nomina esclusivamente perchè chiamato ex propria persona dalla Bolla di Paolo III. e disposizioni di legge, come unico superstite della famiglia Spinelli de' Principi di Cariati così con sua istanza presentata in essa Reñia Curia, dimandò che tal beneficio fosse conferito in persona di esso istante. *Ma poichè attualmente il comparente Sig. Duca* NON TROVASI INIZIATO DI ALCUN' ORDINE ECCLESIASTICO *per tal beneficio; e meglio riflettendo, si è determinato, e risoluto di sua spontanea volontà nominare*, COME NOMINA E PRESENTA *per Cappellano di detto Beneficio la persona del Sacerdote* D. PIETRO MILITANO DI *D. Luigi* domiciliato nella Comune di Palme, soggetto adorno di tutte le prerogative e requisiti richiesti dalle canoniche disposizioni = Quindi è che *colla presente istanza nomina e presenta* in Essa Reñia Curia il *Sacerdote D. Pietro Militano*, e formalmente domanda ser. serv. colla spedizione delle solite Bolle, lo stesso venire investito del precennato Beneficio; affinchè in seguito possa percepire e godere delle rendite, ed onori annessi al medesimo; con dovere contemporaneamente portare tutti i pesi intrinseci ed estrinseci che sono imposti dal fondatore Pietro Antonio Spinelli de' Principi di Cariati, e dalla precitata Bolla di Paolo III. Così dice, e fa istanza, isto ac omni alio meliori modo ec. = DIE 22 NOVEMBRIS 1851, Mileti in hac Episcopali Curia *praesentata fuit per comparentem*. Et in fidem etc.

Curia, ast incassum: jamdiu enim erant expirata fatalia.

Palumbo Cancellarius

Per infrascriptum Reñum Dominum Vicarium Generalem Militensem *fuit provisum et decretum ut admittatur si et in quantum prout de jure, et interim servetur in actis* ad finem etc.

Datum Mileti ut supra

Josephus Ant. Morrone Vicarius Gnlis

Palumbo Cancellarius

Num. 11.

Rogatu Militensis Curiae Regium Ministerium lectiones juris canonici peculiari nota dignas recircus sponsionis loco mittit ad Episcopum.

Ministero e Real Segreteria di Stato degli affari Ecclesiastici e della Istruzione Pubblica

2. Ripart. N. 505.

Illño e Rño Signore

In seguito del dubbio elevato da V. S. Illña e Rma, circa la competenza nel giudizio pendente innanzi a cotesta Curia Vescovile tra diversi rami della casa

Spinelli, sul Patronato della Badia o Rettoria sotto il titolo de' SS. Fantino, e Giovanni Teologo ; la Consulta di questi Reali Dominii *ha rilevato* che dopo la sopradotazione fatta da Pietro Antonio Spinelli Duca di Seminara, *confermossi la qualità Ecclesiastica del Beneficio, posteriormente rifermata da continuate proviste costantemente fatte, sulla nomina de' Patroni, e colla canonica istituzione dell' Ordinario Diocesano: nè poi potrebbe dirsi devoluto alla Real Corona il Patronato* come ex-feudale, perchè da' documenti è provato, che in tempo della summentovata sopradotazione, *il feudatario del luogo non era della famiglia Spinelli.* Quindi quel Consesso *ha opinato dichiararsi competente cotesta Curia Vescovile nella controversia per la spettanza del Patronato sul beneficio anzidetto, insurta tra componenti la Casa Spinelli, e che quindi presso la medesima le parti si provveggano, come di dritto.* Nel Consiglio ordinario di Stato del 13 andante mese di Febbrajo *essendosi S. Maestà degnata approvare il sopraccennato avviso della Consulta,* nel Real nome lo partecipa a V. S. Illma e Rma per l' uso corrispondente, *e di riscontro del rapporto del 7 Luglio prossimo scorso anno.*

Napoli 15 Febbraro 1854

Il Direttore

F. Scorsa

A Monsignor Vescovo di Mileto

SACRA CONGREGATIONE CONCILII

SEU

R. P. D. ANGELO QUAGLIA

SECRETARIO

MILITEN

Jurispatronatus et Institutionis

PRO

Nobilissimo et Excellentissimo viro Julio Ricciardi Comite Camaldulensium tutorio filiorum nomine et pro adm. Rev. D. Cajetano Greco

SUMMARIUM

ROMA — Fratelli Pallotta Tipografi in Piazza Colonna
7 Aprile 1855

N. 1460

MILITEN.

JURISPATRONATUS ET INSTITUTIONIS

DUBIUM

An sit standum vel recedendum a Decisis



Eminentissimi ac Reverendissimi Patres

1 Licuit adversario Seminariae Duci contra absurdissimam Curiae Sententiam hactenus victoria laetari per veneratissimam EE. VV. decisionem in Generali Conventu praeteriti mensis Aprilis editam: licebit autem etiam in posterum? Gravissima nobis praesto sunt argumenta, sive praecellentem Emorum Patrum sapientiam inspiciamus, sive causae meritum attendamus, quibus spes magna nobis affulget fore ut, juribus clientum maturiori cribratis examine, prout exigere videtur gravitas controversiae, redeat illuc jurispatronatus pertinentia, ubi jam erat rite legitimeque radicata: proindeque loco cedere debeat Dux Ferdinandus, quippe cui ad patronatus exercitium tum factum solemne juridicum, tum juris dispositio resistit. Obstat enim eidem solemnissima transactio de anno 1795 inter Christinam Clientum Auctricem et Scipionem Ferdinandi fratrem rite celebrata tot tantisque postéa factorum monumentis inter partes agnita et confirmata, ab ipsoque Ferdinando comprobata atque sancita. Atque haec etiam ubi non extitisset, aut vim suam quoad controversiae subjectum exerere non valeret (hypothesim a veritate alienissimam effingimus), ipsi tamen obstaret eloquentissima juris dispositio, qua vetatur expresse ne patronatus, fortius quam bona, in lineam peculiarem ingressum ad aliam transitum faciat, nisi prima prorsus evacuata: quousque enim aliquis inter lineae descendentes, sive masculus sive foemina, supersit, jus primogeniturae adnexum ad lineam substitutam nequit convolare. Sit igitur primum.

De Transactione

2 Haud controvertitur inter contendentes quod solemnis et generalissima transactio, de qua supra mentionem fecimus, intercesserit, suumque plenissime sortita fuerit effe-

ctum. Nec illud in quaestionem adducitur ab Adversario Ferdinando, quod ipsemet facto suo transactionem praedictam non modo probaverit, sed in suo etiam plenissimo robore servandam in aevum in judicio propugnaverit: utrumque siquidem solemni documento comprobatur (*Summar. Margaritae num.* 3 *et* 4). Hoc unum tantummodo Seminariae Dux ausus est affirmare juspatronatus, de quo quaerimus, in transactione non fuisse comprehensum. Ait enim juspatronatus in controversia, *personale* cum sit, transactione et alienatione translatum haud intelligi in Christinam ejusque haeredes, eo quod expresssa non inciderit illius mentio in transactionis instrumento; eoque protendit absurdum hunc contendendi nisum ut, si fuisset expressum, in simoniae censuram prolapsi contractum labe nullitatis infectum iniissent transigentes. Addit autem Scipionem, si de patronatu transactio loqueretur, facto suo successores ligare non potuisse; quandoquidem de jurepatronatus *gentilitio*, cum veniant omnes jure proprio, disponere non potuisset. Perditissimae tamen utrumque.

3 Fallit enim inprimis quod omnium jurium cessione et alienatióne personale juspatronatus non comprehendatur in controversa transactione. Hoc enim tunc demum verum existimatur, quatenus haereditatem seu bona vendantur cum adjectione jurium, quae sane restricta intelligantur ad ea tantum, quae haereditati vel bonis cessis aut alienatis adhaerent, proindeque de reali tantum, non de personali jurepatronatus abdicato recte tunc judicatur; quem adamussim casum adductae contemplantur auctoritates. Aliter autem se res habet ubi non de haereditate vel bonis cum adnexis juribus est sermo, sed praeter bona et jura realia ipsis adnexa aliorum etiam jurium quorumcumque et quacumque de causa vel titulo competentium cessio generalis, et universalissima sit et abdicatio, ceu factum patet ex verbis enunciatae transactionis; hoc enim casu in cessione juspatronatus etiam, etsi personale, absque dubio comprehendi resolvunt omnes uno ore Doctores et firmat luculentissime Rota in *Lunen. Sarzanen Beneficiorum cor. Ninot*, quae est decisio 122 impressa post Torre *de Pactis futur. success.* ibi numer. 7 — Primum enim de particularitate donationis re-
« movebatur ex facto, in quo liquide constabat illam fuis-
« se universaliter et amplissime factam, non solum de
« omnibus et quibuscumque bonis mobilibus et stabili-
« bus tam in civitate Sarzanae, quam ubique existenti-
« bus, *sed etiam de quibuscumque nominibus, actionibus et*
« *juribus competentibus et competituris, nullo penitus apud*
« *donantes reservato etc.* OB QUAM VERBORUM PRÆ-

« *GNANTIAM* non solum non poterat donatio *restrictio-*
« *nem capere ad jura bonis adnexa et similitudinaria* , ut
« in specie considerat Rota *Dec.* 207 *num.* 12 13 *part.*
« 6 *recent.*, SED ETIAM EX EA GENERALITATE ET
« IPSORUM JURIUM PATRONATUUM CERTE ET IN-
« DUBITATER EST COMPREHENSIVA Marta *de claus. etc.*

4 Quod autem expressa mentio jurispatronatus desideretur in transactione, nihil hinc potest inferri ad illius comprehensionem eliminandam; quippe quod, cum juspatronatus de per se deduci nequeat in contractum, in generali jurium abdicatione natura sua transit absque peculiari mentione una cum celerorum jurium universalitate, et si mentio fieri quandoque soleat, hoc nonnisi ad majorem declarationem admittatur, seu illius mentio *declarative* tantum, minime vero *conjunctive* facienda vel facta sustinetur, uti Forenses distinguunt. Ad rem eadem Rota loco mox citato num. 14 sapientissime monet=*Hinc NON RELEVAT individua mentio jurispatronatus, quia tamquam expressio ejus, QUOD TACITE INERAT, apposita fuit GRATIA MAJORIS DECLARATIONIS et non refragatur* = Quin imo, si mentio illius peculiaris aliter haberetur, vitium tunc inesset contractui, quod objicere praesumit parum sibi constans adversarii patronus, ubi ait ex correspectivitate simoniacam labem irrepsuram, quatenus scilicet individua patronatus mentio facta esset = *si enim* = ita Piton. de controv. all. 100 num. 269 = *habemus in donatione UNIVERSALI OMNIUM bonorum et JURIUM, quod si facta fuerit EXPRESSIO PARTICULARIS JURISPATRONATUS, REDDIT ACTUM NULLUM, nisi facta fuerit DECLARATIVE AD SPECIEM SUB GENERALI DISPOSITIONE CONTENTAM* = Hoc namque casu ad vitandum nullitatis vitium, Episcopi saltem consensus accedere deberet, qui tamen haud requiritur in contraria hypothesi, ut observat Rota *loc. supra cit. num.*25, *ibi» Data autem universalitate, quia transitus per concomitantiam MINISTERIO JURIS contingebat, NON REQUIREBATUR EPISCOPI AUCTORITAS.*

5 Atque hanc juris receptissimi theoricam magistrali consignat distinctione supremum S. Rotae Auditorium in alia *dec. Lunen Sarzanen cor. Rondinino* penes Bertacchinum impressa in *vol. dec.* 47 *num.* 6 *et* 7 = ibi = Nec ob-
« stare videbatur, quod in eadem donatione fuerit di-
« spositum de jurepatronatus explicite et nominatim do-
« nato, *quo casu translatio vel cessio non sustinetur nisi*
« *accedente consensu Ordinarii* argum. text. etc. Ultra
« quod enim plerique, imo fere omnes Doctores quae-
« stionem hanc examinant in terminis venditionis vel al-
« terius contractus onerosi, in quo propter correspecti-

« vitatem pretii ad rem et universitatem venditam lo-
« cum habere potest suspicio simoniae, ut ratiocinan-
« tur *Jo. Andreas etc.* ideoque non bene forsan appli-
« cantur ad translationem gratuitam factam per viam
« donationis universalis ut distinguit *Vivian. etc. Nihilo-
« minus quatenus etiam EADEM RATIO IN ISTA MI-
« LITARET* procedentes Domini *cum distinctione ma-
« gistrali* tradita per *Calderin. etc. et communiter appro-
« bata* dicebant quod *aut mentio jurispatronatus in in-
« strumento transactionis JURIUM UNIVERSALIUM fit
« DECLARATIVE, scilicet per viam expressionis SPE-
☞ « CIERUM SUB GENERALI DISPOSITIONE COM-
« PREHENSARUM, et hoc casu translatio substinetur
« etiam quoad juspatronatus sine consensu Ordinarii, quia
« non importat novam et singularem dispositionem inde-
« pendentem A PRIMA UNIVERSALI; aut vero mentio
« jurispatronatus facta fuit CONJUNCTIVE, scilicet PER
« VIAM ADDITIONIS INDEPENDENTIS, et impor-
« tantis translationem SEPARATAM AB UNIVERSITA-
« TE, et tunc ad validitatem actus requiri consensum Or-
« dinarii sequendo dictam theoricam Calderini tradunt*
« Franc. etc. –

6 Quibus perspectis plusquam dilucide dignoscitur quonam in pretio sit habenda prima contrarii oratoris objectio. In universali jurium translatione, ut juspatronatus personale franseat, haud requiritur illius individua mentio, sique haec excidisset, aliter non sustineretur quam ad majorem tantummodo declarationem, ac peculiaris expressio diverso sensu accepta, deficiente Ordinarii auctoritate, contractum ipsum inficeret, ita ut eo demum in casu simoniae labes in dubium posset revocari quatenus in controversa concordia de jurepatronatus explicita recurreret mentio, minime vero cum ista deficiat, ita ut in adversarium illius exceptio retorqueatur ad unguem. Nobis hinc sufficit ac etiam abundat omnium et quorumcumque jurium, nullo penitus reservato, cessionem ab Adversarii fratre fuisse factam, ab ipsoque adversario Ferdinando agnitam et comprobatam, ut juris etiam patronatus cessionem et translationem exinde desumamus. Ejusmodi namque transactionis effectus ita effroenes et ampli reputandi sunt ut non modo quae contemplari, et cogitari potuerint, sed etiam ad ignorata et incogitata protendantur, uti monet opportune clarissimus Urceolus *de transact. qu.* 9 *n.* 30. =ibi= Si adda-
« tur *vel ex alia quacunque causa vel occasione cujuscum-
« que alterius debiti*, vel quid simile, tunc dicta verba,
« salva ratione recti sermonis, non possunt referri tan-
« tum ad dictum mutuum, *unde GENERALIS intelligi-*

« *tur liberatio, etiam* ***QUOAD ALIAS OBLIGATIONES***
« ***ET CAUSAS*** ***l.*** *Si ex pluribus etc.* et consonant ea quae
« *per Text.* tradunt *de transatione*, quietatione et libe-
« ratione *generali, quod ad omnia* ***ETIAM IGNORATA***
« ***ET INCOGITATA EXTENDATUR*** *Alvar. Valasc. etc.*

7 Quid autem quod in disputata transactione non modo de jurium universalium et quorumcumque abdicatione depactum fuerit, sed peculiaris etiam cessio atque translatio facta legatur illorum jurium, sub quorum appellatione peculiariter et magis proprie jurapatronatus intelliguntur? Praeter enim bona et jura universa, quae Christinae, ac illius haeredibus cedebantur, illa etiam jura nominatim addicebantur, quae respiciebant *titoli,* ***ONORI,*** *prerogative e Dignità della medesima* scilicet *Casa di Cariati* (*Sum. Margaritae n.* 3 *litt. U*). Haec autem *verbuscula* vocat Patrocinator adversus, ac despicienda sibi persuadet? At, dicito sodes, honores ad familiam spectantes nonne inter *honorifica jura*, naturali tantum ac materiali locutionis forma spectata, recensentur? Sin autem juridice loquamur, qua fronte potes inficiari verum ac proprie dictum ***JUS HONORIFICUM*** *patronatum* esse ac reputari? Verbuscula nuncupare placet hasce rectissimas verborum significationes, et in alium profecto sensum detorqueri nescias ex unanimi omnium, excepto nemine, Canonistarum sententia, ex ipsa immo primigenia juris dispositione! Hanc vero naturalem et obviam declarationem ac verborum intellectum robur accipere solidissimum ac evidentiam singularem inficiabitur profecto nemo qui totum transactionis contextum patienter ac attente percontetur, quique secum reputet paulisper ob generalem ac universalissimam jurium quorumcumque cessionem, absque honorificorum etiam jurium expressione, quam tamen actus includit, jurispatronatus translationem ex dictis in transactione comprehendi.

8 Nec juverit objicere honorificorum horum jurium spectantiam ministerio juris ad Christinam pervenisse, quia in praecedenti decreto ab Arbitro regio Cl. Viro Xaverio D'Andrea super juribus controversis emanato dicatur ipsa Christina *chiamata dalla legge a tal successione, e non essendovi legittimo fatto dell'uomo in contrario*, quasi rationes hujusmodi fuerint a paciscentibus sub legis dispositione relictae, ac transactionis objectum haud constituerint. Haec siquidem exceptio, praeterquam majorem etiam in modum adversario noceret quod juris ministerio juspatronatus etiam ad Christinam ejusque descendentes pervenisse faterentur, proindeque transactione cessum non fuisse Christinae sequeretur quod ipsimet ex lege competebat, super quibus sermo redibit inferius,

illinc etiam corruit quia omnia reapse, nullo prorsus excepto capite vel titulo, in transactionem deducta sunt ac si Arbitri decretum haud unquam intercessisset. Haec ita patent ad oculos in ipso transactionis instrumento, ut nulla valeant tergiversatione celari. Rotundis namque verbis ibi legitur sancitum. – Similmente le medisime « signore parti ne' sopradetti rispettivi nomi collo stesso « giuramento avanti di noi *han rinunziato e rinunziano e-* « *spressamente e formalmente a qualsivogliano istanze, me-* « *moriali* *E DECRETI*, ed a tutti gli atti da esse si- « gnore parti fatti in qualsivoglia Tribunale *per causa* « *delle sopra descritte azioni e pretensioni* *DEDOTTE E* « *NON DEDOTTE, E SPECIALMENTE a tutti gli atti* « *da esse signore parti fatti nella sopradetta delegazione* « *AVANTI IL NOMINATO Consigliere delle Reali Fi-* « *nanze SIG. D. SAVERIO MARIA D'ANDREA* Mini- « stro come sopra *delegato da S. M. a comporre e deci-* « *dere tutte le additate ragioni, azioni e pretensioni de-* « *dotte presso il magnifico attuale assunto Dottor D. Gio-* « *vanni Graziano*; *I QUALI ATTI vogliono ambe esse* « *parti da oggi in avanti NON FACCIANO PIU' FEDE,* « *NÈ ABBIANO PIU' VIGORE, NÈ OPERINO EF-* « *FETTO ALCUNO IN GIUDIZIO E FUORI, ma deb-* « *bano rimanere e con effetto restino nel di loro pieno ed* « *intero valore, efficacia e fermezza SOLAMENTE ED* « *UNICAMENTE PER OSSERVANZA DELLA PRE-* « *SENTE TRANSAZIONE, CONVENZIONE E CON-* « *CORDIA, LA CUI MERCÈ hanno esse signori parti di* « *comun consenso TERMINATO E FINALIZZATO LA* « *LITE. Volendo perciò le stesse signore parti che la PRE-* « *SENTE TRANSAZIONE, CONVENZIONE E CON-* « *CORDIA in sequela di questi atti DEBBA FARE LE* « *VECI DEL SOLENNE GIUDICATO in rem judica-* « *tam transacti, ESEGUITO ED INAPPELLABILE* –. Ex quibus, quidquid juris fuerit vel in delegatione decretum, omnia repetenda sunt ab una transactione, et transigentium facto ac voluntate, quippe cum ea etiam, quae juris sunt, dubii praesertim ac turbidissimi, nec non vel ipsa judicum decreta in rem judicatam maxime nondum transacta, in transactionem deduci ac peculiarem partium interesse habentium conventionis objectum constitui nequeat omnino controverti.

9 Gravia sane ac momentosa contra primam exceptionem hactenus memoravimus, graviora sed urgent ac omnino peremptoria quae dicenda supersunt. Si enim Ferdinandus quid juris in patronatu praesumit habere, illud tantummodo repetere nititur ex qualitate primogeniti sive *naturaliter*, sive *civiliter* inspecti; ad singulos namque primogenitos

masculos in qualibet linea prae foeminis patronatus exercitium voluit Pontifex indubitate deferri. Quid igitur si Ferdinandi frater Scipio, dum transactionem inivit, non modo generatim ac universalissime jura sibi quomodolibet competentia, honorificis explicite connumeratis, quorum universalitate juspatronatus esse comprehensum ostendimus, sed peculiari modo jura sibi quomodolibet attinentia, *qua primogenito,* nominatim absque ulla reservatione aut limitatione renunciaverit, eaque in Christinam et ejus haeredes diserte transfuderit? Quid si universalissima cessio et abdicatio correspectivitatem habuerit non tantum pecuniariam, sed etiam *honorificam* ex concessione tituli *Seminariae Ducis* cum exclusione alterius cujuscumque juris, et cum expressa limitatione ad concessa, quae summam depactam et titulum *Ducis* honorificum haud praetergrediuntur? Nonne ex hoc ipso promanaret omni exceptione majus argumentum de honorifici jurispatronatus inclusione in caeteris juribus cessis favore Christinae et haeredum? Ista tamen in ipso transactionis instrumento disertissime sancita leguntur.

10 Praeter illa siquidem in exemplari a Marchionissae Margaritae Defensoribus edito (*Summar. Margaritae num.* 3) jam transcripta, cum nonnulla ibi legantur omissa, actorum copiam revolventes integrum transactionis instrumentum attenta sedulitate rimavimus, et alia notatu dignissima comperimus omissa, quae §. *E per l'osservanza del presente contratto* proxime praecedunt (*Summ. cit. d. num.* 3 *lit. Z*), quaeque praemissam in praecedente numero sententiam perbelle confirmant, et factorum adstruunt existentiam et veritatem. Eaque verba ex pag. 100. processus actorum fideliter excerpta oculis EE. VV. integre transcripta subjicimus, utpote quae in causae meritum quammaxime influunt. Ita ibi = *Similmente la detta*
« *cessione del titolo di* DUCA DI SEMINARA ut supra
« in suo beneficio fatta, esso medesimo Signor D. Sci-
« pione spontaneamente con giuramento in presenza no-
« stra etc. tanto per se, quanto pe' suoi eredi e succes-
« sori chiamati a detti Majoraschi, e secondogenitura,
« *confessa e dichiara essere in piena soddisfazione e com-*
« *penso, saldo e final pagamento* DI TUTTI E QUALSI-
« VOGLIANO SUOI DIRITTI, *ragioni, azioni e preten-*
« *sioni* COSI' DEDOTTE COME NON DEDOTTE, CHE
« GLI SPETTANO, O PUO' RAPPRESENTARE CO-
☞ « ME FIGLIUOL PRIMOGENITO *del cennato quondam*
« *Signor Presidente del Supremo Magistrato di Commer-*
« *cio Don Antonio Spinelli contro l' illustre Casa di Ca-*
« *riati*, e sopra tutti qualsivogliano suoi beni feuda-
« li, e burgensatici per qualunque verso, e segnata-

« mente per causa de' menzionati due maggiorati, come
« sopra istituiti dalle nominate quondam Principesse
« D. Giovanna di Capua e D. Isabella Spinelli, e della
« predetta secondogenitura ordinata dal quondam Gio.
« Battista Spinelli Duca di Seminara, anche in forza
« del ravvisato decreto del 1 Giugno 1793 del Sig. Con-
« sigliere D. Saverio Maria D' Andrea delegato, e *per*
« *qualunque altro titolo e causa*, NESSUNA ESCLUSA
« NÈ ECCETTUATA: per il qual effetto esso Sig. D.
« Scipione nel nome anzidetto collo stesso giuramento
« confessa e dichiara *essere ben contento e pienamente*
« *saldato e soddisfatto co' precitati Ducati* 280 $^{a}/_{m}$ e
« *COLL' ADDITATO TITOLO IN SUO BENEFICIO*
« *CEDUTO*, come sopra, *di tutte le prenarrate sue ra-*
« *gioni, azioni e pretensioni COSI' DEDOTTE IN GIU-*
« *DIZIO COME NON DEDOTTE per qualunque causa,*
« *NIUNA ESCLUSA;* anzi in conferma di ciò e per
« ogni maggiore e futura cautela lo stesso Sig. D. Sci-
« pione ne' nomi suddetti liberamente con giuramento
« avanti di noi quieta, libera ed assolve in amplissima
« forma *et per Aquilianam stipulationem* la predetta illustre
« Casa di Cariati e per essa la mentovata Signora Prin-
« cipessa D. Cristina *di tutte le additate e QUALSIVO-*
« *GLIANO ALTRE ragioni, azioni e pretensioni, SENZA*
« *RISERBARSI da oggi in avanti* sulla detta illustre
« Casa di Cariati, nè sopra beni tutti della medesima
« *VERUN ALTRA RAGIONE, AZIONE O PRETEN-*
« *SIONE PER QUALUNQUE ALTRO MOTIVO, PRE-*
« *TESTO O FIGURATO COLORE etc.* — Nunc vero dicatur, si libet, vel sinit pudor, quod juspatronatus in Christinam ejusque haeredes non transierit vi transactionis, cum omnia omnino jura, nullo prorsus excepto vel reservato, ad Scipionem, QUA ANTONII PRIMOGENITUM, pertinentia cessa fuerint atque translata. Ita urget argumentum ut nullus jam pateat locus effugio!

51 Haec satis superque sunt ad evincendam indubitatam jurispatronatus cessionem, seu illius comprehensionem in transactione anni 1795. Si quid autem amplius exoptant qui partes Ferdinandi tuentur, consulant facta luculentissima, quae praefatam transactionem sunt subsecuta. Haud enim quintus adhuc excesserat annus, cum ex morte Scipionis transigentis beneficium, de quo quaerimus, vacuum factum est. Novistis, Emi Patres, ob hanc vacationem in mentem venisse Cajetano Scipionis et contradictoris Ferdinandi fratri, utpote qui successerat in bona ac titulum *Ducis Seminariae* ad formam transactionis, jurispatronatus exercitium sibi vindicandi. At Christina, quae transactionis meritum et latitudinem

apprime callebat, quaeque in transactionem illius favore deducta fuerant adamussim sciebat, acriter obstitit petitioni; hinc factum est ut Tribunal eo tempore competentissimum in Regno ratione personarum Aulae Regiae addictarum, viso tantummodo transactionis tenore, omnibusque actis inspectis, ac auditis omnibus qui auctoritatem et conciliativam gesserant in transactione personam, rejecta Cajetani praetentione, Christinae probavit exceptiones, eique ad tramites transactionis juspatronatus attribuit. Cumque ab hoc judicio Cajetanus provocasset, postea tamen de sua petitionis temeritate persuasus appellationi sponte valedixit et jurispatronatus pertinentiam in Christina transactionis ope probavit et agnovit; quod ipsemet Militensis Ordinarius approbavit, qui praesentato a Christina canonicam institutionem rite est impertitus. Haec omnia probant documenta in *Summar. Margaritae* collecta *num.* 5 *ad* 13.

12 Nec satis. Instante namque Christina labente anno 1816 pro rescissione transactionis, quippe quae se per eam laesam existimavit, Tribunalis sententia laesionis actio rejecta est excipiente prae ceteris hodierno contradictore Ferdinando transactionis ejusdem vigorem et firmitatem pro aris et focis propugnante: quod dum praestabat, illud praeterea vel ipse, petitionem ut rejiceret, opposuit Christinam ipsam egisse in transactionis executionem pro controversi jurispatronatus vindicatione, quod reapse eidem spectare judicatum est **PER LA SOLA CIRCOSTANZA** *che colla mentovata transazione tutti i titoli, dignità ed* ***ONORIFICENZE*** *erano rimaste alla Principessa di Cariati,* ***TRANNE IL SOLO TITOLO DI DUCA DI SEMINARA,*** *che a D. Scipione Spinelli passò e suoi eredi e successori* = *(Summar. Margaritae num.* 4 *Litt. B).* Ferdinandus igitur ipse cessionem jurispatronatus in transactione contentam agnovit, suaque judiciali confessione firmavit. Accedit quod, vacato post Christinae obitum beneficio, rei conscius Ferdinandus ne longe quidem de jurepatronatus exercendo cogitavit, ita ut semel et iterum illius pertinentia in Christinae filio et secundo viro agnita est, pacificeque retenta, cum suspensio beneficii bis per Apostolicam Sedem concessa cum clausula *verificato prius jurepatronatus*, bis etiam absque controversia vel oppositione Curiae decreto ad executionem formiter est deducta. Quae omnia vel scepticum quidem convincere perapta sunt, omnemque penitus vel dubitationis umbram expellere de jurispatronatus cessione in transactionis instrumento comprehensa sive hujus tenor et contextus inspiciatur, sive status ultimus attendatur, sive declarationes transactionem ipsam proxime

subsecutae, sive partium confessiones, ac praesertim hodierni competitoris Seminariae Ducis, sive demum observantia constans et uniformis ab illa, et pacifica possessio.

13 Post haec alteram Seminariae Ducis exceptionem circa transactionis meritum paucis propulsabimus. Haud enim in casu, quo versamur, valet in primis objectio quod Scipio de jurepatronatus gentilitio per universalem jurium cessionem disponens ligare nequiverit successores jure proprio venientes, quos inter Ferdinandum. Etsi namque canon iste sit generaliter certus in jurisprudentia, vim tamen non exerit suam, ubi compatronus bona fide transigendo prudenter se gessit, aliquod commodum non tantum proprium, et aliorum sequentium successorum paciscendo. Audiamus Urceolum in materia peritissimum, qui postquam canonem ipsum exposuerit, ita subnectit *num.* 12 *qu.* 27 *de transact.* = sed hoc etiam indistincte *non est* « *semper verum*, quoniam cum haec materia regulanda « videatur ad instar eorum, quae dicta sunt de fidei- « commisso, feudo et emphytheusi ut innuitDe Luca.... « ideo adaptanda est illa distinctio hoc casu, quam saepe « saepius in dictis quaestionibus attulimus, *an scilicet* « *compatroni transigentes in dictis eorum transactionibus* « ***BONA FIDE*** *se gesserint, tamquam viri prudentes erga* « *conservationem et manutentionem jurispraesentandi*, ***RE-*** « ***SPECTU AEQUE*** *non tantum proprii commodi*, ***VE-*** « ***RUM ELIAM ET ALIORUM SEQUENTIUM SUC-*** « ***CESSORUM***, *an vero in damnum vel supplantatio-* « *nem successorum, et eversionem aut diminutionem eorum* « *juris* ***VELUTI CLARI ET INDUBITATI CALLIDE*** « *transegerint*, quae circumstantiae et facta erunt prae « caeteris ponderanda; nam primo casu, *ubi adfuit* « *illa bona fides*, quam exigit transactio, UTIQUE SUC- ☞ « CESSORES, *etiam jure proprio et providentia funda-* « *toris vocati et ab illis independenter venientes* TENEN- « TUR STARE TRANSACTIONI, *etiamsi* NON FUE- « RINT *ipsorum transigentium haeredes* (et concinit Ga- « gliard. *de jurep. cap.* 14. *num.* 17). Ad hoc facit quod « dicitur de sententia in judicatum transacta, *cui*, ut « pluries dictum est, *aequiparatur transactio* =. Quis neget bonam fidem Scipionis transigentis non tantum in proprium commodum et utilitatem sed successorum etiam, cum et sibi et successoribus non modo ingentem summam depactam, sed titulum etiam sane conspicuum et honorificum *Ducis Seminariae*, quoad extiterint, reservavit, quoque perfruitur vel hodiernus contradictor? Quid autem, si ob hanc circumstantiam hic fratris facto

juridice devinctus est transactione, etsi successor tantum esset in jure ex judicio fundatoris, cum et HAERES insuper ejusdem transigentis extiterit Ferdinandus?

14 Sed ponamus ex nudo facto fratris hunc non fuisse ligatum, nonne facto suo luculentissimo sese ipse ligavit? Hic enim non solum agnovit transactionem, non modo illam probavit, sed acriter in judicio praeterea contendit ad illius plenissimum vigorem et firmitatem undique protuendam? Nec transactionis tantummodo executionem generatim propugnavit, sed insuper peculiari modo, explicitaque confessione declaravit in ea jurispatronatus cessionem favore Christinae et haeredum fuisse contentam (*Summar. Margaritae num.* 4) ob expressam translationem *dei titoli, dignità ed onorificenze.* Conqueri desinat igitur de fratris facto, propriumque factum agnoscat, quo devincitur ac irrevocabiliter obligatur; ac illud insuper animadvertat quod, si fratris factum interpretatione videatur indigere super cessione jurispatronatus, factum proprium interpretatione nulla indigeat, quippe cum *per la sola circostanza che colla mentovata transazione tutti i titoli, dignità ed onorificenze erano rimasti alla Principessa di Cariati*, et Scipioni ejusque successoribus et haeredibus unum titulum *Seminariae Ducis (d. Summar. cit. num. 4 litt. B)* patule sit confessus juspatronatus esse in transactione comprehensum. Quod si ita est, haud patitur existimatio et honor equestris Ordinis, quo praeclarum in modum adversarius honestatur, ut facto proprio, propriaeque confessioni contradicat, cum cuilibet de populo applicetur in jure *incivile* esse *contra proprium factum insurgere.*

15 Cum itaque transactio anni 1795 jurispatronatus cessionem *virtualiter* contineat sub generali et universalissima jurium quorumlibet abdicatione; illamque *specifice* comprehendat sub translatione jurium honorificorum, *essentialiter* vero sub jurium speciali transfusione, quae primogenito cedenti, QUA PRIMOGENITO, competebant: cumque transactio ipsa vel natura sua successores apta fuerit ligare, ac proinde contradictorem, etsi transigentis haeres non extitisset, aut certe ejusdem vi et efficacia proprio facto ligatus sit, brevi alia etiam via rem totam conficiemus. Lege statutum est, solemniterque ad tramites commutativae justitiae sancitum ut pacta conventa nequeant haberi partim rata, partim irrita. Ita ad rem Gagliard. *loc. nuper cit. num.* 21. SUCCESSORES *proinde transigentium* NEQUEUNT *pacta conventa* PARTIM RATA, PARTIM HABERE IRRITA, *sed aut* IN TOTUM AGNOSCERE, *aut* A TOTO RECEDERE

juxta Pauli jurisconsulti sententiam. Quod autem lege sancitum ipso transactionis actu cautum est adamussim atque firmatum, ita ibi = Che se mai contravenendo « a quanto si è stabilito di sopra, tanto esso quanto i « suoi eredi e successori chiamati ut supra in qualsivo- « glia tempo venissero o pretendessero venire contro « la presente transazione, convenzione e concordia, « non possano in modo alcuno farlo, nè possano es- « sere intesi in giudizio, se prima, *rato semper ma-* « *nente transactionis placito*, non avranno pagato, sbor- « sato e restituito alla mentovata Signora Principessa di « Cariati D. Cristina Spinelli, e suoi eredi e successori « in detta Casa di Cariati in monete contanti di argento « non solamente tutte quelle quantità così di sorte che « d' interessi etc. e se non avranno altresì retroceduto « e rassegnato il suddetto titolo di Duca di Seminara « cedutogli come sopra (*Summar. Margaritae num.* 3. « *et Process. actor. pag.* 103. t.°). = Qui fit igitur ut adversarius contra dispositionem juris et hominis ingentem pecuniarum summam a Scipione acceptam retineat, ac honorifico *Ducis Seminariae* titulo perfruatur, eodemque tempore de cessi jurispatronatus vindicatione contendat ita ut partim ratam habere velit transactionem quae sibi prodest, partim vero, utpote quae sibi nocet, respuat? Recedat, si placet, *a toto*, restituendo quod accepit, ac *Seminariae Ducis* titulum ante deponat et retrocedat, uti lex praecipit et transactionis instrumentum, eoque tantum in casu cum ipso super jurispatronatus pertinentia ad tramites juris et fundationis quaestionem habebimus et congrediemur.

16 Quamquam, ne assumpto defensionis muneri vel exigua ex parte deesse videamur, neve petitoriale judicium a fundationis tenore tantummodo dimetiendum nos aversari ac refugere, qui sunt contra nos, vel a longe suspicentur, nonnulla iis, quae late in primo nostro restrictu ac responsionis libello disseruimus, addere non dubitamus; quo magis magisque patescat, quaestionem etiam in abstracto et ad terminos fundationis examinando, ab exercitio jurispatronatus hodiernum Seminariae Ducem arceri atque repelli.

De Fundatione

17 Fundationis tenore perlecto facile sibi quisque suadebit *agnationis proprie dictae* rationem, qua perpetua et absoluta foeminarum a successione consequitur ac derivatur exclusio, tum a Pontificis voluntate, tum a mente Fundatoris alienam fuisse, cum de foeminis in extrema licet orationis parte fuerit imo clarissime ac expresse dispositum, ipsasque, masculis deficienti-

bus, ad jurispatronatus successionem appellatas. Quaerit igitur in scirpo nodum Ferdinandi Patronus, ubi votum agnationis in dispositione requirit dumque nititur illud obtrudere, irrito labore contendit. Ita ad rem Rota *Decis.* 165. *numer.* 8. *part.* 8. *Recent.* = *Cessat ratio conservandae agnationis*, *CUM ILLA*
» *NON SIT EXPRESSA* Castill. etc. et tantum mens
» testatoris fuit ut *penes unicum primogenitum* ejus haere-
» ditas perveniret, QUO CASU FOEMINAE NON SUNT
» EXCLUSAE Cravett. etc. *cum in primogenitura institu-*
» *ta* NULLA POSSIT CONSIDERARI RATIO AGNA-
» TIONIS CONSERVANDAE, sed fortasse in fideicom-
« misso, et nos versamur hodie in primogenitura puri-
» ficata et quae convenit etiam foeminis ex Rota etc.
» Nec exclusio foeminarum resultat ex illis verbis *e man-*
» *cando lei* loquendo de Isabella, *senza figlioli*, *INTEN-*
» *DENDO SEMPRE DE'MASCHI* etc. quia placuerunt
» Dominis responsiones datae quod, cum dicta verba
» *intendendo* etc. sint adjective prolata ad casum defi-
» cientiae Isabellae sine masculis *non possunt inservire ad*
» *casum non praevisum*, quo Isabella *masculos suscepisset*,
» *et successive masculus primogenitus FOEMINAM TAN-*
» *TUM reliquisset* neque directe neque extensive, ex
» quo extensioni *repugnant tritae juris regulae*, *dum non*
» *apparet MANIFESTE habitam fuisse praedictam ratio-*
» *nem conservandae agnationis* Rota etc. *praesertim cum*
» *hic agatur de faciendo transire primogenituram de linea*,
« *quam est ingressa*, *CONTRA ILLIUS DESCENDEN-*
» *TES* = Monet enim Rota in eadem decisione superius *num.* 1 quod *secundum regulas primogeniturae NUNQUAM FOEMINAE DESCENDENTES EX ULTIMO POSSESSORE EXCLUDANTUR PER MASCULOS ALTERIUS LINEAE, nec fit transitus de linea in lineam, NISI EXPRESSE DICATUR, vel adsint EVIDENTISSIMAE conjecturae, et INDUBITABILES, cum quibus testator se conformare videatur.*

18 Addit autem ibidem Rota *num.* 3 *et seqq.* ad majorem adversarii rejectionem evincendam quod = *dum primogenitura ingressa est lineam Pauli PRIMOGENITI*, *non potest Julia EX ILLO DESCENDENS EXCLUDI PER MASCULOS LUCRETII SECUNDOGENITI Isabellae SIVE ALTERIUS, ut praeter relatos in Decisionibus firmat etiam Thesaur. etc. et praesertim cum nomine primogeniti contineatur etiam foemina, quando prout in praesenti NON AGITUR DE PRIMOGENITURA CONSTITUTA PRO CONSERVATIONE AGNATIONIS*, *nec adsunt masculi ejusdem lineae* = Quod sane magis hodiernae controversiae quadrat, in qua non de primogenitu-

ra proprie disputatur, sed *de jurepatronatus* masculis primogenitis eorumque lineae delato, quod materia cum sit prorsus indifferens agnationis conservandae votum haud certe valet secumferre.

19 Haec autem potiori etiam ratione confirmantur ex eo quod per Fundatorem foeminae haud fuerint exclusae ab jurepatronatus, sed ultra quam juris ministerio in qualibet linea masculorum deficientiae censentur subsidiarie saltem substitutae, quando non sunt expresse rejectae, illud etiam concurrit in themate quod imo foeminae sunt ad juspatronatus expresse vocatae. Et quamvis ejusmodi vocatio in ultima dispositionis periodo facta fuerit, ea tamen ex aequitate juridica repetita praesumitur in qualibet linea, seu vocationis sede, ne teterrimum exoriatur absurdum quod foeminae remotiorum linearum admittantur, proximioris autem ac magis dilectae videantur exclusae contra benignissimam et sapientissimam juridicae discretivae regulam universali Doctorum sententia et Fori jurisprudentia probatam. Apposite Rota *dec.* 449 *tom.* 2 *part.* 9 *recent. num.* 3. ibi = *Foeminae DESCENDENTES EX ULTIMO POSSESSORE non sunt exclusae PER MASCULOS ALTERIUS LINEAE NISI FUERIT MANIFESTE DICTUM per testatorem vel reperiantur CLARAE conjecturae et INDUBITABILES, ex quibus constet testatorem voluisse privare FOEMINAS DESCENDENTES EX MASCULIS VOCATIS PRIMO LOCO MAGIS DILECTIS* = Qualitas praeterea masculinitatis expressa in principio dispositionis, licet in qualibet sede vel linea, qualificat tantum ingressum, haud vero progressum in linea, praesertim cum foeminae sint in aliqua dispositionis parte vocatae, ceu tradit et explicat Rota *in praedicta Decis. num.* 6 *et seqq.* Et major semper affectio praesumitur erga lineam primo loco vocatam, quam erga secundam et ulteriores substitutas uti cum Surdo perpendit Rota *Decis.* 346 *num.* 18 *tom.* 1 *part.* 5 *recent.*

20 Cum igitur nondum evacuata sit linea Joannis Baptistae junioris, in quam juspatronatus ingressum est, frustra quaerit adversarius illud sibi vindicare, quousque foeminae vel illarum descendentes in linea supersint ad ultimum = *Unde assistit regula FOEMINAE LINEAE ADMISSAE* = ita De Luca *de lin. leg. art.* 20 *num.* 15 = *UT ILLA in bonis* (eo fortius in patronatu) *quae in propriam lineam ingressa sunt, EXCLUDAT MASCULOS ALTERIUS LINEAE, quamvis ordo praelationis inter utrumque sexum per testatorem expresse adiectus esset, ☞ QUONIAM INTELLIGITUR DISCRETIVE ET IN PROPRIA LINEA ex vulgari axiomate quod bona in li-*

neam ingressa ab illa non exeunt, ***NISI OMNINO EVACUATA SIT***, *ut fuse Peregrin. Fontanell. et Fusar. qu.* 475 *num.* 1 *ubi refert ita consuluisse et obtinuisse ad favorem foeminarum ex una linea contra masculos ex alia*, *et idem Fusar. num*, 30 *loquitur*, *quando testator pluribus institutis dixit quod bona irent de haerede masculo in masculum et deficientibus masculis in foeminas*, *ut in hoc casu* **MASCULI ALTERIUS LINEAE NON EXCLUDANT FOEMINAM,** *nam intelligitur praelatio vel exclusio* **DATA PARITATE LINEAE** =.

21 Gravissimam hanc juris theoricam undique ac indubitanter obtinere in praesenti quaestione persensit adversus Ferdinandi Patronus, ideoque ut inevitabilis ruinae scopulum effugeret in aliam patentissimam incidit absurditatem. Sibi enim illudere studuit quod ad effectum successionis in patronatu in primogeniti lineam collato, non jam ultimi primogeniti linea sit attendenda, sed e contra lineam Petri Antonii. Commentum omnium perditissimum ! Canon enim certissimus et invariabis est in jurisprudentia ut quilibet primogenitus, ac primogeniturae possessor novam lineam constituat, ipseque caput efficiatur novae lineae, quae debet omnino evacuari antequam ad aliam lineam fratris ejusdem primogeniti ultimi transitus fiat; illaque tantummodo *recta linea*, in qua consistere debemus, appellatur. Audiamus auctorem mox citatum in materia magistrum *art.* 8 *num.* 42 = **RECTA LINEA** *non ex omnibus, qui* **AB INSTITUENTE** *seu* **QUOVIS MAJORATUS POSSESSORE** *descendunt, sed* **EX IPSIS PRIMOGENITIS,** *qui* **GRADATIM** *procreantur*, **TANTUMMODO CONSTITUITUR,** *ut inter filios*, **NEPOTES** *et* **PRONEPOTES CETEROSQUE DESCENDENTES PRIMOGENITI TANTUM** *lineam rectam* **EFFICIANT** *et* **SUCCESSIVE** *admittantur* = Et illico prosequitur *num.* 43 = **LINEA ULTIMI POSSESSORIS** *consideranda primum est ut illi, qui ex ea procedunt, ceteris praeferantur, nec transitus fiat ad alias lineas,* **DONEC EX EA DESCENDENTES FINIANTUR** = Quam sane doctrinam passim professa est Rota, ac praesertim in *dec.* 451 *n.* 8 *part.* 19 *recent. tom.* 2. = ibi = Minus subsistit quod inter Catha-
« rinam et Alexandram considerari non possit praero-
« gativa lineae, sed tantum gradus , *ex quo uti filia Vi-*
« *ctoriae sit in eadem linea ;* quia quidquid sit *respectu*
« *Victoriae ascendentis, attamen inter ipsas est certum* **QUOD**
« **CONSTITUUNT DIVERSAM LINEAM,** *cum* **QUALI-**
« **BET SOROR SEU FRATER PROPRIAM DISTIN-**
« **CTAM LINEAM CONSTITUAT,** *ita ut alter de alterius*
« *linea dici non possit* , **NEC AD PRIMOGENITURAM**
« **ADMITTI VALEAT** *secundus vel tertiusgenitus* **EX EA-**

« DEM MATRE, *donec extat* ALIQUIS *ex linea et radice* « *fratris primogeniti.*
22 Quid igitur de proximioritate mussitat cum Petro Antonio primo jurispatronatus concessionario vel Fundatore, cum jus totum quoad successionem attingatur ab ultimo primogenito, seu jurispatronatus possessore, minime vero a primo fundatore vel institutore? ille siquidem non iste *lineam rectam* in materia constituit, quae tantummodo inspicienda est. Rem acu tangit Auctor praecitatus De Luca ubi supra num. 47 = *In successione majoratus FINITA UNA LINEA non consideramus personam proximiorem*, SED LINEAM PROXIMIOREM, *et in* TALI LINEA PROXIMIORI *quaerimus eum qui descendit per ipsam lineam rectam EX FILIO MAJORI, ut primogenitus ejus lineae praeferatur reliquis et* SIC PATRUO SUO. PRIMOGENITUS AUTEM DICITUR, *qui descendit per ipsam lineam rectam EX PRIMOGENITO; unde reliqui alii, ut fratres et FILII FRATRUM EXCLUDUNTUR OMNINO interim, dum reperitur ALIQUIS EX LINEA RECTA.* =
23 Quin objici valeat Christinae patrem Scipionem, dum Jo: Baptista ultimus primogeniturae et jurispatronatus possessor vita functus est, jam fuisse praemortuum, ideoque filiae transmittere non potuisse quod ipse nondum acceperat. In hac enim materia, ceu sapienter observat Auctor praelaudatus ibidem *numer.* 52, non solum linea *actualis* seu possessoris inspicienda est, sed *habitualis*, seu ipsius possessoris viventis primogeniti, ita ut sequatur quod = *vocato primogenito ad successionem* = uti ipsemet auctor ibidem docet num. 6 = *si ille decedat, relicto filio, vivente testatore vel ultimo possessore, et tempore delatae successionis* CONCURRANT *secundogenitus*, SIVE PATRUUS ET NEPOS EX PRIMOGENITO PRAEMORTUO, *hoc casu* PRAEFERENDUS EST NEPOS IN EXCLUSIONEM PATRUI = Idque clarius et luculentius etiam edocet eximius Molina *de Primogen. Hispan. lib.* 3 *cap.* 6 *numer.* 30 = ibi = Cum filius primogenitus *etiam* « *vivente patre hoc jus primogeniturae*, ut paulo ante pro- « bavimus, *consequatur*, ETIAMSI IN VITA PARENTIS « IPSE MORIATUR, *ad nepotem ex filio primogenito et* « *EJUS DESCENDENTES majoratus successio defe-* « *renda sit* ut semper ejusdem majoratus successio li- « neam rectam primogenitorum sequatur, cum inclusio « lineae primogeniti omnes alias lineas excluserit, *usque-* « *quo OMNES III DEFICIANT qui ex ejus linea pro-* « *cesserint.* Quod notat eleganter Baldus in *l. Primoge-* « *nitus etc.* ubi inquit quod *primogenitus* NASCENDO *se* « *inclusit*, et per consequens *exclusit PERPETUO secun-* « *dogenitum.* Ideoque *dum ALIQUIS ex linea primoge-*

« *nili supererit*, nec secundo genitus, nec etiam *alius ex* « *ejus linea procedens* AD MAJORATUS SUCCESSIO- « NEM ADMITTENDUS ERIT. – Huc accedit alia juris et facti animadversio ex praescriptione et observantia resultans.Licet enim absurdissima admitteretur hypothesis quod, spectata fundatione, juspatronatus ad Scipionem et Ferdinandum Antonii filios spectasset, per quadraginta annos et amplius istud primogeniturae jus a Christina et ejus haeredibus pacifice possessum et exercitum fuit, ita ut vi praescriptionis et observantiae ad hos,exclusoFerdinando, pervenisset. *Jus* enim primogeniturae, circa quod quamplurimum attendi solet observantia, ceu monet Rota *dec.* 185 *num.* 4 *tom.* 1 *part.* 5 *recent.*, seu *succedendi vigore primogeniturae praescribitur* SPATIO TRIGINTA ANNORUM *concurrente alio fratre et sciente et non contradicente*, prout totidem verbis firmat Rota *dec.* 445 *n.* 10 *part.* 1 *recent*; in casu autem Scipionis transigentis fratribus non non modo scientibus et non contradicenbus , sed imo quibusdam et contradicentibus ac postea acquiescentibus, Ferdinando autem adversario etiam approbante et assentiente *(Sum. Margaritae n. 4 Litt. B)*. Sive igitur transactio sive fundatio ipsa conspiciatur, quaqua demum versus quaestio libretur, Ferdinandi Seminariae Ducis manifestissime patet a jurepatronatus exclusio.

24 Rejecto Ferdinando , ad Margaritam progrediamur. De tertio namque contradictore , cum hactenus omnino siluerit praeter dicta in primo nostro restrictu pauca , si res ita postulare videatur, in libello responsionis addemus. Brevis autem erit nobis sermo cum nobili Foemina Margarita vel ipsa. Aut enim *ex fundatione* proprium jus, quod sibi arrogare praesumit , ipsa derivat , aut potius *ex transactione*. Quamquam vero hanc potiusquam illam invocare videatur, vel saltem indubie transactionem cum suis effectibus universis admittat ac protueatur, proindeque ex hac una totum negotium ac rationum momenta quoad praesentem controversiam dimetiri ac desumi tantummodo debeant, fundationis tenorem cursim et raptim in primis inspiciamus. De primogeniali qualitate sollicitus illius Defensor, ac si inter masculos primae vel tertiae vocationis sedis versaremur, eamdem astruere nititur in secunda. Cum autem verba fundationis ipsius intentioni refragantia cognoscat, ad remjudicatam confugit anni 1801.

25 Fundationis namque tenore perlecto, ubi ad foeminarum successionem devenit dispositio, eas *collective* vocat absque ulla gradus praerogativa vel ordine ; quae sane locutionis forma per Fundatorem ssu Pontificem conceden-

tem adhibita tam ubi foeminae generatim et expresse vocantur in extrema dispositionis periodo, quaeque in qualibet linea seu sede ex vocationis discretivae regula repetita censetur, uti superius innuimus, quam ubi post primam masculorum primogenitorum lineam de *aliis filiis, eorumque filiis* vocatio ac successio disponitur, per se satis superque esset ad quamlibet praerogativam seu ordinem gradus eliminandam, cum verba generalia, et collectiva omnes absque distinctione in genere vocato comprehensos aeque complectatur. In casu autem accedit quod, cum tres sint vocationis sedes constitutae, aut quatuor etiam, si libet, in prima et tertia diserte disponitur de qualitate tum masculina, tum primogeniali servanda, in secunda vero et quarta, quibus foeminae ad successionem admittuntur, altum omnino silentium de qualibet gradus praerogativa servatur. Quid inde? Eam, ubi voluit, Pontifex expressit, ubi autem reticuit *ex notissima discretivae regula* noluisse censendus est, ita ut clarissime pateat Fundatoris voluntatem eam apprime fuisse ut primogenialis qualitas tunc tantummodo requireretur, cum de exclusiva masculorum successione res esset. Qua de causa jure merito contendimus in tertia, et quarta sede juspatronatus haud aliter esse reputandum quam mere familiare seu gentilitium lato sensu, quin ullum sequatur absurdum nisi in meticulosa contrarii oratoris mente, quia nimio forsan aestu defensionis abducitur.

26 Et sane quid pugnat ut juspatronatus in una sede vel linea sit *familiare*, in altera vero *haereditarium*? in una *laicale*, *ecclesiasticum* in altera? *Agnatitium* in una, in altera *cognatitium*? Forensem consule jurisprudentiam, Doctorumque volumina, ac innumera ejusmodi reperies exempla. Ita enim obvia sunt ac naturalia! Nonne tute ipse contendis et jure quidem optimo juspatronatus nostrum in prima et tertia sede *Agnatitium* censeri, in secunda vero, seu media *Cognatitium* EADEM USUS DISCRETIVAE REGULA? Quaenam igitur adest repugnantia ut in una vel altera sede *primogenialis ordo* servetur, in ceteris vero qualibet praerogativa gradus abjiciatur? Quin imo ex identitate rationis et argumenti, quo uteris ad masculinam qualitatem in praesenti sede respuendam, primogenialis etiam praerogativa rejicitur. In his enim quaestionibus haud aereas vel abstractas subtilitates et argutias sequi debemus, sed Prudentum ac Tribunalium in similibus responsa, ac praesertim verba pensare mentemque Fundatorum.

27 Inopportuna vero conspicitur altera exceptio a rejudicata petita. Praeterquam enim notissimi juris est unum ex

compatronis agendo vel praesentando aliorum etiam jura servare, exindeque Joannam, si quid juris habuerit, haud certe ex illo judicio, in quo nullam partem assumpsit, praejudicium accepisse, quippe quod res inter alios acta neque nocent neque prosunt ex trita regula juris, quid nobis commune est cum praefata Joanna, cum Clientum Mater aeque ac Adversaria communem repetant originem a Christina, cujus favore prodiit objecta resjudicata? Ut contra clientes hujus effectus minori cum factorum repugnantia ac utiliori consilio valeret excipere, deberet saltem ostendere remjudicatam prodiisse favore Christinae, *quia nimirum Scipionis erat primogenita*. Nihil autem factorum veritati repugnantius! Atque hoc etiam si per hypothesim demonstrare datum esset adversario clarissimo, novum ipse scopulum inveniret in abrogatione fideicommissorum post praedictam remjudicatam, anno scilicet 1806 in Regno vulgata. Non enim ausi sumus affirmare, ceu perperam intelligere visus est Orator adversus, quod una cum fideicommissis jura quoque patronatus abrogationem et extinctionem passa fuerint: sed hoc unum jure meritoque propugnavimus, iterumque contendimus haud amplius, abrogatis fideicommissis, ad natu majores exclusive reservari jurium patronatuum exercitium, sed ad omnes aeque descendentes legitimos et naturales possessorum pervenire. Clarissimus est legis textus ab ipso Summario Margaritae *numer.* 14. § 3 fideliter depromptus = *Che dopo abolita la feudalità ed i fedecommessi nel* 1806 NON ESISTONO PIU' CONDIZIONI DI TAL NATURA SOPRA TITOLI ONORIFICI, *mentre i medesimi* SPETTANO SEMPRE A' DISCENDENTI LEGITTIMI *e naturali di* COLORO CHE IN QUELL'EPOCA LI GODEVANO: Ex quibus jam novum exurgit argumentum, quo juspatronatus in hodierno statu, spectata tantum fundatione, plusquam merito reputandum sit mere familiare, seu gentilitium largo modo, ita ut Margaritae una dumtaxat inter Christinae descendentes, abjecta primogeniali qualitate, ac minima competat quota jurispatronatus.

28 Ast efficacius argumentum, quo Margaritae promanat absoluta perditio, scatet e transactione anni 1795, quod nequit omnino recusare, quippe cum in illa jurispatronatus cessionem contineri non aliter ac nos nobilis etiam foemina in communis adversarii Ferdinandi exclusionem mordicus protuetur. Vi autem gravissimi hujus documenti tantum enascitur argumentum favore Clientum ad omnimodam illius etiam foeminae exclusionem a jurepatronatus, ut majus excogitari non possit. In ea siquidem transactione non tantum pro se transigentes convenerunt, sed *pro suis haeredibus et successoribus.* Cum igitur juspatronatus ex tran-

saction in linea Christinae evaserit *haereditarium*, cumque tota ac universa Christinae haereditas a Margarita repudiata devenerit ad Clientes, uti probant documenta collecta in *nostro Summario*, integrum etiam juspatronatus ipsis competit, exclusa Margarita. Hoc siquidem argumentum tanti visum est pereximio adversariae Patrono ut nihil habuerit quod in suo responsionis libello reponeret.

29 Sive igitur gentilitium sive haereditarium placuerit haberi juspatronatus, unum Sacerdotem spectatissimum *Cajetanum Greco* a Clientibus media Patris persona praesentatum instituendum esse consequitur in beneficio: integras enim habet patronorum voces. In hypothesi namque jurispatronatus *haereditarii* nulla quaestio. Quod si *gentilitium* reputemus, non solum majorem vocum numerum respectu Clientum exhibet, quod satis esset, sed voces omnes perinde ac haberet existimandus est, quia cum aliquis ex compatronis aut neminem praesentat in tempore, aut inhabilem, ceu factum esset tam ex parte Margaritae, quam ex parte Ferdinandi, si tamen hic portionem haberet, integrum juspatronatus ipso jure consolidatur et coalescit in compatronis, qui habilem praesentant, ac praesentatus ejusmodi integras habere voces existimatur. Hinc obsequentissime precamur Eñios Patres ut, maturiori examine cribratis novis hisce deductionibus, iterumque perlectis quae in praeterita causae propositione late deduximus, jura Clientum comiter bonisque oculis excipere dignentur, proindeque *praevio recessu a decisis, juspatronatus spectare ad Comites Ricciardi, et institutionem dandam esse Sacerdoti Cajetano Greco* benigne decernant, uti fidentissime praestolamur.

Quare ect.

CAROLUS MODESTI ADV.
ALOYSIUS GIZZARELLI

SACRA CONGREGATIONE CONCILII
R. P. D. ANGELO QUAGLIA Secretario
MILITEN
Jurispatronatus et Institutionis
PRO
Nobilissimo et Excellentissimo Viro Julio Ricciardi Comite Camaldulensium tutorio filiorum nomine; et pro Adm. Rev. D. Cajetano Greco
CONTRA
Illmos DD. Antonium Equitem Spinelli, Ferdinandum Spinelli Seminariae Ducem ejusque praesentatum Rev. D. Petrum Militano, nec non Marchionissam Margaritam Spinelli-Friozzi

RESTRICTUS FACTI ET JURIS
Pro Congregatione diei 1 Decembris 1855.

ROMA -- Fratelli Pallotta Tipografi in Piazza Colonna
22 Novembre 1855

N. 1618. (10

MILITEN.

JURISPATRONATUS ET INSTITUTIONIS



Emi ac Revmi Patres

1 Dum de praesenti controversia in generali Conventu EE. PP. Kalendis elabentis mensis agebatur, in pendulo mansit judicium vestrum abeuntibus in diversa suffragiis. Cum autem in hodiernis Comitiis iterum ex H. S. Ordinis stylo de sententia rogentur EE. VV. super eadem controversia, nihil est quod jam dictis addendum in substantia putemus, ast opportunum judicamus quae fusiori calamo disseruimus in praecedenti nostro Restrictu, paucis ac summatim exponere, seu recolligere, ut uno velut oculi ictu rationum momenta, quae Clientibus favent, quaeque *a transactione et observantia* maxime promanant in jure et in facto penitus peremptoria, conspiciantur. Ex quo futurum confidimus ut qui tum in Ferdinandi partes inclinant institutionis seu fundationis tabulis insistentes, tum Margaritae deferre videntur a transactione sumentes argumentum, demonstrationis evidentia perculsi auspicatissime tandem in Clientum vota concedant.

2 Ad primum igitur agmen lectissimum, quod partes sequitur Ferdinandi, sermonem habentes, facta parumper hypothesi quod inspecta fundatione *Seminariae Duci* in praesenti rerum statu adjudicandus sit patronatus, *transactio anni* 1795 *et facta gravissima quae illam sunt subsecuta* sint precamur ante oculos. In *transactione* siquidem generalissima ac universalissima cessionem jurispatronatus fuisse comprehensam evincitur ex amplissima *jurium quorumcumque* translatione, nullo prorsus excepto vel reservato, jus namque patronatus ex hac generalitate CERTE ET INDUBITANTER comprehendi monet Rota in *Lunen. Sarzanen. cor. Ninot*, quin individua requiratur expressio, quae fieri non permittitur in hac materia nisi DECLARATIVE juxta Supremi illius Tribunalis sententia in alia *Lunen. Sarzanen. cor. Rondinino*, quarum auctoritates adduximus in praecedenti *Restrictu* § 3 *et* 5. Comprehensio vero luculentius educitur ex specifica *jurium honorificorum* abdicatione, quorum numero jurapatronatus

computantur in primis; eaque adamussim *honorifica jura* Christinae sunt attributa Cariatensium Domui competentia = *titoli*, *ONORI*, *dignità e prerogative* *DELL' ILLUSTRE CASA DI CARIATI* = cujus domus favore facta fuit primitiva jurispatronatus concessio *Petro Antonio* seniori *Seminariae Duci*; ergo et praecipue controversum juspatronatus cessos inter honores connumeratur, qua sane latissima et effroenatissima verborum amplitudine fingi nequit efficacior altera. Omnem demum adjicit calculum expressa mentio jurium cessorum cedenti **QUA PRIMOGENITO** competentium; contenditur enim ex adverso ad Scipionem *qua civilem primogenitum* juspatronatus spectavisse, nec alio prorsus titulo *ad Ferdinandum.* Si igitur omnia jura, etiam *honorifica*, ac insuper *primogenialia* conventione translata sunt in Christinam, quid amplius exquiritur ad evincendum patronatum in eam pertransivisse ?

3 Neque oggerant Ferdinandi sequaces jurium ejusmodi cessionem ad bona et majoratus in transactione concordatos esse referendam. Verba namque contractus aliud apertissime suadent, et contrarium absque dubitatione revincunt. Ubi enim legitur abdicatio jurium Scipioni *qua primogenito* competentium, non tantum ad bona et majoratus (transactionis causa et objectum principale) fit relatio, sed insuper ea jura ceduntur competentia seu competitura **PER QUALUNQUE ALTRO TITOLO E CAUSA, NESSUNA ECCETTUATA**: et inferius abdicatio repetitur favore Christinae *di tutte le additate e QUALSIVOGLIANO ALTRE ragioni, azioni e pretensioni, SENZA RISERBARSI da oggi in avanti SULLA DETTA ILLUSTRE CASA DI CARIATI, nè sopra tutti i beni della medesima verun altra ragione, azione o pretensione PER QUALUNQUE ALTRO MOTIVO, pretesto o figurato colore (§ 10 praeced. nostr. Restrictus).* Quae sane verborum amplissima efficacia luculentissime demonstrat non tantum realia, sed personalia etiam jura fuisse abdicata, patronatu certe non excepto; ad quod **PECULIARI NOTA DIGNUM** reputent EE.PP. in verbis supra relatis haud otiose fuisse dictum separatim = **SULLA DETTA ILLUSTRE CASA DI CARIATI** =, qua quidem expressione *jura personalia* sunt declarata ad differentiam *jurium realium* in immediate sequenti phrase contentorum = *nè sopra tutti i beni della medesima.* =

4 Hisce tamen non obstantibus, quae per se peremptoria et luculentissima sunt, si adhuc in ancipiti versentur EE. Patres utrum reipsa in transactione juspatronatus fuerit deductum, et amplissima cessione translatum, *observantiam* consulamus, *facta* videlicet *gravissima* quae transactionem

sunt subsecuta. In ambiguis enim nulla probatio datur melior ac tutior observantia, fidissima namque est legum omnium et contractuum interpres. Quandoquidem si dubitari contingat de partium voluntate, omnem dubitationem abarcent facta subsecuta, quae sint initorum pactorum consectaria. Tres anni vix et ne vix quidem a pactis conventis erant elapsi, cum per obitum ipsius Scipionis transigentis contigit vacatio beneficii, et instituto judicio per Cajetanum, qui successerat in jura fratris Scipionis, super exercitio seu pertinentia jurispatronatus, primogeniturae et feudis per hujus mortem vacuis relictis adnexum arbitratus, Judicum tamen sententia, cum adhuc non modo recens esset ejusdem transactionis memoria, sed MENS TRANSIGENTIUM et omnia in transactionem deducta ERANT APPRIME PERSPECTA, viventibus et PRAESENTIBUS adhuc qui PRIMAS in transactione PARTES HABUERANT, quosque minime latebat QUID et QUANTUM inter partes transigentes CONVENTUM FUERIT, Judicum, inquam, sententia *in hoc rerum statu* Christinae penitus arrisit: nec alia prorsus de causa, nisi *OB TRANSACTIONIS EFFECTUM*. *(Sum. Margaritae num.* 6 *litt. B ad E).* Post haec nominatus a Christina in Curia Episcopali rite et absque contradine *canonicam obtinuit institutionem*. Factum hocce gravissimum IMMEDIATE fere transactionem subsecutum nullo prorsus alio sub respectu consideratum quam in sensu *explicationis*, *declarationis* seu *interpretationis* contractus praecedentis QUANTUM HABEAT VIRTUTIS ET ROBORIS nemo est qui non videat.

5 Quid plura? Vacante iterum beneficio per mortem Equitis Josephi Spinelli *SUB OCULIS Ferdinandi contradictoris* anno 1838, Hernestus Christinae filius *patronum agens*, *IPSO PRORSUS SILENTE FERDINANDO*, beneficii administrationem est consecutus, agnito solemniter per Curiam patronatus jure favore ipsius Hernesti. Nec satis: alia quodammodo vacatio paucis post mensibus, Hernesto decedente, successit PRAESENTE ET INSPECTANTE FERDINANDO, eoque *omnino silente* nova nominationis suspensio, et beneficii administratio data est Januario, secundo Christinae viro, et memorati Hernesti genitore, admisso per Curiam patronatu in familia Spinelli, idest *haeredibus et successoribus Christinae AD TRAMITES TRANSACTIONIS*. Qui fieri poterat ut *Ferdinandus INDIFFERENS* omnino se habuerit et passive se gesserit, imo ejusmodi facta praesens inspexerit, agnoverit, et *nihilominus tacuerit*, nisi de patronatus pertinentia favore Christinae ejusque haeredum et successorum IN VIM TRANSACTIONIS esset apprime convictus et

persuasus? Maxime cum non de re parvi momenti, sed de beneficio et jure MAXIMI MOMENTI, quod teste contrario Patrono Ferdinandi MAJORATUI *poterat aequiparari*? Haec adeo gravia, solemnia et momentosa comperiuntur ad declarandam paciscentium voluntatem, et transactionis virtutem quoad controversum patronatum, si quando declaratione opus esse judicaverint EE. PP. ut majora et luculentiora nequeant excogitari!

6 Nec juverit objicere Ferdinandum ignorantia seu errore fuisse traductum, vel facto transigentis fratris praejudicari non potuisse. Ipse namque jus hoc patronatus optime habebat perspectum, ac insuper mota de pertinentia quaestio illum minime latebat. Praesens enim erat et jam aetate grandaevus, in trigesimo circiter aetatis anno videlicet constitutus, ubi lis de pertinentia sub initium saeculi currentis inter Cajetanum ejus fratrem, et Christinam acta est; nonnullos enim *ultra annos OCTOGINTA* numerat in praesens. Judicium igitur anni 1801 praesens aspexit, illiusque gravitatem agnovit: sed et EXPLICITE PROBAVIT. Non modo siquidem *pro transactionis efficacia et firmitate* pugnavit acriter anno 1817, et obtinuit, quod satis superque esset *pro agnitione cessi jurispatronatus* in transactione ex dictis comprehensi sive contractus verba et tenorem, sive facta subsecuta *mentis transigentium declarativa* consideremus; sed insuper *judicii ipsius effectus super pertinentia IPSEMET OPPOSUIT* exindeque RATOS HABUIT ATQUE PROBAVIT (*Summar. Margaritae num. 4 litt. B*). Quanam igitur fronte objici potest *error* et *ignorantia* vel *fratris factum* si ipsemet FACTO SUO LUCULENTISSIMO devincitur, ac praeterea, *fratris haeres cum sit*, factum sui auctoris impugnare non posset, eoque legum omnium sanctionibus ligaretur et strictissime teneretur?

7 Hactenus tamen ea tantum sententia rem exposuimus ac si judicium absolutum anno 1801 coram Magistratu Domus Regalis aliud non praestet fulcrum quam *simplicis declarationis et interpretativae observantiae* super vi et effectibus transactionis. At poteritne *legitimae ac solemnis reijudicatae viribus* fraudari Tribunalis illius, quasi competentia careret, emanata sententia. Quidquid sit de iis patronatuum controversiis, quae inter communes recensentur, in acto judicio de controversia agebatur excepta. Contendebat enim Cajetanus juspatronatus virtute fundationis *primogenituris et feudis* ex transactione fratri Scipioni reservatis *adnexum esse*, nec *cum universitate* bonorum Cariatensium in Christinam transisse. Licet igitur alia quaelibet quaestio de pertinentia patronatus, ut omnes aliae beneficiales, Ecclesiastico judici

forent reservatae, haec tamen de patronatu *feudis et primogenituris adnexo* ex opinione contendentis qui *cum bonorum universitate* minime in Christinam transigentem transitum fecisse propugnabat, *exceptionis vi* in solemni Conventione anni 1741 inter Benedictum XIV. et Carolum III. inita *laicis judicibus* expresse deferebatur. Ita cautum legitur in art. 4 cap. VI. = *Saranno di privativa giurisdizione Ecclesiastica le cause beneficiali,* ***PURCHE'*** *non si tratti* ***DI JUSPATRONATI*** *regi* ***O FEUDALI*** *per quelle sole cause, la decisione delle quali* ***PRINCIPALMENTE*** *dipende dal vedere se il patronato* ***SIA ANNESSO O NO AL FEUDO***, *o* ***DE UNIVERSITATE BONORUM*** *negli altri patronati laicali* =. Ad fori competentiam definiendam *non jam inspiciendus judicii exitus* ex quo nimirum judicatum fuerit *nec feudis adnexum nec de universitate bonorum esse juspatronatus*, ***SED*** *in Christinam* ***EX TRANSACTIONIS FACTO*** *pertransiisse,* sed attendenda est *actoris intentio* quae judicium provocavit, ut cuique cordato viro patescit. Bene igitur Christinam ejusque haeredes et successores juvat sententia Tribunalis Domus Regalis, nec **SOLEMNIS REI JUDICATAE** potest **EFFECTIBUS** fraudari. **LEGITIMA** igitur et **EFFICAX** assistit **OBSERVANTIA** atque **PRAESCRIPTIO**, quam *contradictio et acquiescentia subsecuta* firmissime roboravit.

8 Ad Eos nunc nostra convertatur oratio qui, sublato Ferdinando, Margaritae Friotiae favere videntur. Hi autem omnes nobiscum consentientes arguunt *decidendi rationem* **A TRANSACTIONE**, **REJUDICATA** et **OBSERVANTIA**; in eo autem dissidere putamus quod Principi Foeminae competat exclusive juspatronatus, *quia major est natu et primogenita* in descendentia Christinae. At nihil a jure magis alienum, nihilque factorum monumentis repugnantius esse potest. Consultius enim videretur magisque profecto consonum juri ac juridicis interpretationis et sani criterii regulis quoad controversiae praesentis objectum transactionem reprobare, quam admissa transactione exclusivum in Margarita juspatronatus agnoscere. Inspecta siquidem transactione, in oculos illico cujuscumque videntis insilit *transactionis effectus* tum a Scipione tum concorditer a Christina *fuisse conventos*, atque firmatos *pro se* **SUISQUE HAEREDIBUS ET SUCCESSORIBUS**. Juspatronatus igitur, uti est *transactionis effectus*, in Christina et venientibus ab ea haud aliter agnosci, ac definiri potest quam **HAEREDITARIUM**: cum vero Margarita *Christinae matris haereditati* **VALEDIXERIT** ac integrum hujus haereditatis compendium ad clientes pervenerit (*Summar. nostr. num.* **1 2 3** *et* **4**)

hinc plane descendit NULLAM *in patronatu* PARTEM *habere* Margaritam. Sin autem placeat magis MIXTUM retinere patronatum, in eadem nobilis foemina conditione versaretur, quippe quae haereditati *non aditae* valedicens uoa sanguinis qualitate polleret, *careret autem* HAEREDITARIA, quarum *utriusque simultaneus* exigitur in mixto patronatu *concursus;* vel in pessima hypothesi, ubi admitteretur, UNA TANTUM vox Margaritae, ALTERA vero clientibus matrem Sophiam repraesentantibus competeret, illaque clientum in *paritate* PRAEVALERET,quippe qui habilem et dignissimum praesentarunt Sacerdotem *Cajetanum Greco*,LAICO filio Castrovillarum Duce per Margaritam nominato. Finge demum postremam hypothesim, patronatum scilicet ex transactione GENTILITIUM, de sanguinis haeredibus intelligendo verba *eredi e successori,* ac pejor esset sors Margaritae quippe quae UNICAM haberet, TOT vero clientes VOCES enumerarent quot capita computantur.

9 Quid autem de REJUDICATA et OBSERVANTIA? Utraque *consectaria cum sint transactionis,* ab eaque CAUSAM AGNOSCANT, tanti valent, quanti ipsa transactio, unamque *peculiarem* habent virtutem et efficaciam transactionis effectus declarandi, quidque in concordia de patronatu cogitatum et volitum ostendendi, ita ut semper AD TRANSACTIONEM sit pro definitione quaestionis hodiernae recurrendum. Sed forsan resjudicata et observantia singulariter sumptae et sejunctim a transactione favent *primogeniali*, quam jactat adversaria, *qualitati* vel *aetati majori* ? Nihil pejus et absurdius. Res enim judicata fundamentum habet in transactione, NIHILQUE prorsus in ea *de primogeniali qualitate aut aetate majori* Christinae vel a longe et INDIRECTE commemoratur. Observantia autem *originem habet ab ipsa rejudicata*, ideoque pari passu procedit. Quod si facta posteriora anni 1838 quoad concessam Hernesto ejusque parenti Januario beneficii administrationem consulamus, necessario fatendum vel ipsi adversariae haec sibi prae ceteris obesse, quippe quae patronatum renuntiant etiam luculentius vel HAEREDITARIUM, cum agnitum fuerit in Hernesto et Januario Christinae haereditate fruentibus , vel late FAMILIARE *alla eccellentissima* FAMIGLIA *Spinelli* pertinere. Ubinam igitur fundamentum habeat illorum sententia, qui Margaritae partes amplectuntur, PLANE NON VIDEMUS , sive *transactionem* , sive *remjudicatam* , sive *observantiam* consulamus: omnia e contra perbelle faciunt adversus eam , ita ut VEL EXCLUDANT *a patronatu* , VEL MINIMAM *aut irrelevantem* SIMBOLAM *eidem* ATTRIBUANT.

10 Fac autem vel *transactione* vel *rejudicata* contemplatam fuisse *primogenialem qualitatem* in Christina (scitum est autem in jurisprudentia plusquam notorie, altero ex compatronis silente vel non comparente, unum qui praesentat et agit alterius jura praeservare, ut exceptionem de Joanna Christinae sorore consanguinea propulsemus; et majora etiam his argumenta, si opus esset, ad eam repellendam suppeterent), ita ut major natu ac primogenita praeferri deberet. Quid haec aerea hypothesis Margaritae prodesset? Nihil prorsusque nihil. Abolitione siquidem anno 1806 fideicommissorum superventa, odiosissimas ejusmodi privativas conditiones omnino cessasse compertum est ex claro legis articulo = *Che dopo abolita la feudalità ed i fedecommessi nel* 1806. NON ESISTONO PIU' CONDIZIONI DI TAL NATURA SOPRA TITOLI ONORIFICI, *mentre i medesimi* SPETTANO SEMPRE A'DISCENDENTI LEGITTIMI E NATURALI DI COLORO, CHE IN QUELL'EPOCA LI GODEVANO =. Hisce contra partem adversariam UTRAMQUE ad juris et monumentorum tramites ante oculos EE. PP. evidenti demonstratione positis et disceptatis, jure meritoque propitium Clientibus Sac. Ordinis responsum quam fidenter expectamus.

Quare etc.

CAROLUS MODESTI ADV.
ALOISIUS GIZZARELLI

SACRA CONGREGATIONE CONCILII

SIVE

R. P. D. QUAGLIA

SECRETARIO

MILITEN

JURISPATRONATUS ET INSTITUTIONIS

Pro

Nobilissimo et Excellentissimo Viro Julio Ricciardi Comite Camaldulensium tutorio filiorum nomine, et pro Adm. Rev. D. Cajetano Greco.

Contra

Illũos DD. Antonium Equitem Spinelli, Ferdinandum Spinelli Seminariae Ducem ejusque praesentatum Rev. Petrum Militano, nec non Marchionissam Margaritam Spinelli-Friozzi

MEMORIALE REASSUMPTIONIS

Pro Congregatione diei 22 *Decembris* 1855

ROMA — Fratelli Pallotta Tipografi in Piazza Colonna
17 Decembre 1855

N. 449

MILITEN.

JURISPATRONATUS ET INSTITUTIONIS



Eminentissimi ac Reverendissimi Patres

1 Satis superque in hac controversia dixisse sentimus, quo jura clientum in tuto posita viderentur. Pluries at causa judicio Emorum Patrum subjecta, quin in Clientum vota concederet sententia Consessus Vestri, quamquam non sine animi haesitatione Ferdinandi partes adverso sane fato semel et iterum est amplexata. Quid igitur in hoc rerum statu dicendum aut investigandum aliud superesset equidem non vidimus, nec Clientibus iisque, qui consiliis et opera ferebant suppetias aliter videri potuit. Ita ut in una EE. VV. summa prudentia, commendataque animorum docilitate confisi simulque gravissimis, quae hactenus exhibuimus, jurium et factorum argumentis innixi meliorem quam antea successum auspicamur.

2 Et re quidem vera quid Clientibus sperare non licet, quorum favore facta solemnia cum juris dispositione proclamant? Sive enim fundationem jurispatronatus in Constitutione Paulina requiramus, eam aperte favere dignoscimus Christinam ab eaque descendentes, quippe cujus lineam juspatronatus ingressum ab ea nequibat amplius avelli juxta regulas juridicas Primogeniorum et Fideicommissorum vulgatissimas, usquedum evacuata non esset: Quid autem Ferdinando locus esse poterat, qui a linea possessoris erat extraneus? quilibet enim primogenitus propriam constituit lineam, ac novae prorsus lineae caput efficitur. Quidve Margaritae privativam exigenti vocationem, qua Christinae primogenitae, fuerat expetendum ac deferendum, cum ad foeminas ubi vocatio pervenit, eas cumulative et absque gradus distinctione vocatas esse patescit ex ipso fundationis tenore? Sive potius transactionem cum inde secutis inspiciamus, apertius etiam ac fructuosius ea Clientes juvari videbatur in probatis tum ob verborum amplitudinem, qua initam et celebratam agnovimus, tum ob luculentissimam declarationem, quae paulo post accessit in facto controversae Abbatiae vacationis occasione, tum ob solem-

nem editam rem judicatam ab ipso contradictore Ferdinando agnitam et propugnatam, tum denique ob non unum possessionis argumentum progressu temporis explicatae contradictione remota, unde possessio juris et facti univocis actis et probationibus extitit firmata atque canonizzata. Fietne igitur ut tam subito tantoque cum praejudicio a possessione tot tamque solemnibus factis adstipulata dejiciantur clientes ac deturbentur ?

3 Hoc equidem praejudicium a Clientum capite tandem aliquando propulsaturos EE. Patres, controversiae indole et terminis maturius et majori cum aequitate pensatis, haud profecto diffidimus. Neve quae satis et abunde disceptavimus nunc etiam repetere videamur, benignitatem EE. VV. humillime rogamus ut allegationes facti et juris, quas in praecedentibus propositionibus distribuimus, manibus iterum versare non dedignentur; huic nostro memoriali tantum adnectentes summariam praecedentium allegationum recapitulationem in postremis elapsi Decembris Comitiis distributam, in perspectissima Emorum Patrum aequitate atque justitia conquiescimus.

Quare etc.

CAROLUS MODESTI ADV.
ALOYSIUS GIZZARELLI

SACRA CONGREGATIONE CONCILII

R. P. D.

ANGELO QUAGLIA

SECRETARIO

MILITEN.

Jurispatronatus et Institutionis

PRO

Nobilissimo et Excellentissimo viro Julio Ricciardi Comite Camaldulensium tutorio filiorum nomine, et pro Admod. Rev. D. Cajetano Greco

CONTRA

Illmos DD. Antonium Equitem Spinelli, Ferdinandum Spinelli Seminariae Ducem ejusque praesentatum Rev. Petrum Militano, nec non Marchionissam Margaritam Spinelli-Friozzi

MEMORIALE

Pro Congregatione diei 15 Martii 1856.

ROMA — Fratelli Pallotta Tipografi in Piazza Colonna
8 Marzo 1856

N. 1482.

MILITEN.

JURISPATRONATUS ET INSTITUTIONIS

Eminentissimi ac Reverendissimi Patres

1 Quadrangulare certamen in praesenti controversia jam desiisse videtur. Dux enim Marianellae Antonius Spinelli propriam in suscepta contentione temeritatem agnoscens ab aula judicii recessisse fertur. Cum duobus igitur nobis est dimicandum, qui supersunt, Dux Seminariae Ferdinandus, et Marchionissa Friozzi Margarita Spinelli. Feliciter cum utraque parte certamen renovaturos esse confidimus. Postquam enim in postremo nostro Restrictu nudiustertius distributo tum Ferdinandi Ducis exclusionem ostendimus a patronatu, sive transactio anni 1795 cum subsequutis declarationibus inspiciatur, quod sane praecipuum, ne dicam unicum, est controversiae dirimendae fundamentum, sive fundatio jurispatronatus ipsius exploretur; nec non Margaritae contentionem undique corruere docuimus, ac propriis ipsam telis configi demonstravimus, quaquaversus spectetur controversiae subjectum, nihil in nuperrimis utriusque contendentis allegationibus invenire datum est, quod vel non praeoccupatum a nobis appareat, vel ejusmodi sit ponderis, quantum ad Clientes attinet, quod mereatur attendi. Ut vero magis magisque jura clientum elucescant, servato dicendi ordine, pauca subnectemus in praesenti nostro responsionis libello, quae unum et alteram attingant ex contendentibus, ac primum

De Ferdinando Duce Seminariae

2 Et quoniam potissimum controversiae fundamentum in memorata *transactione* constituitur, ab hac sumemus exordium. Omnia per hypothesim concedimus Ferdinando: ipsum videlicet, habita juris dispositioni ratione, primogenitum ad effectum succedendi in juspatronatus haberi, in linea primo vocata contineri, primogenitorum

prioris lineae vocatorum seriem ob illius existentiam haud esse peremptam, sin minus in secunda vocationis sede constituti ob sexum illius masculinum esse foeminis praeferendum, admittemus, innumera devorantes absurda. Quid tamen haec omnia proderunt Ferdinando? Nihil prorsusque nihil. Omnia siquidem *transactione* Christinae et haeredum favore cesserunt. Sit equidem quod Scipio, quem adversarius auctorem agnoscit, *come discendente maschio* tamquam primogenitus habitus fuerit, Jo: Baptista Christinae avo sublato. Ad quos tamen effectus? Ad primogenituram habendam Petri Antonii patronatus fundatoris, et jura eidem adnexa? Longe aliter. Ad majoratus habendos dumtaxat a Carolo Spinelli, et Joanna De Capua institutos peculiaribus legibus, conditionibus et vocationis ordinibus alligatos (*Summar. Margaritae n.* 3 *litt. E*), quibus profecto controversum haud inerat juspatronatus. Fac autem adhaesisse. Nonne posteriori, quam iniit, transactione, non *generice* tantum jura quaelibet universali modo ipsi competentia, non jura etiam expressim *honorifica*, sed ea insuper peculiari mentione QUALSIVOGLIANO SUOI DIRITTI, *ragioni, azioni e pretensioni* ☞ COSI' DEDOTTE COME NON DEDOTTE, *che gli spettano o può rappresentare* COME FIGLIUOL PRIMOGENITO (§ 10 *nostri novissimi Restrictus*) absque ulla reservatione vel exceptione *luculentissime atque solemniter* ABDICAVIT? Idque ex peculiari accepta cessione *di Duca di Seminara*, quo Ferdinandus honestatur. Quid igitur adinventus illi prosit *lapis philosphorum* intelligat ac secum reputet adversus orator.

3 Post haec ad nauseam usque refricet pro lubitu ineptissimas exceptiones sive de mentione jurispatronatus expressa desiderata incassum in transactione, sive de hujus nullitate ob somniatam simoniam. Eas enim singulas argumentis et auctoritatibus ineludibilibus undique refutavimus ac profligavimus in novissimo nostro Restrictu. Cum vero juspatronatus in transactione luculentissime comprehensum ostendimus, eamque Ferdinandus adversarius facto suo ac judiciali confessione undequaque probaverit et propugnaverit, uti ex adverso conceditur, quid amplius exquiritur ut adversarius acquiescat?

4 Nec aliter dicendum de re judicata anni 1801. Praeterquam enim inopportune contra ipsam debacchetur Ferdinandi Patronus, ejus nullitatem ex praetensa incompetentia Judicis perperam arguendo, illius agnitionem insuper ex parte sui clientis incassum impugnat: de hac siquidem ineluctabile ac solemnissimum exhibet testimonium altera res judicata anni 1817 (*Summar. Margaritae num.* 4 *litt. B*). In illo namque judicio *Ferdinandus* cum coeteris

non modo transactionem ratam habuit, sed ipsam *remjudicatam* anni 1801 super pertinentia jurispatronatus accepto habuit, cum ea contra Christinam titulo exceptionis usus est. Undenam autem incompetentiae judicis exceptio desumitur? Ab judice laico? Sed nihil aliud in eo judicio deductum est in controversiam quam nuda jurispatronatus inter laicos pertinentia, cujus definitio laicis etiam judicibus in exteris praesertim Dominationibus, ut plurimum, defertur, Sede ipsa Apostolica permittente. Quo potiori igitur ratione recipienda sententia praefata, cum lis ferveret inter personas aulae Regiae addictas, proindeque fori privilegio gavisas? Accedit temporum conditio, cujus intuitu quamplura probavit, rebus restitutis, Auctoritas Pontificia, ubi praesertim de conventione anni 1818 ineunda tractatum est, quae forsan ex sui natura corruerent. Et si contraria admittenda esset hypothesis, data etiam incompetentia, quot sequerentur incommoda, quae tamen avertere sategit Apostolica Sedes, hoc ipso S. Ordine consultante? quot sunt enim editae decisiones in materia praesertim beneficiaria ab altero tribunali per id temporis in Regni Ditionibus instituto, quod audiit *di S. Chiara*, revocandae essent et rescindendae, quas tamen ob publicum bonum in suo robore servandas voluit auctoritas suprema cum benignissima Sacratissimi Principis indulgentia conjuncta? Quis tamen dixerit illam remjudicatam ab unica laici Tribunalis auctoritate robur accipere, cum ecclesiastica Curiae Militensis auctoritas institutionali decreto supremam eidem addiderit firmitatem?

5 Sed procedamus fusiori liberalitate cum avdversario, et effectibus ejusmodi reijudicatae paulisper nuncium mittamus. Nonne tamen ea omnia, quae de jurepatronatus acta sunt ab anno 1800 usque ad initium hodiernae quaestionis!, evidentissime revincunt ita pacta conventa anni 1795 fuisse interpretata de tempore proximo, et ab iis *qui in ipsa transactione partem habuerunt* et semper deinceps, ut juspatronatus in illa fuerit comprehensum ? Nonne haec in linea interpretationis et declarationis, omnibus interesse habentibus, adversario non excepto, praesentibus, scientibus, acquiescentibus et probantibus, quammaximum pondus haberent ? Nonne diuturna, pacifica, et constans *observantia quinquagenaria* Clientibus perbelle faveret ? Quid autem nudam observantiam invocabimus, cum praeterea legitima nobis assistat PRÆSCRIPTIO, nullo penitus elemento deficiente, *titulo*, *contradictione*, *et acquiescentia* ? Tot igitur ac tanta sunt contra Ferdinandum argumenta, *transactioni* tantum insistendo, ut majora profecto desiderari non posse videantur.

6 Nec melior illius evaderet conditio si vellet ex *fundatione* judicari. In nuperrimo nostro Restrictu ad oculos ostendimus quemlibet primogenitum, in successione jurispatronatus qualitati primogeniali, masculis existentibus, addicti PROPRIAM AC DISTINCTAM LINEAM constituere, eaque nonnisi penitus evacuata per omnium *descendentium* extinctionem, jus primogeniturae adnexum ad aliam substitutorum lineam commigrare. Evidenter praeterea comprobavimus *agnationis* votum in specie nostra quaquaversus exulare, sive quod ipsius fundationis contextum exploremus, sive mentem fundatoris investigemus, sive demum materiam jurispatronatus *indifferentem* attendamus. Masculeum denique sexum tunc demum praevalere demonstravimus, cum vel in possessione primogenitorum *primo loco* vocatorum stetit juspatronatus, vel cum ad novam proximiorum lineam *tertio loco* vocatam transitum faciet: in his enim duabus tantummodo sedibus de masculis et primogenitis locutum fuisse fundatorem Constitutio Paulina testatur. In secunda vera sede, in qua de aliis filiis et nepotibus vocationem disposuit Institutor, uti de primogeniali qualitate, ita de masculis siluit consulto fundator, ut omnes indistincte, *qualibet sexus et gradus praerogativa posthabita*, lineari solum ordine servato succederent in jurepatronatus descendentes: ita ut ex notissima *regula discretivae*, nec non *praedilectione fundatoris* erga foeminas propriae descendentalis lineae magis dilectae supra foeminas substitutarum, quae sunt expresse postremo loco vocatae, mirum in modum Instituentis voluntas eliciatur.

7 Quonam igitur in pretio sint habendae, quas iterum repetit et cumulat auctoritates adversus orator, satis superque patet ex novissima nostra allegatione. Adductae praeterea auctoritates vel canunt extra chorum, utpote quae non jam de linea loquantur in successione primogeniturae, ordine successivo constitutae, cui sit adnexum juspatronatus, sed de lineari vel mere descendentali patronatu cum expressa vocatione masculorum descendentium in linea recta vel transversali, ceu probat adamussim auctoritas Card. De-Luca in contrario Restrictu § 16=*Vocatio restricta non erat ad ejus primogenitum simpliciter*, *SED ERANT VOCATI OMNES DESCENDENTES MASCULI DE LINEA*= quod sane nihil habet cum praesenti specie commune; vel casibus aptantur, in quibus exclusiva niteat vocatio masculorum, foeminis abjectis, ideoque nitidissime praelluceat votum agnationis. In casu autem disputato praeter memoratam *discretivae* regulam ad sexus masculei exclusionem in *secunda sede*, illud insuper accedit quod foeminae fuerint expressim vocatae; quin obstet expli-

citam illarum vocationem postremae dispositionis cerae fuisse servatam, utpote quod vi subsidiariae et discretivae vocationis jure passim admissae in qualibet linea et praedilectionis juridicae fundatoris perinde habetur ac si in qualibet linea fuissent expresse vocatae: hoc enim operatur, defectis masculis, in subsidium ipsa juris dispositio. Quidquid autem regerit de temporum conditione, quibus agnationis ratio quammaxime praevalebat, subesse debet peculiari hominis dispositioni, et Fundatoris menti, immo expressae satis voluntati, quae contrarium omnino suadeat. Ita ut luce meridiana clarius et evidentius jam pateat Ferdinandum ad lineam diversam pertinere ab ea, in qua ingressum est juspatronatus, et a secunda vocationis sede reputari penitus exclusum, quin illi prosit masculini sexus exceptio.

De Margarita Spinelli Friozzi

8 Sed jam tempus est ut aliam adversariam insectemus, praenobilem videlicet Marchionissam Friozzi. Nihil autem novi clarissimus illius defensor in causam invexit quod jus clientum valeat perturbare, vel quod certe non fuerit a nobis praeoccupatum. Perdite siquidem de *gradus proximioritate, ac majoris aetatis praerogativa* blateratur iterum, ubi vocatio plurium *collectivo modo* legitur explicata. Primogenialem namque qualitatem exquirere in secunda vocationis sede, vel subsidiaria foeminarum appellatione ad patronatum operam esset ac oleum perdere utpote quod foeminae ultimo loco per fundatorem contemplatae simpliciter et absque ulla gradus ac aetatis praerogativa ad patronatum cumulative invitantur contra ordinem expresse demandatum in reliquis gradibus vocationum, in primo scilicet et tertio, ita ut *ex eadem regula discretivae*, quam Margaritae Patronus invocat ad excludendam in sede intermedia qualitatem masculinam, qualitas etiam primogenialis OB RATIONIS IDENTITATEM arceatur. In ea siquidem intermedia filiorum et nepotum vocatione aeque ac in subsidiaria foeminarum admissione juspatronatus haud aliis regulis moderari licet quam iis adamussim quae pro patronatu *mere familiari* traduntur, in quo scilicet omnes *contemplatae lineae vel familiae* descendentes jus istud honorificum exercent *in capita*, quousque linea vel familia certo loco vel ordine vocata finiatur. Quin ullum ex ejusmodi mutatione sequatur absurdum: uti nimirum incongruum haud reputamus quod in *prima* et *tertia sede MASCULINUM* in *secunda* vero juspatronatus *foeminarum* etiam indistincte sexum comprehendat, ita *primogenialis qualitas* in eadem *prima* et *tertia* sede expressim requisita, in *inter-*

media repellatur omnino: in hisce namque tum juris dispositio spectanda est, tum voluntas aut mens Fundatoris inspicienda. Utraque autem QUALITATEM FAMILIAREM ex dictis in *intermedia* ac *subsidiaria vocatione* mirifice consentit. Eoque fortius urget argumentum, quo adversarius vel ipse sub initium §. IV. novi sui Restrictus num. 43. ad 46. insinuat ad opportunitatem vocationem DESCENDENTIUM genericam absque ullo sexus aut GRADUS discrimine fuisse in fundatione contemplatam.

9 Hactenus ex *fundationis* tenore. At potentissimum adversus Margaritam exurgit argumentum ex TRANSACTIONE. Cum enim hujus vi juspatronatus evaserit HAEREDITARIUM, aut MIXTUM in deteriori hypothesi, Christinae tantum *haeredes* colligent fructus, exindeque clientes cum omnimoda exclusione Margaritae, utpote qui universam transigentis haereditatem sunt consecuti. Et si per hypothesim fingas, patulis ejusdem transactionis verbis resistentibus, primogenialem qualitatem, si adhesisset, pactis conventis haud fuisse immutatam, ea tamen qualitas evanuisset omnino post notissimam fideicommissorum et majoratuum abolitionem in Regno de anno 1806, utpote quod expresse sublata per legem extitisset; ac proinde conclusio recideret in idem.

10 Perperam vero ac perditissime, ut vim conclusionis effugiat, ad *observantiam* appellat orator adversus. Ea siquidem perbelle declaratur juspatronatus in transactione fuisse contentum, optimum ex illa consurgit etiam argumentum favore Christinae et haeredum adversus Ferdinandum, at *nullum*, hercle, *nullum omnino praesidium* adversariae Margaritae vindicat observantia. Nunquam enim ostendere poterit nec *rejudicata* anni 1801, nec *coaeva institutione canonica* Josepho Spinellio tributa per Curiam Militensem, nec *apostolica concessione facta Hernesto* anno 1837 juspatronatus sive Christinae sive filio ejus Hernesto fuisse adjudicatum, QUIA PRIMOGENIALI QUALITATE POLLEBANT. Hoc si quando valeas ostendere, manus dabimus victas. At frustra in id adlaborabis. Christina etenim habuit totum, quia siluit Joanna, quinque vel sex annorum tantum infantula, cujus imo jus per ipsius Christinae factum et praesentationem fuit praeservatum. In Hernesto autem ideo fuit agnitum juspatronatus, quia ad Christinae descendentiam pertinebat, et potiori ratione quia matris haereditatem obtinuerat. Quod sane luculentius etiam intelligitur ex novissimo Curiae decreto favore Indultarii Januarii Spinelli, in quo dilucide sancitum fuit juspatronatus *non jam primogenito competere*, sed esse DELL'

ECCELLENTISSIMA FAMIGLIA SPINELLI. Nec alio praeterea titulo *Januarius* frui patronatu potuisset, quam jure haereditario, quippe qui in filiorum *Alberti*, ac *Hernesti* praefati successerat haereditatem, quam postea nepotibus ex filia *Sophia*, uti jam docuimus, ipse transmisit. Nihil igitur Margaritae infensius *observantia*.

Quare etc.

CAROLUS MODESTI ADV.
ALOISIUS GIZZARELLI

SACRA CONGREGATIONE CONCILII

R. P. D. ANGELO QUAGLIA Secretario

MILITEN

Jurispatronatus et Institutionis

PRO

Nobilissimo et Excellentissimo Viro Julio Ricciardi Comite Camaldulensium tutorio filiorum nomine; et pro Adm. Rev. D. Cajetano Greco

CONTRA

Illmos DD. Antonium Equitem Spinelli, Ferdinandum Spinelli Seminariae Ducem ejusque praesentatum Rev. D. Petrum Militano, nec non Marchionissam Margaritam Spinelli-Friozzi

RESTRICTUS RESPONSIONIS

Pro Congregatione diei 1 Decembris 1855.

ROMA — Fratelli Pallotta Tipografi in Piazza Colonna
26 Novembre 1855

MILETEN.

JURISPATRONATUS

Emi ac Rmi Patres

1 Breviter nonnulla vel nova penitus vel hactenus leviter proposita dicturus, novi hujusce laboris veniam ab humanitate Vestra precor et S. Ordinis sapientia fretus causam pro nobili Cliente justissimam iterum confidenter aggredior. De FUNDATIONIS interpretatione nihil est quod addendum videatur. Satis multa diximus in restrictu exactis Comitiis, in quo Patres Emi plenam rei disceptationem invenient: satis inconcinne hoc in themate mulierum descendentes antiquis argumentis jam profligatis responderunt. Restat institutio MASCULINA, ordine primogeniturae = *Tibi, filio tuo primogenito MASCULO, ipsius primogeniti filiis MASCULIS de primogenito in primogenitum.* = Restat ad secundam vocationem = *aliis filiis tuis eorumque filiis* = fieri non posse gradum, nisi = ILLIS NON EXISTENTIBUS = sive nisi MASCULI deficiant *ordine primogeniturae.* Restat, masculum primogenitum non deficere, quamquam enim Cliens a secundogenito derivet, uti unicus qui CAPACITATE polleat, civiliter loco naturalis primogeniti succedit. Restat PRIMOGENIALEM civilem illius qualitatem sancitam fuisse decretis sapientissimi Viri qui consiliis Quaesturam regebat anno 1795, atque Judex privativus a Rege fuerat delegatus, unde secundogeniti proles nuncupatur = DISCENDENTE MASCHIO CHE TIEN LUOGO DI PRIMOGENITO NELLA FAMIGLIA SPINELLI DI CARIATI = Accedit quod Margarita in transactione (perditissime tamen) hactenus spem omnem locaverat, sed in Melitensi Curia, contra Fuscaldum dimicans fatebatur = *sono in causa ed esistono i discendenti diretti DELLA LINEA MASCOLINA DELLA PRIMOGENITURA, NELLA PERSONA DEL SIGNOR DUCA DI SEMINARA* = et paulo post = *La bolla di Paolo III.... chiaramente dispone appartenere ai figli* ☞ *MASCHJ da primogenito in primogenito il diritto di nomina al beneficio. Ora, ESISTENDO IL DUCA DI SEMINARA (ripetiamolo) DISCENDENTE PER LI-*

NEA RETTA DAL FONDATORE, si alza una diga insormontabile contro il Cav. Antonio Spinelli ec. = Summar. addit. numer. 6. = Nihil igitur addendum arbitror de FUNDATIONE.

De TRANSACTIONE anni 1795.

2 Brevissime pariter speciem TRANSACTIONIS attingam. Qua de causa in liquidatione illa juspatronatus contineri desumitur ? Non ex diserta paciscentium voluntate, quia de beneficio, de jure nominandi nec verbum nec vestigium occurrit. Restat ut *ministerio*, vel ex *voluntate præsumpta* hæc interpretatio ineunda sit. Non ministerio legis quia cessio implicita locum habet dumtaxat vel in patronatu REALI quod adheret uti accessorium rei, vel in universitate REALI, ut puta in hereditate, aut juribus a quodam actu derivantibus. At præsens jus nominandi est *personale*: nec in transactione de universalitate aliqua actum est, sed de *certis* quibusdam successionibus, de singularitatibus, sive de quodam majoratu, de quodam fideicommisso, quibuscum nil commune habet patronatus. An cessio juris ex *præsumpta* voluntate erit desumenda ? Sed qua ratione præsumendum erit in alienissimo rerum particularium negocio nominationem ad beneficium includi ? qua ratione præsumendum erit patronatum in beneficio locupletissimi fructus, quo semper aliquis e gente Spinellia potitus est, TACITE veluti triobolarem nummum a possessore dejici, quamquam in contractu diligentissime minutiora quæque recenseantur ?

3 At verba transactionis generalia sunt. O bone, quidnam attendis ? sensum ne qui verba regit, an verba quæ sine sensu nihil probant ? Vide quid ACTUM FUERIT. Erat questio = *PER LA SUCCESSIONE AI BENI della casa Cariati fra d. Signora Principessa D. Cristina e detto Signor D. Scipione = Summar. Margaritæ pag.* 8. Ut ILLAS controversias definiret, Judex a Rege datus est qui pronuntiavit DUMTAXAT = *relativamente alla successioue DEI BENI della casa Cariati ed alla spettanza DEGLI ANTICHI MAGGIORATI E FEDECOMMESSI = ibi pag.* 11. Institutiones vero quæ *subjectum* litis erant, speciali fundatorum NOMINE enucleantur : primo bona LIBERA = 2. *il fedecommesso ossia maggiorato ordinato dal Conte di Cariati D. GIOVANNI BATTISTA SPINELLI ec.* 3. *il maggiorasco di ducati* 150 *mila, come l' altro maggiorasco istituito dal fu principe D. CARLO.* 4. *il maggiorasco istituito ec. dal Duca di Seminara D. CARLO Spinelli col di lui testamento dell' anno* 1565 *ec. il maggiorasco istituito dalla fu PRINCIPESSA di Cariati ec. il maggiorasco di ducati* 200 *mila istituito dalla fu principessa D. ISABELLA ec. il fi-*

decommessa ossia secondogenitura , da costui (D. GIOVANNI BATTISTA Spinelli) istituito col suo testamento del di 10 *Febbraro del* 1704 = Igitur in subjecto litis, CONSTITUTIO PAULI III ET PETRI ANTONII fundatio, ne umbratilem quidem relationem habere.

4 Hactenus litem et Sententiam vidimus, ubi omnia certa, omnia definita. Quæso igitur ab adversariis si fidem oculis habent, in lite, in sententiis, *actum ne est* DE JUREPATRONATUS? Hoc absurdum nemini hactenus in mentem venit. Ergo nec in contextuali CONTRACTU. Illum quidem *transactionem, cessionem, laudum* voca: de nominibus non laboro. Vide quid EGERINT contrahentes. Judex multa Christinæ, nonnulla Scipioni bona dederat. Atqui in contractu quoad JURA partium nihil immutatum fuit, sed in exequutione, in nuda EXEQUUTIONE sententiarum illud convenit ut Scipio loco prædiorum, pecuniariam æstimationem haberet. Hæc fuit mens hic animus hæc voluntas contrahentium. Propterea subjectum contractus extendi nequit extra SUBJECTUM LITIS; atque adversariis qui patronatum in conventionem per fas et nefas conjiciunt; præsumendum esset, jus antea NON DISPUTATUM, repente, ex tempore intrusum fuisse cum de EXEQUUTIONE ageretur. Quod e silentio partium, ex relatione inter litem, sententias et liquidationem: præsumptione juris quæ transactionem liti et exequutionem sententiæ respondere præcipit, furiosum esset admittere. Quamobrem hoc etiam in capite novis argumentis causam indigere non censeo, nec omnia retexenda quæ in *restrictu responsionis* latissime super concordia disputavimus.

5 Sed Adversarii ad actus deinde sequutos convolant, ad sententiam anni 1801, ad concordiæ mentionem anno 1817, ad Apostolica indulta anni 1838: inde *præscriptionem* hauriunt, inde *resjudicatas.* Præscriptionem contra non valentem agere: res judicatas sine judicio. At saltem objiciunt lapsum quinquaginta annorum, observantiam, silentium, actus possessorios, quæ siquidem singula non prosint, acervatim juvare contendunt. Summatim hæc in superiori propositione refutavimus: at modo ostenta putidissima sine delectu, contra rerum VERITATTM congesta, primum *singula* expendam: deinde evincam ex omnium congerie, juxta axioma illud *ex nihilo nihil*; non observantiam, non possessionem, sed murem ex partu montis erumpere.

6 Prima obtigit vacatio beneficii anno 1801. Actum est de jure nominandi, quod Scipio pariter et Christina sibi ex jure fundationis vindicabant, atque acris contentio efferbuit. Tempus erat, qua Gallorum legibus, abolitionibus, Ecclesiæ jura violari coeperant atque a laica

De bellica rejudicata in judicio anni 1801.

potestate usurpari. Huic ecclesiasticæ quæstioni de pertinentia patronatus « *PECULIARI regis mandato* » *Sum. Margaritæ num.* 16 *pag.* 46. = præpositum fuit laicum tribunal *di guerra e casa reale*. Regiæ voluntatis effectus in arbitrario judicio deinceps videbimus. Interea nemo est qui non videat NULLITATEM illius judicii apertissimam: nec equidem in evidentia confirmanda modo adlaborarem, nisi adversarii meridiem negarent. Scilicet contendunt in causis quæ pertinentiam dumtaxat patronatus attingunt, etiam laicos esse competentes: quod notissimum dicunt, et adeo notum ut commentum putidissimum probare non teneantur. Satis erit in themate recentissimum auctorem allegare, Paschalem LIBERATORE, qui suum opus *della polizia ecclesiastica nel regno delle due Sicilie* quarto edidit anno 1852, nec laicæ potestati se inimicum gerit.

7 Hic igitur fuse demonstrat SEMPER causas de pertinentia juris patronatus Ecclesiæ privative fuisse addictas, nec aliter sine ARBITRIO fieri potuisse. Ita in addit. p. 233 = *Dal corpo del dritto canonico osservato in Regno si rileva che il padronato sopra i veri beneficj ecclesiastici è riguardato come oggetto ESCLUSIVAMENTE dipendente dall'autorità ECCLESIASTICA tanto nelle disposizioni legislative che nei giudizj. E quindi NON SI E' MAI CONTRASTATA ALLA CURIA VESCOVILE LA COGNIZIONE (☞) DELLA SPETTANZA DEI PADRONATI O LAICI O ECCLESIASTICI che fossero sopra beneficii eretti in titolo ecclesiastico ec. questa disposizione non fu riparata in Regno, che pei patronati regj e feudali* » Et pag. 152 « *ibi* » *Le cause che riguardano i beneficj, e per conseguenza di essi il giuspatronato, come che spirituali o quasi spirituali, si attribuirono al foro ecclesiastico, così in forza del dritto canonico, cap.* 21 *de jur. patr. e cap.* 3 *de Judiciis, come IN FORZA DEL CONCORDATO del* 1741. = Miror equidem adversarios inficiari, cum IN PROCESSU hujusmodi quæstio satis absurda fuerit novissime a regiis Ministris definita. Exemplum proposuerat Episcopus in simili causa, = *SULLA SPETTANZA di padronato sul primiceriato ec.* » in qua sancitum fuerat = *che trattandosi di beneficio di natura ecclesiastica, in cui non si difficulta di esservi la fondazione ed erezione in titolo, proceda nella detta controversia cotesta Curia Arcivescovile, eseguendosi la regola stabilita nella Sovrana determinazione del* 9 *Giugno* 1771 = *Summar. Addit. num.* 3. Proinde in HAC eadem causa, civilis potestatis decreto mandatum fuit = *dichiararsi competente cotesta Curia Vescovile nella controversia della spettanza del padronato sul beneficio anzidetto insorta ec.* =

8 Profecto siquidem exploratissima factorum et jurium fun-

damenta evertantur, equidem non miror contrarias ampullas et sesquipedalia verba aliquo in pretio haberi. Immotum adamantina rupe firmius initio maneat rem judicatam anni 1801 coram tribunali aulico, decreta *exequutoria* utriusque potestatis, nominationem, institutionemque et omnia in UNA eademque vacatione inde sequuta, abjecta veritatis larva nihil aliud esse, quam spolium ecclesiasticæ jurisdictionis, violationem, NULLITATEM. Non igitur ad præscriptionem prodest: ne ad observantiam quidem, hæc enim TITULUM supponit, et sententia radicitus nulla nunquam potuit titulum suppeditare. Obiter vero dicam, sed libere dicam, expectabam equidem de transactione vel indulto esse disputandum, sed laicam sententiam coram Apostolica Sede efferri, et quod gravius est; quomodocumque attendi non prævidissem.

9 Cur tamen, objiciunt, adversus sententiam atque institutionem nemo est protestatus? Cur ad Apostolicam sedem aliquis non convolavit? Cur tot annos agnati ex anno 1801 silentio patienter exantlarunt? Mitto tum anno 1801 tum anno 1817 ac deinceps clientem FERDINANDUM quovis jure agendi fuisse destitutum, fratribus extantibus. Mitto incivile prorsus esse possessionem, patientiam, silentium objicere illi qui nec possidere nec obsistere nec præpedire debuisset NEC IN JUDICIO INTERFUIT, quod contra Cajetanum, Octavium, Aloysium DUMTAXAT fuit disputatum. Sed momentosum illud attendite quæso, Emi Patres, nobilissimos agnatos familiæ Spinelli AULÆ REGIÆ addictos fuisse. Atqui REGIUM ARBITRIUM laicam jurisdictionem imposuerat. Testatur Episcopus in *Summar. Addit. num.* 3. = ibi = *la generale* ☞ *Udienza di Guerra e casa reale*, ***PER APPOSITA SOVRANA DELEGAZIONE*** *recossi a premura di finire le* ☞ *insorte controversie etc.* = Atque in Sententia cit. *Summ. Margaritæ pag.* 46 = ***PECULIARI REGIS MANDATO*** = Rursus enim dicam, ea erat ærumnosa temporum conditio ut jura Ecclesiæ passim violarentur. Quæ cum ita essent, quomodo poterant agnati familiæ Spi- ☞ nelli CONTRA REGIAM VOLUNTATEM insurgere? Quid mirum quod nulla protestatio succederet? Quis auderet in aula ipsa contra principis mandatum protestari? Modo regia potestas judicium Ecclesiæ non oppugnat, et Ferdinandus coram Episcopo et Apostolica Sede jus suum tuetur. At siquidem rursus Princeps obstitisset, nec tueri modo poterat, nec ex patientia vel silentio non voluntario redargui.

De supposita ***AGNITIONE*** *in judicio læsionis anno* 1817.

10 At enim, post sententiam anni 1801, adversarii actum absurdæ AGNITIONIS objiciunt in læsionis controversia, anno 1817. In primis sedulo notandum est jura ☞ patronatus quæ legibus annorum 1807, 1808 et 1813

fuerant **ABROGATA**, nonnisi anno 1818, sive multo post sententiam de qua disputatur restituta fuisse. Scilicet die 20 Julii 1818 Rex decrevit = *le disposizioni della citata legge del* 1807 *e dei citati decreti del* 1808 *e del* 1813, *per quanto riguarda L'ABOLIZIONE DEI PADRONATI, sono intieramente abrogate* = Jus igitur *non existebat*, peremptum fuerat, eo tempore, quo objiciunt obiter, incidenter *de illius pertinentia* actum fuisse. Sed vide levitatem incredibilem offensionis. Anno 1817 Christina transactionem quoad **BONA** et **CREDITA** oppugnabat. Defendebant agnati. Cætera inter defensionis jura ait **SENTENTIA** = *che la transazione che ora la Principessa di Cariati impugna, è quella stessa transazione ch'ella costantemente ha eseguita ec. di cui.... sostenne la fermezza.... all'OCCASIONE che essendo vacata la badia, alla stessa aspiravasi dal cennato Duca di Seminara ec.* = Finge sodes, hæc totidem verba (quæ non in actu partium, sed in sententia prostant), clientem **FERDINANDUM** protulisse. Quid ait? *Nequis contra concordiam insurgere, quia concordiam illam tute in judicio de patronatu acriter opposuisti.* An ideo **SENTENTIA** confirmaretur? Vel jus aliquod in muliere legitime agnosceretur? Apage absurdum. Demum qua ratione confirmari vel denegari poterat **PERTINENTIA** juris quod fuerat **ABROGATUM**? Quo in pretio pro asserente vel contra, illius mentio, **MUTATIS REBUS**, habeatur?

11 Quid autem quod verba sententiæ, gratuito clienti adscripta, **HUIC** omnino nequeunt adcenseri? Porro neminem latet vim omnem contrarii argumenti in eo positam esse ut exceptio de confirmata concordia in judicio anni 1801 non aliis, sed **CLIENTI** tribuenda sit; siquidem vero dubitari posset, vel non esset præsumendum eam a Ferdinando fuisse productam, quælibet offensio evanesceret. Sed age, respondent, quomodo judex divinari poterat exceptionem, nisi Ferdinandus objecisset? Attendite, quæso, Emi Patres, errorem adversariorum. In judicio anni 1817 aderant = *I Signori Duca di Seminara D. OTTAVIO, D. LUIGI, D. FERDINANDO E DONNA LEONILDE SPINELLI* = *Summar. Margaritæ Num.* 4 *Litt. A.* = Heus igitur, adversarii doceant qua ratione non Octavius, non Aloysius, non Leonildes, sed Ferdinandus exceptionem objecerit. Atqui præsumptiones omnes cohibent **NON FERDINANDUM**, sed Octavium, nempe **SEMINARIÆ DUCEM**, aut illius fratrem Aloysium objecisse.

12 **QUEM** intererat in primis concordiam servari? Nempe ducem Seminariæ Octavium. Aliorum interesse futurum ac successivum erat: **ILLE** concordiæ effectibus fruebatur: **ILLE** actualis erat Christinæ creditor: **ILLE** nomi-

na persolvere debuisset. Clientem quod attinet, majoribus germanis extantibus, jus remotissimum tuebatur. Accedit in judicio anni 1801, de quo exceptio loquebatur, non Ferdinandum, sed *Octavium et Aloysium* interfuisse, et congruum erat ut de judicio agerent, qui partem in illo habuerunt. Quid? Tu asseris agnitionem FERDINANDI ex facto, quod dubium est utrum ☞ Ferdinando seu potius ALIIS sit tribuendum, immo aliis rectius debet adscribi. Vide, obsecro, appellationis sententiam in hoc eodem judicio = *Summar. Addit. Num.* 1. = et tuæ exceptionis absurditatem comperies. Ibi de Christinæ contradictione, ibi de judicio anni 1801, de trancactione, multo plenius agitur quam in præcedenti sententia. Hæc omnia aliquis judici suadere debuit. Quis igitur? Plane vel Octavius, vel Aloysius, ☞ FERDINANDUS enim NON COMPARUIT. *Summar. Addit. dict. num.* 1. = ibi = *Fra il Principe di Cariati D. Gennaro Spinelli, la Principessa di Cariati D. Cristina Spinelli, parte appellante, IL DUCA DI SEMINARA D. OTTAVIO SPINELLI ec. il Cav. D. LUIGI SPINELLI, ed il Sig. D. FERDINANDO SPINELLI* (☞) *NON COMPARENTE* = Dic, sodes, *Ferdinandum* esse illius exceptionis AUCTOREM.

13 Pejoris notæ est absurdissimum, contradictorium possessionis initium quod regerit Margarita ex indulto administrationis anni 1838. Audite, obsecro, qua ratione ADVERSARIA de hujusmodi ineptissima offensione loquatur in actu præsentationis = *Summ. addit. num.* 2. = *ibi* = *Il Marchese Gennaro Spinelli, a riguardo della defunta sua consorte ABUSIVAMENTE chiamato principe di Cariati, si rivolse alla S. Sede e domandò essere dispensato di presentare il Rettore alla Rettoria sotto il titolo ec. impetrando per lui il godimento delle rendite. Che il S. Padre annui benignamente. Che pertanto, nella impartizione del regio exequatur, l'oratrice avvertita DELLA SORPRESA fatta alla S. Sede, asserendo fallacemente il Marchese DI SPETTARE A LUI IL PADRONATO di quella rettoria istituita ec. fortemente si oppose. Che nel possessorio non potendo l'autorità laica convellere il Pontificio rescritto. . vennero alla supplicante ampiamente riservate le ragioni, da farne in giudizio petitorio lo esperimento.* =

De Apostolico Indulto anni 1838, *favore Januarii Spinelli non CARIATENSI, sed de FUSCALDO.*

14 Hisce positis, quis non videt quam inepte, contra rationem, contra veritatem Margarita hoc indultum veluti POSSESSIONIS actum usurpaverit? Cliens Ferdinandus, aperta vocatione fretus, successionem nanciscitur. Tu illi possessionem opponis (quam objici non posse deinceps videbimus) et actus TIBI propitios educis. Sed nonne vides hunc actum esse absurdissime tuae possessioni CONTRARIUM? Quis impetravit? Ja-

nuarius Spinelli non e linea fundatoris, sed DE FUSCALDO. Ignoscerem equidem si Fuscaldus hoc actu uteretur. Tu vero si quam habueras possessionem in unico exemplo anni 1801, tu inquam demonstras anno ☞ 1838 INTERCEPTAM FUISSE. Aut igitur Margaritæ Defensor præclarissimus hæc facta ignoravit, aut nunquam producere debuisset. Sed Fuscaldus ne saltem possessionem sibi vindicabit? Mitto Fuscaldum pariter in UNICO actu confidere. Tum illud accedit, ex Brevi penitus OBREPTITIO nullam vel juris vel facti rationem erui posse. Præterea ubi de jure inquirendum est, perperam *gratia* objiceretur, quæ nec juri nominandi obsistent; Pontifex enim administrationem immerenti concessit = DILATA *novi Rectoris* NOMINATIONE = *Summ. addit. Margaritæ num.* 11. = Denique tum fundationis leges, tum jura successorum in posterum sarta tectaque Pontifex voluit, post mortem enim Januarii mandavit ☞ = *beneficium seu Rectoria* AD SUÆ INSTITUTIONIS JURA *illico redeat* = ibi = ac proinde admisit gratiam CONTRA JURA INSTITUTIONIS fuisse concessam.

De singulis obiectionibus seu commentitiæ possessionis actibus simul junctis.

15 Reliquos actus, quibus Margarita Summarium additionale satis nitidum, satis amplum complevit, non moror. sunt EXEQUUTORIA decreta laicæ et ecclesiasticæ potestatis, anno 1801 vel 1838 impetrata, NEMINE AUDITO, et omnia pendent a validitate vel legitimitate IN TITULIS, de quibus egimus. Postrema superet Ricciardiorum et Cariatensis objectio pertractanda, qua contendunt hæc omnia ut ut singula non prosint, unita tamen illud saltem efficere ut costans in Margarita possessio, perpetuum in Duce Seminariæ silentium demonstretur. Ego vero inde initium sumam hujus investigationis, unde orationem institui. Certum ne ac exploratum est jus FUNDATIONIS? Si quis illud neget, ei profecto opus non est facta interpretari. Quicumque autem jus notissimum admittat ut in *primogenitura* MASCULINA masculus e secundogenito excludat foeminam ex primogenito: quicumque admittat ad aliam vocationem fieri non posse gradum, nisi primogenitis *non existentibus;* quicumque admittat in casu existere, quia ex incapacitate in sobole primogeniti naturalis, secundogenitus ejusque proles primogeniti loco succedit; quicumque demum hæc omnia certa habent atque perspecta, plane haud aliter ducem Seminariæ arcere poterit, quam per CADUCITATEM, quæ MIRUM IN MODUM est demonstranda. Hanc profecto caducitatem clienti appingere non poteris, nisi ex facto LEGIS vel ex PROPRIO *Legis* per præscriptionem: *proprio* per observantiam interpretativam.

16 De præscriptione satis erit respondere hanc in faculta-

tivis non induci, nisi in **CONTRADICTIONE** patroni: ac denique contra non valentem agere, non admitti; proindeque, cum jus clientis, nonnisi in secunda vacatione anni 1838 exerceri potuisset, illi non neutiquam obsistere factum Scipionis vel Octavii et *quadragenariæ* delirium obmutescere. **GAGLIARDI** de jure patronatus tom. 1. cap. 7. numer. 9. et seq. = ibi = *In excludendo tamen compatrono a jure præsentandi satis non est quadragenaria præsentandi negligentia, cum pluribus præsentationibus ab alio patrono factis, quæ suum consequente sint effectum, nisi illius compatroni CONTRADICTIO concurrit, seu præsentatio aliquando facta et EXCLUSA cum ejus postmodum adquiescentia. Quum præsentanti actus sint FACULTATIVI, per solam omissionem, et negligentiam minime præscribuntur sine actu positivo contradictionis mutuæ, et sine animo deturbandi compatronum, suoque jure destituendi: at amittitur patronatus per negligentiam longævum, et patientiam adversario deturbandi præstitam etc. Eodemque jure in patronatu familiari, ac GENTILITIO non datur præscriptio ex patientia, et facto PRÆDECESSORUM contra successores jure proprio venientes, quia his illi nequeunt inferre præjudicium TOTQUE REQUIRUNTUR PRÆSCRIPTIONES legitimæ cum suis requisitis omnibus, QUOT ERUNT PERSONÆ DE FAMILIA, ET GENTE VOCATA* =.

17 Nihilominus, instant adversarii, mitte etiam præscriptionem: saltem habes observantiam **INTERPRETATIVAM** quæ tibi nocet: habes **POSSESSIONEM** alienam. Antequam factorum acervatim æstimationem aggrediar, illud tacitus præterire non possum, quod passim in ore forensium versatur, et in causis de jure patronatus vulgatissimum est: videlicet possessionem, observantiam interpretativam, ultimum statum posse quidem valide in *possessorio* produci, at in **PETITORIO**, cum de fundatione quærendum est, profecto non posse. Sit pre omnibus qui multa cumulat summatim **PITONIUS** de controv. Patron. alleg. 66. num. 43. et seqq. = ibi = *Quibus tamen non obstantibus censeo in casu isto NON ESSE ATTENDENDUM POSSESSORIUM seu ultimum statum; moveor ex eo, quod in prima Instantia judicatum fuit IN PETITORIO, et non solum tunc, sed etiam nunc in causa comparuerunt, et comparent Patroni simul cum præsentatis; unde cum in gradu appellationis sit judicandum etiam petitorium, et versemur re integra, scilicet ante secutam institutionem, utique PETITORIUM CLARUM ABSORBET POSSESSORIUM, et danda venit institutio, præsentato per verum patronum, rejecta præsentatione patroni putativi, ut in pluribus causis Ego obtinui, et signanter in Lauden. etc. ubi nulla fuit habita ratio de*

quasi possessione præsentandi per plures actus. Pariter hoc ipsum obtinuit in Alatrina etc. et pariter Me scribente, et succumbente decisum fuit in Anagnina Cappellaniæ 26 Januarii 1711. cor. R. P. D. Sexto, ubi propter PETITORIUM clarum quasi possessio præsentandi acquisita IN DUOBUS STATIBUS rejecta remansit, et data institutio præsentato per verum patronum, ET EST OPINIO INDUBITATA, de qua plene Lambertin. de jurepatron. lib. 2. par' 1. quæst. 3. art. 6. num. 4. et 5. et artic. 7. etc. =

18 Tametsi, mitte etiam præcepta juris notissima, atque factorum æstimationem attende. Mehercules quam tota hæc verborum congeries nihil est! Profecto in possessione juris præsentandi VOCATIONES initio constituendæ sunt. QUOT fuerunt vocationes? DUO: altera anno 1801: altera anno 1838. Nec regeras ineptissime quadraginta, quinquaginta annorum lapsum, ut enim ea præteream quæ inferius dicenda sunt, quid si centum annis UNA vocatio obtingeret? Quid si quinquaginta annis, ne una quidem? Atqui PLURALITATEM actuum ad possessionem ad observantiam requiri neminem latet. = *QUIA FREQUENS DICI NEQUIT QUOD SEMEL VEL BIS ACCIDIT etc. quod enim semel aut bis existit, prætereunt legislatores, ait Theophrastus a Paullo laudatus in l. 5. et leg. antiqui 3. ff. si pars heredit. petatus = GAGLIARDI op. cit. to. 1. cap. 7. n. 5.* Immo etiam e contrario summario patet actus omnes ad UNUM referri, omnes ab UNO perdere, omnes in UNUM reduci. Qua de causa, quo titulo possidet Margarita et nominat anno 1801? scilicet propter SENTENTIAM AULICAM. Quid memorat exceptio illa anni 1817 qnam uti agnitionem adversarii traducunt? plane idem monumentum anni 1801, sive SENTENTIAM AULICAM. Quo pacto deinceps possessionis exercitium se teuuisse objicit Margarita? Porro eodem fonte unde semel hauserat, propter aulicam sententiam, quæ NULLITATE LABORAT.

19 In singularibus autem exemplis SILENTIUM Ferdinando ejusque fratribus opponere absurdissimum est. Initio occupavimus decretum aulicum, REGE IMPERANTE editum fuisse. Qua ratione poterant agnati e familia Spinelli Principem protestationibus offendere? ALTERA dumtaxat vacatio superesset anno 1838; sed hoc factum oppido quamquam unicum, nobisque innoxium, Margaritæ somnia condemnat. ULTIMUS beneficii status ille fuit, quo Januarius de Fuscaldo anno 1838 gratiam Pontificis usurpavit, sibique LINEÆ FUNDATORIS EXTRANEO, sibi Christinæ CONJUGI administrationem postulavit = *Summ. addit. Margaritæ num.* 11. = Ergo ADVERSARIA post Christinæ funus vel nunquam possedit, vel si possidere cœpit ineunte anno 1838. in

prima indulti concessione pro administratione redituum, DESIIT POSSIDERE exeunte eodem anno, cum extra-
☞ neus e familia FUSCALDO administrationem obtinuit. Quamobrem ita possessionis controversiam præcidam. AUT absurdissima concessio obreptitia fraude usurpata attendi non potest, et intolerandum est illam veluti *possessionis* actum opponi. AUT (quod absit) attendenda videtur: et aliis adtribui poterit, NON ADVERSARIÆ,
☞ quæ actum OPPUGNAVIT, quæ litem CONTRA actum instituit, quæ causam a Januario non habet. Fuscaldio hunc unicum actum objicienti nostrum erit accurrere. Adversariam quod attinet, luculentissimum est eam, quamquam absurdissime semel possedisse fingeretur,
☞ IN ULTIMO STATU, EX ANNO 1838. AD NOS USQUE NON POSSEDISSE NEC POSSIDERE, ideoque non posse in PETITORIO jus clientis refragari.

20 Denique ut possessionis et observantiæ *interpretativæ* quæstionem penitus expleam, Patres sapientissimos rogo ut *speciem* institutionis sedulo animadvertant. Non agitur de testamento, de institutione per privatum actum exarata; res est de PONTIFICIA CONSTITU-
☞ TIONE. Atqui in hujusmodi casibus hoc ex peculiari legis forma receptum est ut sicuti decreto irritanti aliisque clausulis constitutio munita fuerit, neque consuetudo neque observantia admitti possit, nisi IMMEMORABILIS. Attende, quæso, clausulas legis Paulinæ = *Summar. addit. num.* 6. = ibi = reservamus et concedimus etc. *etiamsi illud* (juspatronatus) *litigiosum sit et lis super eo quovis modo pro tempore pendere contingat*, *NULLATENUS DEROGARI, ET SI ILLI DEROGARI CONTINGAT, DEROGATIONEM HUJUSMODI MINIME SUFFRAGARI POSSE. Et quascumque literas contra concessionem hujusmodi a Nobis et a Sede Apostolica pro tempore emanandas, et inde sequuta, quomodocumque, NULLA ET INVALIDA, nulliusque roboris et momenti existere decernimus etc. Sicque* PER QUOSCUMQUE JUDICES, QUAVIS AUCTORITATE FUNGENTES, SUBLATA EIS ET EORUM CUILIBET
☞ QUAVIS ALITER JUDICANDI ET INTERPRETANDI FACULTATE ET AUCTORITATE, JUDICARI,
☞ DEFINIRI ET INTERPRETARI DEBERE, NEC NON QUIDQUID ACTUM SUPER IIS A QUOCUMQUE AUCTORITATE SCIENTES VEL IGNORANTER CONTIGERIT ATTENTARI; IRRITUM ET INANE DECERNIMUS =

21 Atqui si aliter INTERPRETANDI facultas sublata est, si quidquid contra Pontificis voluntatem gereretur, NULLUM, IRRITUM, INANE fuit, jam exploratum est, contra fundationem quadragenariam etiamsi legitima esset, observantiam NON SUFFICERE, absque imme-

morabili. PITONIUS de contr. patr. all. 47. num. 64. = ibi = *Requiritur observantia præscriptiva, ut ait Rota in Leodien. etc., quæ in proposito esse debet IMMEMORABILIS, nec sufficeret centenaria OB DECRETUM IRRITANS adjectum in confirmatione Statutorum* = et in disc. eccles. 61. n. 37. = ibi = *Verum producendo etiam cum supposito quod actus capitulares essent probati legitime, etiam per spatium centenariæ, nihil relevarent, quia* CUM AGATUR DE ABROGANDIS CONSTITUTIONIBUS PAPALIBUS HABENTIBUS IN VENTRE DECRETUM IRRITANS, INDE SEQUITUR UT NULLA CONSUETUDO SUFFRAGARI VALEAT, NISI SIT IMMEMORABILIS =

22 Absit igitur commentitia possessio non pacifica initio, ex nullitate procedens, non legitimo tempore producta, perempta anno 1838, duobus tantum vacationibus supposita; absit nullitas decreti quod laicum tribunal tulit anno 1801; absit quidquid ad confusionem ad tenebras, ad fucum objicitur in simplici jure, in causa facili atque explanata de interpretatione fundationis; atque illa demum VOLUNTAS, illa Constitutio Pontificis, sacra illa Petri Antonii lex quæ dumtaxat attendi debet, tenebricosis inficiatorum captiunculis prævaleat. Quare etc.

Salvator Martini Adv.
Aloysius Vannutelli

Sacra Congregatione Concilii

sive

R. P. D. QUAGLIA

SECRETARIO

MILETEN.

Jurispatronatus et institutionis

pro

Exmo D. Ferdinando Spinelli Duce Seminariæ et R. D. Petro Militano.

contra

Exmum D. March. Margaritam Friozzi, D. Julium Ricciardi, Equitem D. Antonium Spinelli et litis ec.

Restrictus facti et juris

cum Summario Additionali

Pro Congregatione diei 22 Decemb. 1855

Dec. 1855 - Tipografia Pallotta presso la piazza di S. Ignazio

SUMMARIUM

ADDITIONALE

Estratto dei Registri di Cancelleria della Gran Corte Civile sedente in Napoli = L' Enunciata Gran Corte Civile etc. ha resa la seguente risoluzione = Frà il Principe di Cariati D. GENNARO Spinelli, la Principessa di Cariati D. CRISTINA Spinelli parte APPELLANTE, il Duca di Seminara D. OTTAVIO Spinelli parte appellata; L' Avv. D. Gaetano De Mercato patrocinatore del Ceto dei Creditori della Casa Cariati parte appellata non comparente. Il Cavalier D. LUIGI Spinelli, *ed il Sig.* D. FERDINANDO SPINELLI NON COMPARENTE. Omissis etc.

Num. 1
In judicio anni 1817 *in quo agnitio bellici decreti clienti opponitur, non illi cujus haud intererat, et in appellationis judicio NON COMPARUIT, sed Seminariae duci Octavio exceptio esset adscribenda.*

Che nello stesso anno 1798 insorta disputa sulla pertinenza del diritto di nomina alla Rettoria dei SS. Fantino e Giovanni Teologo tra i suddetti D Gaetano, e D. Cristina Spinelli, il già Tribunale di Guerra e Casa Reale con decreto dei 17 Settembre 1798 die termine ordinario sulle dimande delle parti, e sottopose i beni della Rettoria a sequestro; che tal decreto venne per parte di D. Cristina impugnato col rimedio delle nullità poggiate principalmente sulla forza del laudo, e della transazione: che in vista di tali ragioni il rapportato decreto fu rivocato, e fù dichiarato di appartenere tale diritto a D. Cristina, e con altro decreto proferito il 23 Gennaro 1801 = Che all'epoca della detta procura speciale aveva D. Cristina oltrepassati gli anni 18, ed a quella del decreto del 1801 gli anni 21. Considerato che dopo la serie dei fatti narrati le prime voci contro la ridetta transazione s' inalzarono ai 7 Maggio 1808 vale a dire 10 o 11 anni dopo la maggiore età della appellante = Considerando che dalla catena di tanti atti DI RICOGNIZIONE e di esecuzione basta di staccarne due, vale a dire la descritta procura speciale colle carte che indi derivarono il giudizio agitato innanzi al già Tribunale di Guerra e Casa Reale, e gittare sopra di essi uno sguardo pas-

A.
Judicium anni 1801 *haud confirmant sed tantummodo uti Christinæ agnitionem objiciunt Aloysius, et Octavius Spinelli.*

seggiero per rimanere convinto, che la transazione in esame sia stata riconosciuta ed eseguita nel modo più potente preciso, ed incontrastabile.

Num. 2

Fatetur MARGARITA gratiam anni 1838. OBREPTITIAM fuisse, atque a se oppugnatam, et MASCULOS in successione juris primogenialis nominandi, foeminis praeferri.

All' Illmo Mr. Arcivescovo della Diocesi di Mileto. Margherita Spinelli Primogenita del fù D. Niccola Spinelli Marchese di Fuscaldo, e di Cristina Spinelli Principessa di Cariati umilmente espone, che la sud. sua Madre dopo trapassato il primo marito, sposò colle dovute dispense il di lui fratello Germano D. Gennaro. Che in morte di Lei rimasero del secondo matrimonio tre figli Alberto, Ernesto e Sofia, indi congiunta al Conte di Camaldoli D. Giulio Ricciardi, che defunto Alberto la sua successione raccolse il Germano Ernesto; che pur costui trapassato furono leggittimi suoi eredi le sorelle ed il Padre; Che il Marchese D. Gennaro Spinelli a riguardo della defonta sua consorte abusivamente chiamato Principe di Cariati, si rivolse alla S. Sede, e domandò essere dispensato di presentare il Rettore alla Rettoria sotto il titolo dei SS. Fantino, e Giovanni Teologo nel territorio di Seminara Diocesi di Mileto impetrando per lui godimento delle rendite. Che il S. Padre annuì benignamente. Che pertanto nella impartizione del Regio exequator, *l' Oratrice avvertita DELLA SORPRESA fatta alla S. Sede asserendo fallacemente il Marchese DI SPETTARE A LUI IL PATRONATO di quella Rettoria istituita colla Bolla della S. M. di Paolo III. nel* 15 *7bre* 1542 *fortemente si oppose.* Che nel possesorio non potendo l' autorità laica convellere il Pontificio rescritto abbenchè da non vero esposto provocato, fu mantenuta la esecuzione del Breve, ma nel contempo vennero alla Supplicante ampiamente riservate le ragioni, da farne in giudizio petitorio lo esperimento.

E che tal giudizio venne introdotto, ma poscia la supplicante volendo risparmiare al Patrigno rumori, e dispendj, ed impedire che le affettuose relazioni fra essi innanzi serbate svanissero del tutto, si guardò dal proseguirlo, e tollerò ch'ei si godesse durante vita le rendite della Rettoria, tolleranza per molti anni durata ma già finita, per l'avvenuta morte del Marchese di Fuscaldo nel dì 3 Giugno corr. anno· Posti questi semplici fatti l' Oratrice supplica perchè nell' esercizio del diritto di Patronato attivo a Lei sola appartenente gradisca in via di presentazione per

Rettore la persona dell'unico suo figlio maschio Marchesino Giuseppe Friozzi venuto dal di Lei matrimonio col Marchese D. Lorenzo Friozzi. Confida la Supplicante nella sua giustizia per l' accoglimento di tal presentazione, *tra PERCHÈ GIUSTA LA SUDETTA BOLLA della S. M. Paolo III, NON ESSENDOVI PIU' MASCHI DELLA CONTEMPLATA FAMIGLIA SPINELLI*, dei Conti prima, indi dei Principi di Cariati alla supplicante il diritto di Patronato in disame esclusivamente spetta, qual primogenita discendente da Cristina Spinelli Principessa di Cariati, ed anche perchè non uno, ma più esempj sonosi dati nei trascorsi tempi per la presentazione a Rettore di persone Laiche.

Margherita Spinelli Principessa di Cariati.

Die 1 7bris 1851 Mileti in hac Episcopali Curia presentata fuit et per Illũum et R. D. Vicarium Gen. Mileten. fuit provisum et decretum quod servetur in actis ad finem etc.

Datum Mileti ut supra

Joseph Antonius Marrone Vic. Gen.

Num. 3.
Incompetentia laici tribunalis in causa de pertinentia juris patronatus, regia deliberatione demonstratur.

Memoria sulla qualità e dipendenza della Rettoria de Santi Fantino e Giovanni Teologo in Diocesi di Mileto Provincia di Calabria Ulteriore

§ 1 Origine della Rettoria nello stato in cui ora esiste. Nella antica Diocesi di Taureana la cui sede fu trapiantata nello scorcio del 11° Secolo in Mileto fiorivano degli istituti Basiliani = Omissis etc.

§ 4 *Vertenza dei Compatroni* = Or siccome ogni Giuspatronato, o Gentilizio, od ereditario trasferisce il diritto della presentazione ai successori a norma dei patti, e condizioni spiegati nella fondazione, e tale disposizione Canonica è applicabie al caso in disame, coerentemente allo spirito della concessione Pontificia, è perciò che vacata la Rettoria nel Novembre 1797 per morte dell' Illustre D. Scipione Spinelli, corsero dei piati fra D. Cristina Spinelli Principessa di Cariati ed il Duca di Seminara D. Gaetano Spinelli sulla pertinenza del Patronato. Quindi a sperimento dei respettivi loro diritti nel 1798 *la Generale Udienza di Guerra, e Casa Reale PER APPOSITA SOVRANA DELEGAZIONE* recossi a premura di finire le insorte controversie riguardo al diritto attivo, e passivo, con

due decreti del 23 Gennajo e 18 Giugno 1805 ORDINANDO ALTRESI' DI MANTENERSI IN TUTTO SALVA LA FORMA DELLA FONDAZIONE DI PAOLO III. = Omissis ec.

§ 6 Punto di vertenza = Oggetto di questa Memoria. Queste ultime considerazioni suscitarono un dubbio nella mente dell'Ordinario Diocesano sulla competenza del giudicato Ecclesiastico nella presente questione di spettanza: Perchè trattasi di Rettoria di una Chiesa tuttavia esistente, che in origine non era soggetta ad alcun padronato, *e che venne dotata di beni PURAMENTE ECCLESIASTICI*, e su cui dopo secoli della sua libera esistenza si concesse per privilegio Pontificio il padronato al Conte Pietro Antonio Spinelli, e suoi successori: chiedesi se per la vigente polizia del Regno l'anzidetta Rettoria debbasi considerare colpita dell' Apostolico Breve dei 5 Novembre 1839 = *Dum collatis* = o sia bastevole a giustificare la sua qualità Ecclesiastica, e padronato particolare, e quindi la competenza della Corte Ecclesiastica, nel giudizio di spettanza, la Bolla di concessione di Paolo III.

In simile controversia SULLA SPETTANZA DI PADRONATO sul Primiceriato della Cattedrale di Napoli concesso per privilegio da Leone X alla famiglia de Gennaro, ebbe luogo il Sovrano Rescritto del 19 Novembre 1819 del tenore seguente = Ho rassegnato a S. M. un rapporto del Vicario Generale di Vostra Eminenza della data dei 21 Ottobre riguardante la controversia che si è eccitata PEL ESERCIZIO DEL PADRONATO cui è soggetto il Primiceriato vacante in questa Cattedrale: *e la M. S. nel Consiglio del corrente giorno ha risoluto, che* TRATTANDOSI DI BENEFICIO DI NATURA ECCLESIASTICA, ED IN CUI NON SI DIFFICULTA DI ESSERVI LA FONDAZIONE, ED EREZIONE IN TITOLO, PROCEDA NELLA DETTA CONTROVERSIA, COTESTA CURIA ARCIVESCOVILE ESEGUENDOSI LA REGOLA STABILITA NELLA SOVRANA DETERMINAZIONE DEL 9 GIUGNO 1771

Num. 4.

Idipsum hac eadem in causa evincitur

Ministero e Reale Segreteria degli affari Ecclesiastici ed Istruzione Publica = Illmo e Revdmo Signore.

In seguito del dubio elevato dalla Signoria Vostra

Illma e Rma circa la competenza nel giudizio pendente innanti questa Curia Vescovile tra diversi rami della casa Spinelli sul Patronato della Badia, e Rettoria sotto il titolo dei SS. Fantino, e Giovanni Teologo; la Consulta di questi Reali Dominj ha rilevato, che dopo la sopradotazione fatta da Pietro Antonio Spinelli Duca di Seminara, confermossi la qualità Ecclesiastica del Beneficio, posteriormente rifermata da continuate proviste costantemente fatte sulla nomina dei Patroni, e colla Canonica Istituzione dell'Ordinario Diocesano: ne poi potrebbe dirsi devoluto alla Real Corona il Patronato come ex Feudale, perchè da documenti è provato, che in tempo della sunnominata sopradotazione, il Feudatario del luogo non era della famiglia Spinelli. Quindi quel Consesso ha opinato dichiararsi competente cotesta Curia Vescovile nella controversia detta spettanza del patronato sul beneficio ansidetto, insorta tra componenti la Casa Spinelli, e quindi presso la med. le parti si proveggano come di diritto. Nel Consiglio ordinario di Stato del 13 andante mese di Febrajo, essendosi S. M. degnata di approvare il sopraccennato avviso della Consulta, nel Regal Nome la partecipo a V. S. Illma e Revma per l'uso corrispondente, ed in riscontro del rapporto del 7 Luglio prossimo scorso anno. Napoli 15 Febrajo 1854 = Il Direttore F. Scorza = A Mons. Vescovo di Mileto.

Num. 5. *Cariatensis adversaria fatetur Ferdinandum esse* = discendente diretto della linea mascolina = *tum masculos præferri, et quæstionem juxta FUNDATIONIS leges esse dirimendam.*

ALLEGATIO. Altre ragioni *per la Eccellentissima Signora* MARGHERITA SPINELLI Principessa di Cariati nel giudizio di spettanza del Padronato di nomina al Beneficio dei SS. Fantino, e Giovanni Teologo agitato innanzi la Revma Curia di Mileto dal Duca di Seminara Ferdinando Spinelli, dal Cavaliere Antonio Spinelli Fuscaldo, e dal Conte dei Camaldoli Giulio Ricciardi. = Omissis etc. . . . 2. Contro il Cav. Antonio Spinelli Fuscaldo. Non sa comprendersi con qual principio di ragione il Cav. Antonio Spinelli Fuscaldo pretende il diritto di nomina al Beneficio de' SS. Fantino e Giovanni Teologo, mentre Egli non ha dimostrato essere discendente, nè tampoco collaterale di Pietro Antonio Spinelli fondatore nel 1542 del cennato Beneficio? Ma con questi dato pure, che un attacco collaterale

avesse, qual giovamento potrebbe derivargli, SE SONO IN CAUSA ED ESISTONO I DISCENDENTI DIRETTI DELLA LINEA MASCOLINA DELLA PRIMOGENITURA NELLA PERSONA DEL SIGNOR DUCA DI SEMINARA, al quale per quanto di sopra si è detto, è interdetta la pretensione alla nomina del beneficio? È oramai conosciuto che nelle vicende di Beneficj Ecclesiastici BISOGNA STARE AL DISPOSTO ED ALLA IDEA DEL FONDATORE CORROBORATA DALLA POTESTA' PONTIFICIA. *La Bolla di Paolo III. tenuta presente dal Consigliere Vanvitelli, allorchè in contradizione de' presunti aventi diritti dichiarò essere della Principessa Cristina il diritto di nomina, chiaramente dispone APPARTENERE A' FIGLI MASCHI DA PRIMOGENITO IN PRIMOGENITO IL DIRITTO DI NOMINA AL BENEFICIO. ORA ESISTENDO IL DUCA DI SEMINARA (ripetiamolo) DISCENDENTE PER LINEA RETTA DAL FONDATORE, si alza una diga insormontabile contro il Cav. Antonio Spinelli Fuscaldo,* quando anche si trovasse discendente collaterale del fondatore istesso ec.

Num. 6.
Quodlibet quadragenariæ observantiæ evanescit propter clausulas gravissimas CONSTITUTIONIS Pontificiæ et decretum irritans, quod nonnisi per consuetudinem, vel observantiam IMMEMORABILEM posset elidi.

PAULUS Episcopus Servus Servorum Dei = Dilecto filio nobili viro PETRO ANTONIO SPINELLI etc. . . . . Omissis etc. = Filio tuo primogenito MASCULO ipsiusque primogeniti filiis MASCULIS de primogenito in primogenitum, et ILLIS NON EXISTENTIBUS, aliis filiis TUIS, eorumque filiis; ac ipsis deficientibus tuis proximioribus de familia Spinellorum Consanguineis SIMILITER MASCULIS, et de primogenito in primogenitum, et DEINDE FOEMINIS præfatis Auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo reservamus et concedimus ipsumque juspatronatus, et præsentandi ejusdem qualitatis, et naturæ existere, ac iisdem robur ubique obtinere cujus esset, et obtineret si tibi nec non filiis et descendentibus et consanguineis præfatis ex fundatione, ac plena de tuis ac eorum bonis patrimonialibus facta Ecclesiarum hujusmodi donatione quæsitum foret et competeret; et ut tale, subderogationibus juris patronatus ex privilegio Apostolico quæsiti minime comprehendi, ac illi etiam de nominibus et cognominibus tuis, ac filiorum, nec non descendentium et consanguineo-

rum prædictorum eorumdem præsentium expressa mentio fiat vel *etiam si illud litigiosum sit, et lis super eo quovis modo pro tempore pendere contingat NULLATENUS DEROGARI, ET SI ILLI DEROGARI CONTINGAT, DEROGATIONEM HUJUSMODI MINIME SUFFRAGARI POSSE. Et quascumque literas contra concessionem hujusmodi a Nobis et Sede Apostolica pro tempore emanandas, ET INDE SECUTA quomodocumque NULLA ET INVALIDA nulliusque roboris et momenti existere decernimus*, nec non personas ut præfertur pro tempore præsentatas aliquam pro celebratione missarum et aliorum divinorum officiorum hujusmodi nisi de tuo et filiorum ac descendentium et consanguineorum eorumdem expresso consensu in dicti Ecclesiis deputare minime debere et si personas præsentatas hujusmodi propter delicta aut alio quovis modo dictis Ecclesiis privari pro tempore contingat, tunc te ac filios, nec non descendentes et consanguineos alias personas idoneas iidem Ordinario præsentare libere et licere posse. Sicque ☞ PER QUOSCUMQUE JUDICES QUAVIS AUCTORITATE FUNGENTES SUBLATA EIS ET EORUM CUILIBET QUAVIS ALITER JUDICANDI, ET INTERPRETANDI FACULTATE ET AUCTORITATE, JUDICARI, DEFINIRI, ET INTERPRETARI DEBERE, NEC NON QUIDQUID ACTUM SUPER IIS A QUACUMQUE AUCTORITATE SCIENTER VEL IGNORANTER CONTIGERIT ATTENTARI, IRRITUM, ET INANE DECERNIMUS. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam sive absolutionibus, reservationis. concessionis, declarationis et decreti infringere vel ei ausu temerario contraire. Si qnis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei ac Sanctorum Petri at Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo secundo tertio Kalendas Octobris Pontificatus Nostri anno octavo.

F. Joannes de Fortis Bar. Not. pro Mag. Er. R.
Ambrus P. de Torres.

Jo. Angelo Ricci M. adest Sigillum in firma.

Extracta est præsens copia a suo proprio originali in caractere Gotico, et in carta pergamena exarato cui alligatum est sigillum plumbeum cum laqueo lineo rubri coloris existente in Archivio Illmi Principis Cariatentium cum quo facta collatione concordat meliori semper salva, et in fidem etc.

Ego Notarius Philippus Maria Barbaro de Neapoli hac die 26 mensis Augusti 1785 requisitus signavi.

Locus signi concordat cum suo originali meliore revisione semper salva, et in fidem ec.

Datum Neapoli die 28 Julii 1798
Franciscus Santorsola
Adi 31 Agosto 1798
Die 24 Augusti 1852

Mileti in hac Episcopali Curia præsentata fuit ec.
Palumbo Cancellarius ec.

Sacra Congregatione Concilii

sive

R. P. D. QUAGLIA

SECRETARIO

MILETEN.

Jurispatronatus et institutionis

pro

Exmo D. Ferdinando Spinelli Duce Seminariæ et R. D. Petro Militano.

Summarium Additionale

Dec. 1855 - Tipografia Pallotta presso la piazza di S. Ignazio

MILETEN.

JURISPATRONATUS



Emi ac Rmi Patres

1 Partes ita diviserunt in secunda hac actione tum princeps foemina Margarita, tum Ricciardii, ut in bullæ interpretatione penitus profligati, EXTRINSECA argumenta, supremum veluti diffugium captarent. Illa igitur decreta nominationum et gratiam Apostolicæ sedis, unde tot *res judicatas* nescio quo pacto somniatur, alteri transactionem vehementissime arripiunt. Temporis ratio postulat ut primum de TRANSACTIONE, deinde de DECRETIS et OBSERVANTIA dicamus: mox erit decipulæ quoad fundationis interpretationem occurrendum.

2 Quocumque pignore contendunt Ricciardii jus patronatus fuisse in transactione anni 1795 comprehensum, ac proinde a cliente abdicatum. Ego vero ostendam *primo*, licet contrahentes voluissent de patronatu transigere, nullum inde præjudicium clientis juribus inferri: *deinde* nec voluntatem contrahentium neque transactionis textum posse ad juris patronatus abdicationem produci. SCIPIO Seminariæ Dux anno 1795 transactionem conciliavit, minime vero cliens. Fac etiam, quod absit, jus patronatus in concordia fuisse a Scipione dimissum. Poterat ne in præjudicium SUCCESSORUM Scipio jus illud alienare? poterat ne PROPRIO JURE vocatos inhibere? Atqui elementare est non posse a progressivi juris possessore præjudicium successoribus inferri.

3 Quo in loco Ricciardii obviam offensionem prævidentes, duplici ratione occurrunt. Contendunt primi, auctoritate Urceoli *transactionem* bona fide initam, successores etiam proprio jure venientes adstringere: tum ipsam a cliente concordiam solemniter fuisse probatam. Fallacissimum utrumque argumentum persequar. Quod Urceolus tradit, atque eodem in loco a Gagliardio probatum fertur, hæc habet = *Si bona fide litem reapse dubiam* SUPER PATRONATUS PERTINENTIA MOtam *legitima transactione diremerint* (transigentes) *successores proprio etiam jure venientes ad gentilitium aut*

familiarem patronatum afficiunt = Distinguendum igitur ita est ab adversariis. Siquidem LIS DE PATRONATU fiat, utique possessoribus licet transigere, et successores concordiam bona fide initam infringere nequeunt. Aliud sed profecto et longe aliud est cum lis non super PATRONATU, sed aliis in bonis vel juribus versaretur, atque transigentes ut correspettivitatem aliquam inveniant vel adaugeant, patronatum LITIBUS EXTRANEUM in concordia alienarent. Tunc enim cessat obligationis ratio quæ ex æquitate et utilitate ducitur, sive *ex dubio litis eventu*: atque patronatus cessio licet in transactione conventa, reapse concordiæ causam non constituit, atque in communem alienationem resolvitur.

4 Itaque in casu non erat de jure patronatus concordia; cum enim multa essent quæstionum capita inter Scipionem et Cristinam, tum nulla umquam orta fuerat DE JURE PATRONATUS controversia. Sit quidem igitur transigi de feudo, de fidecommisso, de patronatu ad lites comprimendas, posse; at profecto possessori non licet ad alias lites compescendas, feudum, fideicommissum, patronatum alienare.

5 Redit enim perpetua in hujusmodi alienationibus jurisprudentia, conventionem in successorum detrimentum initam eos non afficere. Ita S. Rotae Auditorium in Decis. 286. num. 23 cor. Cerro = ibi = *Denique Domini ponderabant, quod cum Marchio, et litis Consortes non sint hæredes, nec mediate, nec immediate dictorum fratrum transigentium, et dividentium, sed agant EX PROPRIA IPSORUM PERSONA, ET PROPRIO JURE, independenter ab illis tanquam vocati ad dictum fideicommissum Dominici, ut firmatur in decisione hujus causæ cor. bo. mem. Pirovano, PRÆFATA INSTRUMENTA, aliaque inter illos successive celebrata IPSIS PRAEJUDICARE NON POSSUNT leg. Seja ff. de evict. leg. fin. C. eod. RIP. in d. leg. qui Romæ d. § duo fratres num.* 101 *ff. de verb. obligat. ODD. d. Cons.* 49 *num.* 20 *et* 22, *PEREGR. dict. art.* 52 *num.* 87 *et* 91, *FUSAR.* de *qu.* 593 *num.* 165, *et qu.* 597 *num.* 1, *ROTA decis.* 597 *num.* 15 *et* 16 *par.* 5 *recent. in Bonon. fideicomm. de Boalterys* 8 *Aprilis* 1644 *cor. Reverendiss. Salamant.*

6 Et in decis. 1196 *num.* 23 *et seqq.* cor. *Molines* = *ibi* = *Ex iisdem, aliisque rationiqus censuerunt quoque Domini, NON OBSTARE TRANSACTIONEM, seu cessionem jurium emissam per Herculem Patrem Camilli etc. Et primo sane visa fuit nulla dicta cessio, ex quo processit cum supposito, quod bona cessa comprehensa non essent sub fideicommisso primogeniali Herculis Senioris de Triottis etc. Secundo, QUIA HERCULES NON POTERAT IN PRÆ-*

JUDICIUM CAMILLI FILII, ALIORUMQUE SUCCESSIVE VOCATORUM IN DICTA PRIMOGENITURA CEDERE IN PERPETUUM ILLIUS JURA FAVORE EXTRANEI, Molin. de primogenit. Hispaniæ lib. 4 cap. 9 num. 7, Peregr. de fideicom. art. 52 num. 82, Rota dec. 286 num. 23 cor. Cerro, et decis. 277 n. 3 par. 18. Recent. non suffragante ratificatione cessionis factæ per dictum Camillum, quia ista secuta fuit de tempore, quo non adhuc minorem excesserat ætatem sine solemnitatibus Statuti Ferrariæ Rubrica 91. de contract. minor. =

7 Accedit idem, quo Ricciardii abutuntura auctore GALIARDI de jur. patronat. cap. 14 num. 2 = ibi = *Verum hereditarius tantum patronatus ad particulares transire valet successores: propterea quod heres patronis de patronatu disponentis voluntatem, factamque patronatus translationem impugnare, aut rescindere nequaquam potest, ex rationibus supra expensis cap. 10 num. 30. SECUS VERO DICENDUM IN GENTILITIO, ET FAMILIARI mixtove PATRONATU, quem ad extraneos trasferri quovis titulo non posse tradunt unanimiter Doctores. Quoniam quæsitum successoribus ex propria persona venientibus ab ipsoque fundatore vocatis jus auferre, infringere, vel quomodolibet minuere nequeunt patroni notissimis juribus: quin nec fundator ipse post perfectam adsentiente Episcopo fundationem mutare unquam potest voluntatem suam detrimento damnove successorum.* =

8 At enim, Ricciardii regerunt, transactionem tute confirmavisti anno 1817; atqui tralatitium in jure est eumdem actum partim probari, partim rejici non posse. Unde sequitur tibi omnino etiam juris patronatus cessionem esse confirmandam. Tres habet partes hoc argumentum. Prima est Ducem Seminariæ Ferdinandum anno 1817 transactionem probavisse: quam equidem si veritatem factorum aliter proponas, non inficior. Scilicet Christina nominum solutionem creditoribus denegabat urgens BONORUM distributionem anno 1795 in concordia peractam, nullam esse. Obstitit cliens et contendit BONORUM distributionem in concordia validam fuisse. Alteram pariter argumenti partem cum modo admittimus: nempe haud successori licere transactionem partim ratam habere, partim inficiari, in iis quæ diserte in concordia placuerunt atque in ipsa bonorum distributionem. Tertium vero illud nullo pacto admittere possumus, quod cessio juris patronatus ita fuerit in specie a cliente confirmata.

9 Quandoquidem actum fuerat in transactione de successionibus ad majoratus, ad fideicommissa, quæ NOMI-

NATIM in disputationem venerant; PATRONATUM quod attinet nec unquam fuerat in judiciale discrimen adductum, nec illius MENTIO in concordia facta est. Adversarii vel ipsi fatentur expressam jurispatronatus cessionem deficere, atque eam dumtaxat per inductionem, PER INTERPRETATIONEM, ex conjectura esse præsumendam: quod perditissime tuentur. At qua ratione voluntas ad incognita, ad occulta, ad ambigua producatur? Confirmavit transactionem cliens in iis quæ expressa sunt: at quomodo hæc ratihabitio ad NON EXPRESSA extendi poterit?

10 Regula igitur ut idem actus partim excipi, partim impugnari nequeat, exulat in casu, cum acceptatio sine SCIENTIA non obstet. Annot. ad decis. 1 par. 8 Recent. num. 53. seq. = ibi = *Nam licet apertum sit quod acceptans contractum ab alio gestum, teneatur illud acceptare cum omnibus suis qualitatibus*, *ID PROCEDIT*, *DATA NOTITIA QUALITATUM*, *alias si ignorantia posset considerari, de vento serviret talis acceptatio, quoniam tali casu* NON DICITUR ACCEPTARE . . *et ratio est* QUIA NON VIDETUR JUS SUUM REMITTERE ET CONSENTIRE QUI IGNORAT, LICET ACCEPTET ALIQUID *etc. et dixit Rota etc. et fuit dictum in causa Portuen. affictus* 1. *Jul.* 1650 *cor. Bichio* = ibi = NUSQUAM ENIM RATIFICATIO TRAHITUR AD IGNORATA, QUIN AD EAM INDUCENDAM REQUIRITUR SPECIFICA NOTITIA PACTI, EX QUO GIGNI POTEST PRÆJUDICIUM = Non obstat igitur clienti transactionis ratihabitio quod ad JUS PATRONATUS, ac redit illi semper integrum esse jus, quod a possessoribus in successorum præjudicium dimtti non poterat.

11 Tametsi hoc ab initio monui atque probandum suscepi, JUS PATRONATUS non fuisse in transactione alienatum. Hoc ut negent Ricciardii, laciniam proferunt instrumenti, ubi cessionem jurium etiam PRIMOGENIALIUM contendunt latissimam contineri. Atqui, cum primogeniale jus sit patronatus, concludunt latissima illa alienationis formula intercipi; quod cæterum ex jure communi in universitate vendita locum sibi vindicaret. Queruntur Ricciardii, quod in superiori propositione Orator Cariatensis egregius illum instrumenti locum omiserit, nec vident omissionis rationem. Scilicet alienatio illa jurium PRIMOGENIALIUM in Duce Seminariæ Scipione, quamquam foeminis non prosit nec ad patronatum attinent, uti mox occupabimus, unum luculentissime probat, scilicet reapse Scipionem secundo geniti filium UTI PRIMOGENITUM a foemina fuisse

renuntiatum . Cessio vero quam Ricciardi producunt, centies in universo contractu referebatur, quin opus esset inanem illam repetitionem *novitatis* loco jactare.

12 Vis ac robur contrarii argumenti in eo consistit, primo ut primogenialia jura OMNIA fuerint alienata: secundo ut huic cessioni implicite insit patronatus. Atqui constat e contrario primogenialia jura QUÆ IN DISCEPTATIONEM VENERANT dumtaxat alienata fuisse: deinde in hac jurium cessione jura PRIMOGENITURIS EXTRANEA, ac mere personalia non contineri.

13 Super JUDICIALI controversia de concordia actum fuit. Hæc DUMTAXAT erant quæstionis capita - *Summar. Margaritæ pag.* 8 « ibi » *aperta certamente si sarebbe la strada ad uno strepitoso e rovinoso litigio* **PER LA SUCCESSIONE AI BENI DELLA CASA CARIATI** *fra d. Signora Principessa D. Cristina e d. Sig. D. Scipione.* = Judex a Rege Delegatus constituit decreto « ibi pag. 11 » *dalle parti accettato relativamente alla successione* **DEI BENI** *della casa Cariati e alla spettanza degli antichi* **MAGGIORATI** *e* **FEDECOMMESSI** *di essa casa, decise i seguenti articoli* 1. *Che la successione dei* **BENI**, *titoli e dignità* (nempe bonis et majoratibus inhærentium) *spetti alla nominata ec.* 2. *Che il* **FEDECOMMESSO** *ossia* **MAGGIORATO** *ordinato dal Conte di Cariati D. Giovanni Battista Spinelli ec. fu nullo ed inutile ec.* 3. *Che parimenti alla stessa Sig. Principessa D. Cristina spetti così il* **MAGGIORASCO** *di ducati* 150 *mila, come l'altro* **MAGGIORASCO ISTITUITO** *dal fu Principe D. Carlo ec.* 4. *Che il* **MAGGIORASCO** *istituito nella somma di ducati* 15 *mila dal Duca di Seminara ec. rimase caducato ec.* 5. *Che il* **MAGGIORASCO** *istituito dalla fu Principessa di Cariati .... spetti al mentovato Sig. D. Scipione ec.* 6. *Che allo stesso Sig. D. Scipione ... spetti il* **MAGGIORASCO** *di ducati* 200 *mila ec.* 7. *E finalmente che del pari allo stesso Sig. D. Scipione Spinelli ... spetti il* **FEDECOMMESSO** *ossia secondogenitura ec. Per l'opposto trovandosi non decisi dal cennato Delegato Signor Consigliere D' Andrea i seguenti articoli, cioè* 1. *Se il* **MAGGIORASCO** *istituito dal Conte di Cariati D. Gio. Batt. Spinelli ... non potendo aver luogo sul corpo dei feudi, potesse aver luogo sul prezzo ec.* 2. *Quali siano i beni sottoposti al* **MAGGIORASCO** *della fu Principessa di Cariati D. Giovanna ec.* 3. *Del* **MAGGIORASCO** *ec.* 4 *E finalmente per la* **SECONDOGENITURA** *istituita dal fu Duca di Seminara ec.* =

14 HÆC igitur dumtaxat fuerunt transactionis subjecta « ibi

pag. 15 » *Entrate le Signore parti nella considerazione delle tante e sì grandi discussioni, delle quali era d'uopo prevenirsi a capo della chiesta decisione DI DETTI ARTICOLI controvertibili ... hanno convenuto, fissato e stabilito i seguenti capi di transazione, concessione e concordia ec.* = Atqui gravissimum primo illud est in transactione interpretanda, ut potissimum **NARRATIVA** atque **DISPOSITIVA** attendantur verba, quam si in **CERTIS** bonis ac juribus definita sint, **EA JURA AC BONA** transactio nequit excedere. Ita **URCEOLUS** de transact. quæst. 81 n. 10 « ibi » *Primus casus est quando ex verbis narrativis et dispositivis colligitur transactionem restrictam, limitatam, coarctatam fuisse AD CERTA BONA JURA vel personas: TUNC EA NON EXTENDITUR AD ALIA BONA ET JURA ALIUNDE PROVENIENTIA, textus, est etc. Valasch. ubi inquit casum esse clarum quando PETITIO EST SPECIALIS, et transactio seu QUIETATIO EST ETIAM SPECIALIS, quæ præjudicat solum in re illa, et non extenditur.* =

15 Quid actum fuit in transactione? Ut principi foeminae Cariatensi adscriberentur **MAJORATUS** et **FIDEICOMMISSA**, eorumque bona et **JURA** in iisdem pertinentia, Duci vero Seminariæ pecuniarium creditum atque ducalis titulus contingeret. **RENUNCIATIO** igitur atque cessio, quam Scipio obsignavit, continet quidem latissime **JURA ACTIONES** sive deductas sive deducendas, sive futuras; continet quidem jura **PRIMOGENIALIA**, sed ea dumtaxat continet, quæ uti primogenitus in **IIS** majoratibus, in **IISDEM** bonis, in **IISDEM** fideicommissis poterat exercere: minime vero jura **PERSONALIA**, quæ majoratibus, fideicommissis ac bonis omnibus, ac proinde transactioni erant penitus **EXTRANEA**.

16 Itaque in contractu pecuniarium creditum et ducalis titulus Scipioni ceduntur = *Summar. Margaritæ pag.* 16. « *ibi* » *in compenso DI TUTTI I FEDECOMMISSI dichiarati a favore del suddetto Eccmo Signor D. Scipione Spinelli col mentorato decreto ec. cioè del MAGGIORASCO della fu Principessa di Cariati D. Giovanna di Capua, del MAGGIORASCO della quondam Principessa di Tarsia e della SECONDOGENITURA ordinata ec. dei FRUTTI maturati ec. E DI OGNI ALTRA QUALUNQUE PRETENSIONE di esso Signor D. Scipione tanto dedotta, quanto non dedotta* (☞) *NEL SUDDETTO NOME*(☜) = Jura omnia igitur abdicavit Scipio, non quæ ex persona propria quomodocumque ei competerent, sed quæ scatebant « **NEL SUDDETTO NOME** » Scilicet nomine et titulo **MAJORATUUM** quos cedebat.

Quod rursus contrahentes paulo post interpretantur « ibi » pag. 21 *COME CHIAMATO al godimento DEI DIVISATI FEDECOMMESSI, CIOE' DEL MAGGIORASCO della fu principessa D. Giovanna ec. dell' altro MAGGIORASCO della quondam Principessa D. Isabella, e della additata SECONDOGENITURA* »

17 Quid refert quod in lacinia quam Ricciardi abscissam referunt Scipio nuncium miserit juribus ad eum pertinentibus « COME PRIMOGENITO » ? Id cantum legitur, quia reapse JURE PRIMOGENITI Judex Delegatus mandaverat illi quædam FIDEICOMMISSA, quosdam majoratus adscribi, ut perhibent decreta « *Summar. Margaritæ pag.* 12 « *ibi* » *Il* MAGGIORASCO *istituito dalla fu Principessa ec. spetti al mentovato Signor D. Scipione Spinelli* COME DISCENDENTE MASCHIO CHE TIEN LUOGO DI PRIMOGENITO NELLA FAMIGLIA SPINELLI DI CARIATI. *Allo stesso Signor D. Scipione Spinelli colla medesima qualità* DI DISCENDENTE MASCHIO CHE TIEN LUOGO DI PRIMOGENITO *nella famiglia Spinelli di Cariati, spetti il* MAGGIORASCO *di ducati* 200 *mila ec.* Immo ut cessio ad singula litis capita porrigeretur, scilicet etiam ad *secundogenituram* ex Antonio, de qua *cit. Summar. pag.* 13 *princ.* in clausulis a Ricciardio allatis nuncium mittitur jure « *come figliuol primogenito del cennato...* DON ANTONIO SPINELLI » Cessit igitur Scipio jura PRIMOGENITI, quia uti primogenitus reapse duplicis majoratus et secundogeniture emolumentum nanciscebatur.

18 Apage nugas propterea de amplitudine illa et inani apparatu verborum ac formularum, quibus concordia illa Notarii opere volumen tam late patens quam Urceoli tractatus complevit. Atqui cum appareat transactionem de certis capitibus, de certis finibus, de certis bonorum speciebus initam fuisse, QUORUM INTUITU lites agebantur, ex jure PRÆSUMENDUM est concordiam ad alia bona, ad alios fines, ad alia capita non extendi, ut ut prægnantibus atque latissimis verbis conceptam. Jus notissimum diserte tradit atque exornat URCEOLUS de transact. quæst. 81 num. 6, seqq. « ibi » *Ex quibus juribus et auctoritatibus infertur ec. quod nempe transactionis verba, quamquam generalissima, etiam cum clausula « ex quacumque causa et occasione cogitata et incogitata, cognita vel incognita » et similibus, non operantur suum absolutum et generalem effectum, sed* INTRA CANCELLOS CAUSÆ ET OCCASIONIS OB QUAS TRANSIGITUR, RESTRINGUNTUR. *L. si de certa ec. Quam restrictionem eo maxime recipere debemus, si appareat transactionem factam fuisse de et super certis bonis,*

☞ QUORUM OCCASIONE LITES AGEBANTUR, *tunc enim transactio tamquam restricta ad certa bona*, NON EXTENDITUR AD ALIA, QUANTUMVIS CONCEPTA, SIT VERBIS GENERALIBUS ET AMPLISSIMIS, *ex* ☞ *natura nimirum actus, qui geritur de voluntate partium restricti ad determinata bona in transactione specificata* »

19 Neque hoc in casu notissimum Notariorum abusum Auctor moratur, quia præsumpta potius partium voluntas, quam verborum sonitus attendi debet « ibi » *Animadvertendo ulterius similem verborum amplitudinem plerumque provenire ex Notariorum usu et stylo et qui solent in* ☞ *transactionibus apponere clausulas inferentes liberationem generalem se extendentem ad incognita, ut notarunt Bartol., QUOD POTISSIMUM DEBET RESPICI CAUSA, EX QUA FUIT TRANSACTUM, et quod si post voluntatem contrahentium explicatam verbis intellectis etiam a rudibus et imperitis, subsequantur verba generalia obscura, vel clausulæ inducentes extensivam interpretationem, POTIUS EX NOTARIORUM STYLO ET CONSUETUDINE, QUAM EX MENTE CONTRAHENTIUM APPOSITÆ CENSENTUR* =.

20 Illud etiam Ricciardii insinuare contendunt, jus honorificum pro jure honorifico sive titulum Ducis pro *jure patronatus* cessum Scipioni fuisse. Absit fabula perditissima, quippe ex dispositiva transactionis erumpit titulum ducis non in correspectivitatem alterius juris, sed utriusque *majoratus* et *secundogenituræ* admissum extitisse. Redeat concordia = *Summar.* Margaritæ pag. 16. « ibi » *Che* IN COMPENSO DI TUTTI I FEDECOMMESSI . . . *cioè del maggiorasco ec. e di ogni altra qualunque pretenzione di esso Signor D. Scipione tanto dedotta, quanto non dedotta NEL SUDDETTO NOME ec. dovesse detta Principessa D. Cristina cedere al suddetto Signor D. Scipione e suoi eredi . . . IL TITOLO DI DUCA di Seminara* = Immo etiam hoc ex capite, PP. AA. quam absurda sit interpretatio adversa- ☞ riorum videte. MAXIMI MOMENTI habetur in familia Spinelli hoc jus nominandi. Ditissimus est beneficii fructus, atque eo fere semper aliquis a familia ipsa Spinelli, qui requisitis qualitatibus polleret, frui solebat. Quanti faciant omnes hoc jus, in præsenti etiam judicio contendentium multitudo et sumptus demonstrant. Itaque hoc jus nominandi ob illius fructum atque utilitatem, MAJORATUM poterat æquiparari. At mehercules, quomodo fieri poterat ut partes in transactione fructus bonorum, institutiones omnes, testamenta diligentissime non semel, sed millies recenserent, de hoc ☞ vero gravissimo JURE PATRONATUS ne verbum qui-

dem nec vestigium relinquerent? Atqui cum e subjecti gravitate inverisimilitudo urgeat silentii, amplitudo illa verborum ad gravia hujusmodi consectaria nequit produci, quemadmodum eodem in loco sequitur cit. Auctor « ibi » *præsertim si ex illis* (clausulis) *inducatur aliquid* QUOD SIT MAGNI PONDERIS, *quoniam tunc* REDDITUR INVERISIMILE QUOD SI PARTES DE EO COGITASSENT, NON EXPRESSISSENT =.

21 Quæ cum ita sint, perperam Ricciardii ad præsumptionem juris convolant, ex qua contendunt in generalitate verborum ac jurium per alienationem etiam patronatum contineri. Hujusmodi principium generica auctoritate, nullo distinctionis delectu probant. Nos vero in restrictu distinctionem a doctissimis auctoribus traditam atque in foro receptam enucleavimus, inter jus quod BONIS inhæret, ac jus PERSONALE. Sed accurata responsione præstat Ricciardi erroribus occurrere. Is Rotam allegat coram Ninot. Quod superest, nempe allegationem Pitonii 100, n. 269, et Rotam cor. Rondinino, idcirco adducit,ut probet consensum Ordinarii non requiri: quam a præsenti causa disceptatione alienissimam censeo.

22 Asserenti igitur adversario, in generica alienatione jurium, patronatum comprehendi, ex notissima forensi distinctione respondeo. Aut agitur de alienatione UNIVERSITATIS, ut puta HEREDITATIS, fideicommissi, et similium, atque in casu, juribus alienatis omnibus, etiam jus nominandi censetur abdicatum. Aut universitas non *realis* est, sed IN VERBIS consistit, scilicet alienantur *omnia bona, omnia jura,* atque specialis mentio est de patronatu ineunda. Distinctionem vulgatissimam tradit VIVIAN. de jurepatr. par. 1 lib. 4 cap. 1 num. 3, seq. = ibi = *Licet juspatronatus veniat quando fit cessio vel alienatio universalis RESPECTU REI, ut quia sit venditio de castro, feudo, HEREDITATE, et similibus, quæ sub se VERE universitatem continent, non tamen transit mediante cessione seu venditione OMNIUM bonorum, JURIUM SEU ACTIONUM, FACTA VERBIS GENERALIBUS, nisi sub tali cessione vere comprehendatur tale quid universale, cui ADHÆRENT ipsum juspatronatus, ut puta villa, castrum, seu hæreditas* =. Adde PITONIUM eodem in loco quem adversarius adduxit, all. 100 num. 258 = ibi = *Potest esse quod non fuerit renunciata HÆREDITAS, sed cessa fuerint JURA COMPETENTIA VEL COMPETITURA, quorum appellatione non transit juspatronatus* =.

23 At *quam* universitatem alienavit Scipio? Nempe *majoratus* et *secundogenituram*. HAE sunt universitates quæ

in contractum venerunt, ac proinde jura omnia IIS inhærentia: minime vero jus patronatus illis omnino extraneum. Objiciet fortasse adversarius aliam universitatem contineri ea cessione *jurium primogenialium*. Hoc equidem vehementissime inficior, nisi ratio de aliqua primogenitura habeatur, secus enim cessio jurium in verborum universitatem resolvitur. Accedit postremo diligentissimam jurium primogenialium QUAE CEDENDA ERANT enumerationem pluries in transactione reperiri, quin fiat de patronatu mentio. Præsumendum igitur est supremam illam clausulam jurium primogenialium non extendi ultra fines IN UNIVERSA TRANSACTIONE constitutos.

24 Quod eo vel magis est in themate attendendum, scilicet in TRANSACTIONE, quæ stricti juris est, et tantum capit, quantum literaliter describit *Rota cor. Molines dec.* 817 *num.* 12 *tom.* 3. *par.* 2. Quamobrem generalis quælibet dispositio in concordia ob contractus naturam cohibenda semper est, quoad fieri possit, ad ☞ limites CAUSAE, quae transactioni originem dedit: atque AD CASUS NON EXPRESSOS extendi nequit. *ROTA cor. Molines dec.* 308 *num.* 3 *tom.* 2 *dec.* 553 *num.* 13 *to.* 2. *dec.* 436 *num.* 1 *to.* 2 *dec.* 358 *num.* 14. *URCEOL. de transact. quæst.* 81 *num.* 4 = ibi = *GENERALIS DISPOSITIO RESTRINGITUR SECUNDUM SUAM CAUSAM l. cum pater etc. quod potissimum DEBEAT RESPICI CAUSA ex qua fuit transactum, ET AD EJUS LIMITES RESTRINGI, adest textus in l. si de certa C. de transact. Præterea transactio est contractus STRICTI JURIS, quæ TANTUM INTELLIGITUR, QUANTUM VERBA SONANT, NEQUE TRAHITUR* ☞ *AD CASUS NON EXPRESSOS, NEC AD EAS CAU-* ☞ *SAS, DE QUIBUS NON ERAT CONTENTIO, SED SOLUM AD EA, DE QUIBUS ACTUM EST.Bald.etc. In contractibus vero verba stricte sunt accipienda et non large, ET SECUNDUM SUBJECTAM MATERIAM, EORUM LATITUDO COHIBENDA EST, et consequenter non extenditur tnansactio de casu ad casum etc. ROTA* post Urceol. dec. 9 3 n. 32 = ibi = *Nec postest censeri facta* (transactio) *intuitu secundæ obligationis, tum quia de hac obligatione NULLUM VERBUM HABETUR IN TRANSACTIONE, NEC PRO EA JUDICIUM AUT ALIQUA LIS MOTA FUERAT etc. tum quia, ut diximus, in ea habita fuit specialis relatio ad solam primam obligationem et LITEM EJUSDEM OCCASIONE MOTAM, quæ operatur ut AD ILLUM RESTRINGI debeat tran-* ☞ *sactio, VERBIS QUANTUMVIS AMPLIS ET GENERALIBUS CONCEPTA, ut dixit Rota etc.*

25 Huc usque Ricciardi argumenta enucleavimus. Brevis erit cum Principe foemina Margarita contentio; fere omnia enim quæ adversaria objicit in coævo restrictu fusius occupavimus. Si Oratorem Margaritæ egregium audias, *sententiæ, res judicatæ, observantia*, millies erumpunt, probantur, geminantur; si veritatem attendas, nil futilius hujusmodi amplificationibus. Res judicata primum objicitur Belli ac Domus Regiæ. Ostendimus primo auctoritate Gagliardii axioma juris vulgatissimum quod cæterum auctoritate non indiget, nempe quæstiones de BENEFICIIS, etiam quoad pertinentiam juris patronatus, omnino ad ECCLESIASTICOS judices pertinere. Scepticos vero æmulantur adversarii qui hoc negant postquam REGIUM decretum, hac eadem in causa, rogante Militensi Episcopo, respondit esse = *COMPETENTE COTESTA CURIA VESCOVILE nella controversia per la spettanza del padronato sul beneficio anzidetto = Summar. præt. Ricciardi num.* 11 =. Perperam respondes aulicis personis, aulicum fuisse Tribunal adeundum: urget enim nullitas non ratione personæ, sed rationæ MATERIÆ; neque pragmatica illa quam objicis incompetentes renuntiat, nec renuntiare posset ecclesiasticos judices in beneficialibus. Deinde ab unguiculis audivimus exceptionem rei judicatæ objici posse dumtaxat de eadem re, atque inter easdem PERSONAS. Adstitit ne in judicio Ferdinandus? In actibus quos Margaritæ summarium recenset, partes haud alias invenio, quam CAJETANUM, OCTAVIUM, ALOYSIUM, et DOMINICUM Spinelli. *Præt. Summar. Margaritæ pag.* 38. *pr. et* 39. *pr.* = Quid contra ducem FERDINANDUM?

26 Propterea ineptissime regerit Margarita decretum ab Episcopo latum anno 1801 = *Summar. addit. Margaritæ num.* 4 = quasi ALIAM hoc in themate sententiam, quam millies conclamat ab ECCLESIASTICA auctoritate latam. Clamoribus sepositis, qua ratione se res habuerit, attendite. Eodem anno (☞) 1801 BELLICUS magistratus sententiam pertinentiæ tulerat. Adversaria ☞ præsentavit = *Summar. addit. Margaritæ num.* 3 = Die undecima mensis Julii Episcopus, BELLICÆ sententiæ ☞ causa decernit = *TRALASCIARE si devono li soliti editti contra interesse habentes = ibi num.* 3 = et præsentationem admittit = *si et in quantum* =. Tum illico, ne quis ☞ insurgeret, die UNDECIMA MENSIS JULII constituit patronatum pertinere ad Christinam, NEMINE AUDITO = *ibi num.* 4. = Dic igitur, sodes, ALIAM ecclesiastici judicis sententiam accessisse. Dic, sodes, CAUSAM FUISSE COGNITAM. Hanc ne sententiam appellas? In qua Episcopus, in vim bellici decreti = *essendosi dichia-*

rato CON DETTO DECRETO che il diritto di nominare spetta etc. = neminem in judicium vocavit? Nec satis. Die UNDECIMA illius mensis fit nominatio = *cit. Sum. n.* 2. EADEM DIE fit præsentatio = *ibi num.* 3. *EADEM DIE* admittitur si et in quantum = ibi *lit. A.* = EADEM DIE Episcopus Sententiam edit = ibi *n.* 4. = EADEM DIE Ecclesiasticam institutionem concedit = ibi *n.* 5. =! Dic igitur omnia raptim atque turbate, omnia clanculum, omnia furtim, ne contendentes de nullitatibus protestati insurgerent cumulata fuisse. Demum quid prodest sententia quæ in vim AULICI decreti fuit edita? Aut illud valet, et idem est cum Episcopali decreto. Aut NULLUM agnoscis, prout est, et perperam illius consectarium opponis.

27 Quamobrem dele decretum AULICUM, dele SENTENTIAM Episcopalem anni 1801, dele institutionem atque OBSERVANTIAM ex illis actibus, omnia enim in unum coalescunt, omnia ex nullitate procedunt, nec alium actum profers ad annum usque 1838. Dele igitur etiam *quinquagenariam* illam possessionem, quæ ex arbitrio, ex incompetentia, ab absurditate manavit. Anno vero 1838, quid producis? Nempe Apostolicum Indultum, quod Hernesto administrationem beneficii concedit = *Summar. Margaritæ num.* 7. = Pontifex ait dumtaxat = *EXPONENDUM nobis CURAVIT dilectus filius JANUARIUS Spinelli ejus filium Hernestum ex morte suæ genitricis Christinæ*, *PATRONATUS JURE POLLERE* = Omnia in Januarii dicto conquiescunt. Sequuntur EXEQUUTORIA decreta laicæ potestatis, atque Episcopi, NON UTI JUDICIS DELEGATI, cum nulla in Literis verificatio vel delegatio committeretur, sed dumtaxat ut indultum posset exequutionem nancisci. Pontifex propterea quod narratum fuerat supposuit. Episcopus nihil COGNOVIT, neque enim partes audivit, nec inquisitionem ullam instituit. Quorsum, amabo, aures obtundis de hac *re judicata*? Hoc ne decretum rem judicatam appellas? *Judicium* ne absque citatione, absque monitione, absque ulla cognoscendi forma confingis?

28 Postremo aliud opponit Margarita indultum Apostolicum EJUSDEM ANNI 1838. *Summar. Margaritæ num.* 11. = quo cum Hernestus obiisset, administrationem Januarius illius parens adipiscitur, atque decreta exequutionis tum laici, tum Ecclesiastici magistratus. Huc vero redeunt omnia, quæ hactenus adnotavimus, gratiam falso inniti supposito, scilicet NARRATIS a Januario, et gratiæ præcedenti. Decretum vero Ordinarii, omnibus

inauditis, nulla cognitione prævia, innixum præcedentibus nullitatibus prodiisse. At enim, urget adversaria, siquidem decreta non obstant, erit saltem aliquo in pretio habenda POSSESSIO, quam sexagenariam appellat. Possessionem quod attinet, ita respondeo. Hæc possessionis capita sunt actus anni 1801 atque anni 1838. Summaria a calce ad carceres expende, nullum aliud possessionis initium comperies. Atqui actum illum anni 1801. primo loco NULLUM demonstravimus quod aulicus magistratus in beneficio nulla auctoritate pollebat: Episcopi vero decretum inauditis partibus, in exequutionem AULICÆ sententiæ fuit editum. Illud propterea primo loco occurrit, quod = *cum talis institutio fuerit ab Ordinario facta VIGORE DICTÆ SENTENTIÆ, ista existente NULLA ex ponderatis, pariter nulla et insubsistens est INSTITUTIO postea sequuta, sicque neutra deservire potest pro ULTIMO STATU* = Rota cor. Molines, dec. 434. n. 19. to. 2. Postremo accedit quod hæc observantia nunquam posset objici Duci Ferdinando, qui anno 1801, aliis fratribus potiori jure pollentibus, nullo pacto resistere potuisset.

29 Quæ cum ita sint, duo dumtaxat possessionis actus supersunt, anni 1838 (vide quanta levitate futillima rerum adjuncta ad satietatem amplificaveris) scilicet utraque Pontificis gratia de ADMINISTRATIONE beneficii. Hanc ne possessionem objicis, scilicet GRATIAM falsis precibus obreptam, ubi est DE JURE disputandum? At Fuscaldio, qui gratiam Apostolicam obtinuit atque opposuit, nonne respondes, ac merito respondes in præsentiarum *de jure* quærendum esse? Sed fac etiam indulta aliquo in pretio haberi posse. At primo etiam in possessorio non quælibet manutentio, sed PACIFICA dumtaxat attendi meretur. Atqui cum nominatio anni 1801 in contradictione partium ex aulici Magistratus judicio prodiret, dubio procul sequeretur possessionem litigiosam excludi, atque ex anno dumtaxat 1838 esse attendendam. Magnam, mehercule, possessionem ex Indulto, per *septemdecim* annos productam, quamquam tempus præsentis judicii includas!! Denique non forenses modo, sed et qui forum salutaverint axioma notissimum callent, ultimum statum, sive possessionem in manutentionis judicio, minime vero IN POSSESSORIO prodesse. Tu vero in gravissima hujusmodi juris disceptatione possessionem futillimam profers, quæ nec in possessorio judicio esset excipienda?

30 Juris disceptationem, sive causæ MERITUM quod atti-

net, atque fundationis interpretationem, tum Ricciardii, tum princeps foemina Margarita eamdem recoquunt crambem, iisdem semper contradictionibus implicantur. Quas cum satis superque in coevo restrictu profligaverim, nihil est quod addendum videatur, sed Patres Emos adprecor ut rationum momenta in allegatione proposita perpendam. *Novum* nihil aliud produxit princeps foemina Friozzi, quam decipulam illam, quod scilicet *quamvis primogenito sine liberis deficiente, in illius locum secundogenitus subingrediatur, et civiliter etiam primogenitus nuncupetur, si primogeniturœ tamen possessionem nunquam fuerit is adeptus, fatoque imo cesserit, primogenito ejus fratre adhuc sospite, illius hercle liberi censeri omnino nequeunt primogeniti patronatus possessoris filii = Alleg. Margaritae* § 59 = Paucis opponit Antonium non possedisse, ac proinde Ferdinandum non esse filium *ultimi possessoris.*

31 Quærerem ab Adversaria quomodo Christina esset filia ultimi possessoris, cum illius parens præmortuus patri nunquam possederit. Quid igitur? illa fuisset nepos ultimi possessoris, ac pariter nepos per Antonium est Ferdinandus. Caeterum, quid refert utrum Antonius possederit nec ne? An Ferdinandus ideo primogeniali jure pollet, quod ab Antonio *traditum* accepit? Minime vero; ex propria enim vocatione, ministerio juris, atque ex propria persona successionem usurpat DE LUCA decis. Sicil. n. 180 « ibi » *Ex quo sequitur nepotem ex filio primogenito præmortuo in vita parentis non indigere illo beneficio repræsentationis de jure communi introducto ad succedendum avo in primogenito, cum ex propria vocatione et de jure ad successionem debeat admitti, ac propterea etiam reclusa repræsentatione esset admittendus ob prærogativam melioris lineæ ec. Quæ omnia procedunt non solum inter descendentes venientes ad successionem ascendentis, sed etiam inter TRANSVERSALES alteri transversali succedere volentes; adhuc enim lineæ prærogativa est observanda: eo maxime si descendentes* ☞ *sunt a primo fundatore seu adquisitore, QUIA DEFICIENTE LINEA PRIMOGENITI, SEMPER SUCCURRENDUM EST AD PROXIMUM STIPITEM SEU TRUNCUM, ex quo melior eligitur linea ex his quæ supersunt, VIDELICET LINEA SECUNDOGENITI ec. Unde non est in consideratione quod concurrentes ad suc-* ☞ *cessionem TRANSVERSALES SINT RESPECTU ULTIMI POSSESSORIS, quoniam semper verum est esse vocatos et substitutos secundum ordinem primoge-*

niturœ cum prœlatione unius lineœ ad alteram , ut deficiente primogenita , INGREDIATUR SECUNDOGENITA etc.

Quare etc.

Salvator Martini Adv·
Aloysius Vannutelli

Sacra Congregatione Concilii

sive

R. P. D. QUAGLIA

SECRETARIO

MILETEN.

Jurispatronatus, et Institutionis

pro

Excm̃. D. Ferdinando Spinelli Duce Seminariæ et R. D. Petro Militano.

contra

Exm̃um D. March. Margaritam Friozzi, D. Julium Ricciardi, Equitem D. Antonium Spinelli et litis etc.

Restrictus Responsionis

Pro Congregatione diei 1 Decemb. 1855

1855 - Tipografia Pallotta presso la piazza di S. Ignazio

(18

MILETEN.

JURISPATRONATUS

DUBIUM

An sit standum vel recedendum a Decisis.



Emi ac Rmi Patres

1 Unicus in linea FUNDATORIS agnatus cliens Ferdinandus Spinelli Seminariæ Dux in Comitiis diei 28 Aprilis 1855 propitium retulit Emorum Patrum suffrāgium, quo illius patronatus in beneficio, contradicentibus principe foemina Cariatensi atque familia Ricciardia, cumulatissime confirmatus extitit. Novam modo adversarii actionem moliuntur. Quamquam autem causa in superiori periculo orata satis esset, cum nonnulla tamen uberiorem disceptationem sibi vindicent, cum juris et facti momenta quædam sedulo repetenda sint, hoc a benignitate Patrum humanissimorum postulo, ut iterum pro agnatione dicentem audire non recusent.

2 Apostolicis Literis, Paulo 3. Pontifice, Petrus Antonius e nobilissima familia Spinelli, qui Ecclesias restituerat Divis Faustino et Joanni Theologo sacras, jus patronatus in ea Ecclesia sibi, illius primogenitis, consanguineis masculis ac DEINDE foeminis confirmari obtinuit. Fervebat eo tempore (decimosexto ineunte saeculo) studium agnationis. Quod uti omnes atque in primis patricii impensissime prosequebantur, quo generis nobilitas, divitiaeque, unde nobilitas alitur, servarentur, ita potissimum prænobilis familia Spinelli, in qua viri principes ac duces testamentariis tabulis primogeniali vel fideicommissario foedere agnatos perpetuo efferre consueverant.

3 Nominandi jus Cariatenses diu exercuerunt: semel coram LAICIS judicibus quæstio de successionis ordine in BENEFICIO fuit disputata; at nunc PRIMO contigit co-

ram ecclesiasticis Judicibus, immo etiam coram principe in Ecclesia Senatu dirimendam proponi. De successione in jure activo agitur inter foeminas earumque sobolem, atque clientem agnatum ex linea fundatoris. Fuscaldius vero qui inter contendentes quarto loco succedit, vix est ut in judicio comprehendi videatur; utcumque enim agnationem jactet, ad fundatoris descendentiam non pertinet. Causa neque factorum narrationibus (quibus adversarii mala juris conscientia ducti abutuntur) neque diuturna investigatione indiget. Duo monumenta sat est ob oculos habere atque alta mente condere, bullam nempe erectionis atque schema genealogicum quod undique veritati consonum princeps foemina Margarita Friozzi in superiori periculo distribuendum curavit. Quorum primum brevissime modo exponam, alterum vero ubi de successione agetur, frequenter erit versandum.

4 Jamdiu Carolus Spinelli fundatoris parens Pontifici Leoni X preces porrexerat ut initum consilium de primogeniali agnatitio jure patronatus constituendo exequutioni committeret. Quod parens forte explere non potuit, filius PETRUS ANTONIUS absolvit. Illius petitio ex Bullæ textu apparet = ibi = *pro parte tua nobis fuit humiliter supplicatum ut TIBI, filio tuo primogenito MASCULO, ipsius primogenitis filiis MASCULIS de primogenito in primogenitum, et illis non existentibus, aliis filiis TUIS eorumque filiis, ac ipsis deficientibus, tuis proximioribus de familia Spinellorum consanguineis SIMILITER MASCULIS et de primogenito in primogenitum, ac DEINDE foeminis, jus patronatus et præsentandi etc. perpetuo reservare et concedere, ac alias in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.* = Quatuor proinde successionis ordines, quatuor vocationis sedes fundator constituit. Scilicet primo SEIPSUM, filios et descendentes MASCULOS proponit, ordine primogenituræ; unde ipse fundator PETRUS ANTONIUS, ejusque primogeniti sunt arcessiti. *Tibi, filio tuo primogenito MASCULO, ipsius primogenitis filiis MASCULIS de primogenito in primogenitum.* Secundo loco *illis non existentibus* (scilicet *primogenitis MASCULIS*) successio in aliam lineam defertur ex aliis FUNDATORIS filiis ac nepotibus: *aliis filiis tuis, eorumque filiis.* Tertio, cum omnis ex Petri Antonii filiis descendentia deficiat, consanguineus MASCULUS vocatur, ejusque filii ac nepotes, ordine primogenituræ: *tuis proximioribus de familia Spinellorum consanguineis, SIMILITER masculis et de primogenito in primogenitum.* Denique, sicubi MASCU-

LINA onnino descendentia exaresceret, ultimo loco FOEMINAE succedunt; = AC DEINDE *foeminis* =.

5 Præstat modo descendentiam expendere, in qua successio de primogenito in primogenitum ita se habuit, ut ex marginali schemate demonstratur. Hucusque pacem habemus cum adversariis jus patronatus de primogenito in primogenitum perpetuo usque ad Joannem Baptistam, ultimum ex *naturalibus* primogenitis, qui jus nominandi possideret, devenisse. Ex Joannis Baptistæ funere dumtaxat initium controversia sumit. Illi filius extitit *Scipio quartus*, qui obiit anno 1791, ut perhibent contrariæ transactionis tabulæ = ibi = *In Agosto del 1791 si morì il suddetto fù Signor Duca di Seminara D. Scipione Spinelli, unico figliuolo maschio del detto ultimo defonto Principe di Cariati, D. Giovanni Battista Spinelli* = Verumtamen hic Scipio inter primogenialis juris possessores adnumerari nequit; etenim ANTE PATREM decessit, qui anno post vita functus est quemadmodum ex transactione patet *Summ. Friozzi pag.* 8. 9, atque ex adversariæ Margaritæ schemate in fin. = ibi = *Questo Scipione 4 PREMORI' AL PADRE.* =

PETRUS ANTONIUS
|
Carolus 2
|
Scipio 1
|
Carolus 3
|
Scipio 2 — foemina
|
Jo. Baptista 1
|
Scipio 3
|
Jo. Baptista 2 ultimus ex NATURALIBUS primogenitus MASCULIS possessor. — Antonius


6 Igitur ex Joanne Baptista secundo, quæritur ad quem primogenialis juris possessio migraret. Adversaria Cariatensis atque familia Ricciardi (De Fuscaldio suo loco erit agendum) contendunt in foeminam Christinam Joannis Baptistæ ex filio præmortuo nepotem fecisse gradum. At quis non videt in prima illa vocationis sede = *tibi, filio tuo primogenito MASCULO, illius primogenitis filiis MASCULIS de primogenito in primogenitum* = nonnisi MASCULOS compræhendi? Ut hujusmodi offensionem removeant adversarii tuentur jus nominandi ex prima vocationis sede in alteram excidisse = *atque illis* (primogenitis masculis) *non existentibus, aliis filiis tuis eorumque filiis* = quo cum pervenerint, ajunt ex theorica Fulgosii tum mares tum foeminas pariter in successione admitti posse, ac proinde Christinam uti primogenitam in secunda vocationis sede succedere.

7 Nos e contrario evincimus successionem post Joannis Baptistæ funus in PRIMA sede vocationis, non in altera fuisse judicandam. Quo nihil luculentius, nihil illustrius

2

fingi potest: notissimo enim jure, prout adversarii vel ipsi contendunt, traditum est haud aliter *de linea ad lineam* fieri posse gradum, quam si linea prior vel penitus extincta fuerit, vel inhabilis evenerit. Atqui in secunda vocatione transitus ad ALIAM lineam præsumitur; Pontifex enim PRIMOGENITO fundatoris jus nominandi concessit, ejusque primogenitis, deinde illis non existentibus, in alium STIPITEM regreditur, scilicet in alios *fundatoris* filios, eorumque sobolem = *ALIIS filiis TUIS etc.* =. At si quis esset dubitationi locus, illam fundationis litera penitus removeret: secunda enim vocatio SUBSIDIARIA est et conditioni alligata, si primogeniti mares deficiant. Quousque igitur masculus civilis primogenitus existat, alter successionis ordo excipi non potest.

8 Hæc erat descendentiæ species cum moreretur ultimus possessor ex naturalibus primogenitis.



Joanne Baptista mortuo, cum Christina uti *foemina* in MASCULINA primogenitura succedere non posset, haud propterea PRIMOGENITI amplius non extiterunt, quemadmodum adversarii contendunt, quippe secundogeniti Antonii filius Scipio, PRIMOGENITI LOCUM VINDICAVIT. Heic error adversariorum latet, PP. Emi: scilicet præsumitur, vocatis primogenitis, eos dumtaxat succedere, qui primo loco nati sunt. Utique primo nati succedunt præ cæteris quousque existunt, sed iis deficientibus, secundo geniti *priorum* locum usurpant atque primogenituræ subeunt. Itaque nil in foro communius, quam duplici sensu *primogeniti* nomen usurpari, nempe *naturali* atque *CIVILI*. *Deluca de fideic. disc*, 209. *n*. 2.

et in conflict. leg. et ration. obs. 86. *Gatt. cons.* 7. *n.* 18. *et* 21. *Rota dec:* 306. *n.* 2. *par.* 16. *et dec.* 301. *et* 365. *par.* 17. *dec.* 524. *per tot. par.* 18. *Rec.* Receptum est propterea et vulgari auctoritate sancitum hujusmodi vocabulum in institutione aliqua haud hebraice et naturaliter tantum, sed etiam CIVILITER interpretari. Ex quo fit ut secundo vel tertio genitus, primo deficiente, illius loco succedat et PRIMOGENITUS habeatur. Rota cor. Bichio dec. 602. num. 4, 5. = ibi = *Nimirum secundogenitus dupliciter accipitur, uno modo naturaliter, quia secundo loco genitus fuerit,* ALIO CIVILITER, AD EFFECTUS SCILICET CIVILES, INTER QUOS ENUMERATUR SUCCESSIO. *Bald. etc. ad quem* EFFECTUM SECUNDO LOCO NATUS PER OBITUM PRIMI DESIIT ESSE SECUNDOGENITUS AC PRIMUS EVASIT, CUM NEMO EUM ANTECEDAT = MANTICA de conject. ult. vol. lib. 8. tit. 10. num. 6. seq. = ibi = *Neque omittendum censeo quod PRIMOGENITUS etiam dicitur FILIUS SECUNDOGENITUS SI LOCUS SUPERSIT, aut si primus decesserit, ut eleganter decidit Bald. in leg.* 2. *n.* 5. *de jur. emph. ubi vult quod si quis recipiat fundum in emphytheusim cum hoc quod non transeat nisi ad primogenitum,* INTELLIGATUR DE ILLO QUI TEMPORE MORTIS SUPERVIXERIT, LICET ESSET SECUNDO (☞) VEL POSTERIORI ORDINE NATUS, QUIA CONSIDERATUR TEMPUS QUO QUIS SUCCEDERE DEBEAT, UT PRIMOGENITUS DICATUR QUICUMQUE ALIUM ANTE SE TUNC NON HABET =

9 Nec regeras hoc in casu Christina subeunte, primogenitum non deficere. Vocatis enim primogenitis MASCULIS, Christina INCAPAX luculentissime renuntiatur. Atqui secundo vel POSTERIORI loco natus, primogenitus civiliter habetur, etsi naturalis primogenitus vivat, sed INCAPACITATE laboret. SABELL. Summa divers. tract. §. Primogenitura, n. 4. = ibi = PRIMOGENITUS dicitur non solum ille qui primo natus est, sed etiam *ILLE QUI PROXIME SEQUITUR, ETIAMSI VERE SECUNDO VEL ULTERIORI LOCO NATUS SIT, quando primus mortuus fuit sine liberis (☞) VEL ALIAS EST INCAPAX. Rota part.* 2. *divers. dec.* 128. *n.* 1. *etc. Tiraquell. etc. Menoch. etc. quod primo vel secundo genitus consideretur naturaliter dicitur ille qui vere primo vel secundo loco natus est, CIVILITER AUTEM qui per mortem primo vel secundogeniti, illius locum assumpsit* = Hanc juris definitionem cumulatissime exornat CALCAGNIN. de Trebellianica T. 2 Observ. 10 n. 19 et seq. = ibi = *Est primo loco notandum, quod primogenitus ille,*

inquam, dicitur, qui fuit primus in ordine nascendi, tamquam primo loco genitus qui ita appellatur, etiamsi solus natus fuerit, nempe si post eum nullus alius ex ejus Patre nascatur, ut advertit Menoch. de præsumpt. lib. 4 præs. **92** *num.* **3**, *imo non solum dicitur primogenitus ille, qui primus fuit in ordine nascendi, sed* **ETIAM ILLE, QUI PROXIME SEQUITUR, LICET SECUNDO, VEL ULTERIORI LOCO GENITUS, SI PRIMO NATI PRÆDECESSERINT, VEL ALIAS SINT INCAPACES CUM AD EFFECTUM SUCCESSIONIS ILLE DICATUR PRIMOGENITUS, QUEM TEMPORE SUCCESSIONIS NULLUS ALIUS ANTECEDIT** *cap. nam et ego* **3** *de verb. significat., cap. quæritur §. item opponitur* **22** *quæst.* **2.**, *leg. si quis prioris § talem Cod. de secund. nupt. ibique Gloss. etc. Leon. decis.* **209** *num.* **8** *lib.* **2.**, *Rota Romana dec.* **78** *num.* **1** *part.* **1** *divers.*, *et cor. Bichio dec.* **602** *num.* **5.**, *et in recent. dec.* **337** *par.* **11** *per tot.*, *et decis.* **301** *num.* **1** *et seqq.*, *et dec.* **365** *num.* **1** *et* **2** *part.* **17.** =

10 Quo in loco sensum non habet adversariorum offensio, successionem indictam fuisse *de primogenito in primogenitum*. Quid inde? An inficiamur? Unum tuemur, nempe etiam posteriori loco genitum ex prioris incapacitate, nomine primogeniti contineri, veluti ex eadem vo- ☞ catione DE PRIMOGENITO IN PRIMOGENITUM Tribunal constituit in decis. 346 num. 1 part. 12 Rec. = ibi = *Nam ponderato toto contextu testamenti Alexandri Sarazani institutoris primogenituræ dignoscitur quod ipse exoptans conservationem propriæ familiæ et patrimonii primogenitos successuros adstrinxit, eisque alienationem bo-* ☞ *norum prohibuit, sed ut familia* DE PRIMOGENITO IN PRIMOGENITUM *traheretur, onus nubendi primogenito instituto, et aliis successive substitutis injunxit; unde cum Jacobus Antonius sacerdotium assumpserit, et sic* INCAPAX *effectus fuerit matrimonii*, PRIMOGENITURA AD JOSEPHUM IGNATIUM SEQUENTEM IN GRADU DEVOLUTA FUIT, QUI OB INHABILITATEM FRATRIS NATU MAJORIS, PRIMOGENITUS DICITUR, ET JURA PRIMOGENITURÆ CONSEQUITUR =.

11 Quamobrem, Joanne Baptista mortuo, ob Christinæ *incapacitatem*, SECUNDOGENITI Antonii proles, primogeniti locum illico obtinuit, atque primogenialis juris emolumentum in Scipionem migravit. Quid igitur est causæ quamobrem MASCULUS proximior a jure patronatus excluderetur? Scilicet conjuratis armis adversaria Friozzi et Ricciardii opponunt hanc Scipionis successionem admitti non posse quia contendunt exinde *lineæ mutationem* fieri, quam jus improbat. Mitto argu-

mentum in nostra successione penitus extraneum, vere ac proprie in adversarios retorqueri: quod inferius expendam. Interea necessariis argumentis evincam primo, fiat, nec ne lineæ mutatio, hanc minime officere cum SEXUS prærogativa ex fundatoris mente servanda sit: secundo nullam in themate occurrere lineæ mutationem.

12 In primis lineæ (quod absit) mutatio non officeret ob apertissimam SEXUS prærogativam a testatore imposisitam. In casu quoad primam vocationem nemo inficiatur MASCULOS dumtaxat inter primogenitos adcenseri = *tibi filio tuo primogenito MASCULO, ipsius primogenitis filiis MASCULIS de primogenito in primogenitum* =. Fundator igitur QUALITATEM primogenitis adjecit, quæ vincit lineæ prærogativam, atque ut masculo primogenitura deferatur, liceret etiam alteram vel plures lineas transigere. Ita PEREGRIN. *de fideicom. art.* 25 *n.* 11 *ROTA cor. Buratto dec.* 272 *n.* 15 *et seq. cor. Dunozett. dec,* 651 *n.* 32 *et in Decis.* 51 *num.* 15 *et* 16 *cor. Tanara* = ibi = *Hieronymus actor, et Innocentius ejus frater prædefunctus, ex quo ortum habuerunt Sorores Reæ conventæ, constituunt quidem diversum columnellum, non autem diversam lineam,* CUM UTRIQUE DESCENDANT EX LAURA FILIA JACOBI ANTONII, ET COMMUNI STIPITE, *ut declarando firmant Carol. Anton. De Luca de lin. leg. tom.* 2 *respons.* 20 *num.* 41 §. *Quare multum Card. De Luca de Fideicommiss. disc.* 101 *num.* 6, *Rota cor. Emo Crispo dec.* 9 *num.* 4 *et cor. clar. mem. Cardin. Falcon. tit. de Fideicomm. dec.* 14 *num.* 27. *Tum insuper quia,* UBI ETIAM DIVERSITAS LINEARUM SUBSISTERET, ADHUC NIL PENITUS OFFICERET, *nec ullum considerari posset odium fideicommissi saltuarii; quotiescumque enim, ut supra visum est, Cæsar testator* IN OMNIBUS GRADIBUS DESCENDENTIÆ SUI PRIMI HÆREDIS VOLUIT PRÆLATIONEM MASCULORUM SUPRA FOEMINAS, *ita ut istæ succedere non valeant, nisi ubi illi deficiant, ex hoc sequitur, quod* HÆC PRÆROGATIVA MASCULINITATIS VINCERE DEBEAT VI SUA QUODCUMQUE BENEFICIUM LINEÆ, *et excludat foeminas positas in linea diversa, et in gradu proximiori, et omnino non extantibus masculis in una linea, prætermissis foeminis faciendus sit transitus ad aliam lineam, in qua illi existunt.* =

13 Idipsum accurata investigatione demonstrat CALCAGN. de Variat. ult. vol. tom. 1. art. 6. num. 88. = ibi = *Verum hujusmodi fundamentum non fuit repertum relevans, primo quia ut jam constat Testator condere voluit fideicommissum pro masculis, seu QUALITATEM MA-*

SCULINAM POSTULAVIT IN EO QUI SUCCESSURUS esset in bonis gravamini restitutionis subjectis, quo themate non attenditur proximitas gradus, sed prævalet prærogativa masculinitatis a Testatore prædilectæ, ITA UT PRÆROGATIVA VINCAT GRADUM ET LINEAM, QUIA IN ULTIMIS VOLUNTATIBUS PRINCIPEM LOCUM HABET QUALITAS per Testatorem exigita in eo qui debet succedere, et non juris subtilitas, quia ea est Testatoris voluntas, proptereaque dicitur disponat Testator, et erit lex, ut objecto respondet Rota in Carpenctoraten. hæreditatis 9 *Junii* 1687. § *Siquidem cor. bo. mem. Molines, in Romana Fideicommissi de Mattiol's* 20 *Januarii* 1702 §. *Sed alio cor. Domino Cardinali Scotto, et in Bononien. Fideicommissi de Barberiniis* 27 *Aprilis* 1708. § *Quæ Utique cor. bo. mem. Caffarello, et in Romana Primogenituræ* 11 *Junii* 1706. §. *Cum enim cor. eod.* =

14 Hæc in absurdissima hypothesi disputavimus, quidquid enim ab adversariis de lineæ mutatione objicitur, ad speciem non pertinet. Verum oppido est, nec inficior, quemque primogenitum novam quasi lineam naturalem constituere; verumtamen haud hæc est linea LEGALIS quam prætergredi non liceat. Scilicet hujusmodi linea UNIVERSAM DESCENDENTIAM comprehendit a STIPITE in fundatione designato. PITON. de contr. patr. all. 100 num. 374 = ibi = *Ubi omnes patroni descendunt AB UNO . . . omnes dicuntur DE UNICA LINEA ec. non curatis RAMIS subalternis* = DE LUCA de jurepatr. disc. 33. num. 4. = ibi = *Spectatur primus stipes, qui si est unicus, UNAM constituit lineam, non curata subdistinctione quæ tractu temporis sequatur in plures ramos* = Itaque vera LINEÆ mutatio fieret si ad alterius CESPITIS a fundatore constituti saltus obtingeret. Etenim ad lineas recensendas non *personarum* enumeratio, sed CESPITUM inspicitur, quos initio fundator proposuit, veluti Tribunal tradidit in decis. 124 par. 15 num. 4. seqq. Rec. = ibi = *Neque dicatur Testatorem substituendo filios, nepotes, pronepotes et descendentes masculos institutorum, voluisse constituere plures, ac diversas lineas etc. Cum enim pluritas graduum de necessitate requiratur ad constituendam lineam, quæ dicitur collectio plurium personarum ab uno, et eodem stipite provenientium l. stemmata ff. de grad. affin. cap. quod dilectio de consang. et affinit. utique AD DIGNOSCENDUM QUOT LINEÆ FUERINT VOCATÆ NON INSPICITUR ENUMERATIO DESCENDENTIUM, SED QUIDEM NUMERUS PRIMO INSTITUTORUM A QUIBUS TAM-*


QUAM A STIPITE CÆTERI DESCENDENTES EMANANT Paul de Castr. etc. =

15 Quod vero transitus de linea ad lineam non fiat, hujusmodi quæstio locum habet **DUMTAXAT** si *plures* ab initio stipites fuerint designati. **DE LUCA** de Fideicommissis Disc. 117 num. 2 et seqq. = ibi = *Et consequenter planum credidi prætendi non posse expirationem, sed absolutam remanere durationem fideicommissi in universa linea ipsius Cæsaris, qui destinatus fuit UNICUS STIPES hujusmodi dispositionis, dum vocatio restricta non erat ad ejus primogenitum simpliciter, sed erant vocati omnes descendentes masculi de ejus linea etc. dum juxta distinctionem in proposito reciprocæ linearis pluries in præcedentibus traditam, STANTE QUOD PRIMA DISPOSITIO AD UNUM TANTUM DIRECTA EST, cujus descendentes vocentur., TUNC UNICA DICITUR LINEA, omnesque, licet INTER PLURES RAMOS, seu columnellos divisi, DE UNA ET EADEM ESSE DICUNTUR, unum et idem corpus, seu genus constituentes,*
☞ *CUM QUÆSTIO RECIPROCÆ LINEARIS, AC TRAN-*
☞ *SITUS DE LINEA AD LINEAM CADAT, UBI PLURES LINEÆ AB INITIO CONSTITUTÆ SUNT, juxta satis vulgarem, ac receptam distinctionem derivantem, ex text. in cap. 1 de eo, qui sibi, et hærede suis in usib. fundorum, ut pluries in præcedentibus ad hanc materiam, et sic non agnoscebam, ubi caderet ratio dubitandi.* =

16 Siquidem doctrinæ ab adversariis recensitæ non cum mica salis sed literali verborum significatione æstimarentur, nihil absurdius, PP. Emi, nil ridiculum magis fingi posset; sequeretur enim in successionibus tot esse **LINEAS** quot **CAPITA**!! Ita Cariatensis adversaria et Ricciardii interpretantur verba illa Cardinalis De Luca = *unusquisque possessor stirps seu truncus dicitur tot linearum quot filios vel filias habet, quorum quilibet est caput novæ lineæ etc.* = *(præt. alleg. Friozzi* § 28*)* Recolant vero quæ nuper auctoris doctissimi verba recitavimus = *unica dicitur linea, omnesque, licet inter plures ramos seu columnellos divisi de una et eadem esse dicuntur.* = Adde quod ex fundationis litera **FILII OMNES** ex masculina descendentia, de primogenito in primogenitum sunt arcessiti = *tibi filio tuo primogenito masculo, illius primogeniti* **FILIIS MASCULIS**. = Igitur secundogenitus qui subsidiarie primogenituram nanciscitur unico complexu in eadem linea a fundatore ipso ponitur, ut notat idem Card. **DE LUCA** de fideic. loc. cit. = ibi = **VOCATIO RESTRICTA NON ERAT AD EJUS PRIMOGENITUM SIMPLICITER, SED ERANT VOCA-**

TI OMNES DESCENDENTES MASCULI DE EJUS LINEA. =

17 Quod si tantopere adversarii hac regula delectentur ut quot personae tot lineæ sint recensendæ, haud equidem laboro. Alterutrum sed concedant necesse est AUT passim, quotidie mutationes impune fieri; passim enim et quotidie usuvenit ut possessio in patruum, in fratrem, in nepotem migret: AUT hujusmodi mutationes haud illius esse naturae quae a legibus prohibeantur. Scilicet ita se res habet: alia linea *naturalis* est, alia *legalis* sive ut forenses distinguunt, alia SUBSTANTIAE, alia QUALITATIS. Naturalem lineam prætergredi non licet, quousque fieri potest; si quid vero obstet in jure, successio ☞ latius patet, sed in linea LEGALI cohibetur. Denique



illud perpetuo redit quod LINEA QUALITATIS est in themate linea MASCULINA = *filio tuo primogenito MASCULO, illius primogeniti filiis MASCULIS* = Ultimus possessor, Joannes Baptista (Scipione filio præmortuo) lineæ naturalis caput est, minime vero (☞) lineæ QUALITATIS quæ PER MASCULOS perpetuo progreditur. Nulla propterea lineae legalis mutatio contigit, quae singulari dumtaxat in casu, uti vidimus, admittitur, scilicet cum initio fundator plures lineas constituit et mutatio saltum inter has lineas induceret. Affabre CALCAGNIN. de Variat. ult. vol. to. 1 art. 7 n. 8 = ibi = DUM QUIS INSTRUCTUS EXTITIT QUALITATE MASCULINITATIS *a testatore requisita, non attenditur progressus fideicommissi,* NEC INTEREST QUA QUIS EX LINEA DESCENDAT (☞) SED SUFFICIT DESCENDERE A PRIMO STIPITE CONSTITUTO = Cæterum luculentissime ostendimus, ex incapacitate primogeniti secundum primogeniti locum illico usurpare; quod axioma perspectissimum e diametro cum adversariorum doctrina pugnaret, ex qua secundogenitus ALIAM lineam constituit, nec nisi ☞ per saltum succederet. At mehercules, mortui et inhabiles qua ratione lineam conficiunt? quo pacto inci- ☞ piunt? quomodo producunt? Non heic de MUTATIONE sermo est, illud enim mutatur, quod existit, nec lineæ mutatio fit cum mortuo vel inhabili neglecto, habilis immediate succedit.

18 Interea, cum lineæ unitatem probe noverit nobilis adversaria Friozzi, cum sentiat diserte a fundatore impositam sexus prærogativam, ad GRADUS potioritatem

convolat, contendens *in facto* Christinam (unde ipsa originem ducit) Joanni Baptistæ ultimo possessori, gradu proximiorem fuisse : *in jure* vero receptum esse ut primo gradus attendatur in primogenituris, deinde sexus; objicit propterea se utpote gradu præstantem, clienti præcellere, quamquam is aliunde esset ratione sexus præferendus. Atqui in facto respondeo haud laborandum de descendentia ex possessore juris, sed *ex fundatore*; atqui OCTAVO dumtaxat gradu distat a fundatore cliens : Christina vero in gradu inferiori versabatur, quod ex arbore genealogica ab adversariis producta, ictu oculi erumpit. Hæc autem supervacanea censeo in casu, quod enim in jure constituit adversaria, nullo pacto probari potest. Haud inficior ex communis juris censura prius attendendam esse *lineam*, deinde *gradum*, tertio *sexum*, quarto *ætatem*, quod auctoritates ab adversariis recensitæ demonstrant; verumtamen hæc locum sibi vindicant, quoties aliud fundatori non placuerit. Secus vero se res habet cum agnationem fundator dilexerit, et MASCULOS perpetuo in linea primogeniali vocaverit. Rota in decis. 177 num. 11 seqq. cor. Ottobono = ibi = *Placuerunt etiam Dominis conjecturæ, alias deductæ; nam filii descendentes ex linea masculina leguntur in testamento vocati in perpetuum collective, et unica verborum structura quæ quidem vocatio operatur, UT MASCULI IN QUOVIS GRADU, VEL LINEA FOEMINAS ALTERIUS LINEÆ PERPETUO EXCLUDANT, Peregrin. cons.* 59 *num.* 6 *et lib.* 4 *etc.* ☞ *Habitam vero fuisse rationem agnationis conservandæ, patet ex enixa vocatione masculorum, per quatuor vices repetita, et replicata, et quia eosdem masculos, ac descendentiam masculinam semper voluit præferri foeminis* =.

19 Regulam ex QUALITATIS ratione desumptam, quae sive lineam sive etiam GRADUM vincit, accuratissime enucleat cit. CALCAGNIN. tom. 1 art. 7 numer. 8 et seqq. = ibi = *Foemina*, LICET PROXIMIOR, *ob defectum tamen* QUALITATIS *masculinæ*, HABETUR PRO REMOTIORI, *Ros. consult.* 69 *num.* 68 *et seqq.*, *et n.* 157, *Rocc. dispect. jur. cap.* 3 *num.* 23, *et* 24, *Mans. consult.* 93 *num.* 33, *ubi quod quando qualitas est moderatrix, et arbitra alicujus dispositionis, tunc, nec de linea*, NEC DE GRADU *curari debet, et num.* 44, *ubi quod regula, quod prædilecto uno, prædilecta censeatur omnis ejus posteritas, non procedit, ubi in posteritate deest qualitas ob quam Testatrix prædilexit ejus personam, dec. Sicul. penes Card. De Luca de feud. artic.* 2 *num.* 328, *ubi quod* ETSI FOEMINA SIT DE LINEA

SUBSTANTIÆ, *ita ut possit succedere deficientibus masculis*, **NON EST DE LINEA QUALITATIS**, *quæ primo loco spectari debet, et de qua ii soli existunt, qui præditi sunt qualitate masculina.* =

20 Rursus in artic. 17 num. 165 seqq. « ibi » *Et inter potiora argumenta, quæ talem Defuncti voluntatem fuisse suadent illud præcipue recensetur a Doctoribus (quod et in nostro themate concurrit) scilicet dispositionem continere rationem agnationis, quo casu procul dubio* **ADMITTENDUM ESSE MASCULUM** *de Agnatione* **ETIAM REMOTIOREM** *ad exclusionem foeminæ* **QUAMVIS PROXIMIORIS SUPERSTITIS DE LINEA JAM ADMISSA**, *in quibus terminis locum sibi vindicant, firmata per Doctores Hispanos inter quos Molin. de Primog. lib.* 3 *cap.* 5 *num.* 1 *et seqq.*, *Greg. etc. Cum in hoc casu linearum, et graduum ponderatio locum non obtineat, quia specialis vocatio, vel prædilectio, sive sexus, sive gradus, sive personæ excludit quamlibet legis provisionem, vel Juris interpretationem etc.* »

21 Quo cum oratio pervenerit, aliud addendum est in superiori propositione omissum; gravissimum tamen adeo ut Emorum Patrum animadversionem mereatur. Scilicet ex ipsis adversariorum monumentis apparet hanc successionis controversiam in terminis *pro cliente* fuisse **JUDICATAM**. Spectatissimus a Rege Judex quoad bona temporalia Spinelliis datus extitit, mortuo Joanne Baptista, cum lis inter Christinam et Antonii **SECUNDOGENITI** prolem excitaretur. Quæstio primum **SENTENTIIS** fuit definita: deinde cum bonorum pars Christinæ, pars masculis tribueretur, concordia inter contendentes ita fuit composita ut bonorum loco mares pecuniariam compensationem referrent. Præstat modo **SENTENTIAS** inquirere. Judex igitur consultissimus D'Andrea Christinæ hereditaria bona **LIBERA** concessit = *Summar. Fiozzi numer.* 3 *litt. I.* « *la successione dei beni, titoli e dignità della casa Cariati* ». Ac merito, nil enim vetabat quominus in bonis *liberis* foemina succederet « ibi » *per essere la medesima chiamata dalla legge a tal successione* ».

22 Idipsum fuit aliis in bonis sancitum, in quibus *ex testamento* Christinæ successio deferebatur = ibi = lit. K. = *che però tali beni burgensatici, o quelli che in luogo di essi si trovavano legittimamente surrogati, siano spettati e spettino in forza dell'enunciato fedecommesso alla stessa Signora Principessa Donna Cristina* » Alia pariter fideicommissaria bona **MULIERI** erant deferenda, dummodo equiti Spinellio nuberet « ibi » lit. L. = *imperciocchè essa Signora Principessa Donna Cristina ha adem-*

pito alla condizione coi divisati testamenti prescritta, cioè di maritarsi con un Cavaliere di casa Spinelli = Aliter vero, et longe aliter fuit quod ad PRIMOGENIALIA bona pronuntiatum. In iis enim, cum quæstio dirimenda esset ORDINE PRIMOGENITURAE, Judex decrevit Scipionem, secundogeniti Antonii filium, utpote PRIMOGENITI LOCO suffectum, proprio jure in primogeniali successione admittendum = ibi = litt. N. = *Che il maggiorasco istituito dalla fu Principessa di Cariati ec.* SPETTI AL MENTOVATO SIGNOR D. SCIPIONE SPINELLI COME DISCENDENTE MASCHIO CHE TIEN LUOGO DI PRIMOGENITO NELLA FAMIGLIA SPINELLI DI CARIATI « Ac rursus = ibi = lit. O. = CHE ALLO STESSO SIGNORE D. SCIPIONE SPINELLI CON LA MEDESIMA QUALITA' DI DISCENDENTE MASCHIO CHE TIEN LUOGO DI PRIMOGENITO NELLA FAMIGLIA SPINELLI DI CARIATI *spetti il maggiorasco di ducati* 200*m. istituito dalla fu Principessa di Tarsia ec.* =.

23 Concordia deinceps inita, successionis jura non attigit, sed tantummodo exigendi modum: scilicet pecunia in bonorum loco fuit surrogata. At JUS quod attinet, masculina successio in primogenialibus fuit solemniter definita. Transactionem adversarii proferunt ut ostendant bona omnia, titulos, privilegia Cariatensium Christinæ obtigisse, putant enim in hac inepta verborum generalitate jus patronatus comprehendi: absurdissime, ut mox evincam. Sed nonne vident hanc potissimum transactionem eos jugulare? Nonne vident Scipionis, sive secundogeniti successionem jamdiu fuisse sancitam? Quantum habeat domesticum hoc exemplum auctoritatis non sentiunt? Et nobis concordiam objiciunt quæ de jure patronatus nusquam, nec obiter nec per conjecturam loquitur, eorum vero commenta delet luculentissime, constituens (quod capitale est hac in causa) secundogeniti lineam LOCUM PRIMOGENITI usurpare? = COME DISCENDENTE MASCHIO CHE TIEN LUOGO DI PRIMOGENITO NELLA FAMIGLIA SPINELLI DI CARIATI =.

24 De clientis derivatione paulum est quod addendum videatur. Patet enim vel e contrario schemate SCIPIONIS qui primogeniti locum obtinet, fratrem esse Ducem Seminariæ FERDINANDUM: nec adversarii inficiantur tum Scipionem tum alios clienti præeuntes fratres jamdiu obiisse. Cliens igitur in primogeniali ordine fratribus sine prole mortuis oppido succedit, ac jus patronatus de primogenito in primogenitum MASCULIS deferendum nasciscitur.

25 Hactenus causam successionis in prima sede = *tibi, filio tuo primogenito masculo, illius primogeniti filiis masculis ec.* = dirimendam esse demonstravimus. At princeps foemina Friozzi et Ricciardii cum sentiant hac in parte sibi jus succedendi deficere, omnes intendunt nervos ut controversiam ad alteram vocationis sedem producant, in qua nominatio SUBSIDIARIE committitur = *aliis filiis tuis eorumque filiis* = cum enim in prima vocationis sede diserta masculorum præferentia niteat, in altera vero filii dumtaxat nominentur, urgent etiam foeminas in hoc altero successionis gradu concurrere. Diximus causam ex priori fundationis parte, in primogeniali successione versari, ac propterea *hypothetice* dumtaxat hanc alteram attingimus. Tametsi vel in absurdissima hypothesi, vel in ipso qui opponitur vocationis ordine = *aliis filiis tuis eorumque filiis* = non utriusque sexus soboles, sed *mares* dumtaxat arcesserentur.

26 Omnis adversariorum labor ut quisque videt in eo esse deberet, ut ostenderent filiorum appellatione *in specie* tum mares tum foeminas complecti. Qua in parte nunquam satis confusionem a foeminis illatam admiror. Modo FULGOSII theoricam invocant, modo vocabuli significationem. De theorica *Fulgosii* quid dicam? Nisi quod tantum causæ convenit, quantum masculinus sexus convenit faeminino? Scilicet auctor (ita Fierlius pag. 101) = *posuit regulam quod appellatione descendentium masculorum veniunt etiam MASCULI ex foemina descendentes* =. Dicant, amabo, adversarii, quid isthic locum habeant *masculi* ex foemina, cum Christina non masculos, sed foeminas dumtaxat filias habuerit? At enim filiorum appellatione etiam foeminæ continenter. Ita ne? Sed hujusmodi propositio tum probari, tum excludi facili negotio potest. Tu aliquot allegas probantium exempla? ego, si vis, centum afferam negantium: non quod incerta sit rei notissimæ definitio, sed quia varie semper *ex rerum adjunctis* est definienda. Res est quæ moribus, lege, statuto, qualitate actus, conditione nominantis, animo, temporum vicibus, communi æstimatione moderatur. Quamquam igitur *generali* disciplina traditur indifferentia sexus in filiorum denominatione, complures præsto sunt exceptiones notissimæ, quæ in casu speciali contrarium demonstrant. Tria potissimum in themate concurrunt, quibus evincitur AGNATIONIS atque MASCULINI sexus præferentia luculentissima: primo nempe natura institutionis: deinde illius contextus: mox vocatio ipsa foeminarum quæ postremo loco post lineam masculinam conjicitur.

Christina

Margarita FRIOZZI — Sophia RICCIARDI

27 Ac primo natura institutionis. Enim vero nihil magis congruit *primogenituræ*, quam agnatos et masculos perpetuo præferri. Quamobrem *filiorum* mentio in primogeniali successione *masculorum* denominationi æquiparatur. PEREGRIN. de fideicomm. art. 25 num. 46 = ibi = *Similiter, ubi EX NATURA REI, masculi et non foeminæ in re illa succederent, VELUTI IN PRIMOGENIIS, feudalibus, jurisdictionalibus et majoratibus, nam ERECTIO IN PERSONAM MASCULI PRO SE ET FILIIS et descendentibus suis liberis aut posteris, INTELLIGERETUR DE MASCULIS, vel saltem de masculis per prius, sicuti plenissime consuluit Paris. cons.* 72 *num.* 7, 8, *et num.* 33 *et* 81 *in* 4 *Caephal. etc.* =. Rota cor. Falconer. de Fideicom. et substit. Decis. 56 n. 8 et seqq. = ibi = *Cæterum, quod Pompejus de dictis duobus prædiis voluisset particularem primogenituram constituere progressivam AD FOEMINAS differentem a Majoratu Patrui, et segregatam a fideicommisso proprio, Domini nullo modo approbare potuerunt etc. Majoratus, ET PRIMOGENITURÆ PLERUMQUE FIUNT PRO MASCULIS AGNATIS, NON PRO FOEMINIS, Surd. cons.* 241 *num.* 14 *etc. et verisimile nascitur ab eis, quæ frequentius accidunt, Bald. cons.* 311 *lib.* 5 *Decian. resp.* 62 *n.* 75 *lib.* 3 =.

28 Illud secundo loco gravissimum accedit, quod verba illa = *aliis filiis tuis eorumque filiis* = pluribus interposita sunt vocationis gradibus qui seu præcedant, seu subsequantur, MASCULOS semper ad successionem compellant. Jus nominandi Pontifex concessit = *tibi, filio tuo primogenito MASCULO, ipsius primogenitis filiis MASCULIS de primogenito in primogenitum, et illis non existentibus, aliis filiis tuis, eorumque filiis; ac ipsis deficientibus, tuis proximioribus de familia Spinellorum consanguineis, SIMILITER MASCULIS etc.* =. Quibus ex clausulis patet verba = *aliis filiis tuis, eorumque filiis* = nonnisi ad MASCULOS extendi posse, quod in integro contextu impensissimum apparet studium MASCULINÆ agnationis. Rota decis. 157 num. 2 et seqq. cor. Molines = ibi = *Nec superexistentia Franciscæ foeminæ descendentis a linea masculina Bongini, impedire valet purificationem fideicommissi favore Actorum, quia licet vera sit regula in suis casibus, quod appellatione proximiorum veniant tam masculi, quam foeminæ, de qua Text. in leg. etc. et si vocati sint proximiores de Domo, seu familia ad Text. in leg. Voluntas etc. Tamen in præsenti non applicatur, quia contraria concurrit Testatoris voluntas, eaque desumitur. Tum QUIA IN TOTO CONTEXTU TESTAMENTI SEMPER VOCAVIT MASCULOS IN OMNIBUS SUB-*

STITUTIONIBUS, et in reciproca linearum etc. Inde insurgit evidens argumentum, quod testator in hac ultima substitutione *VOLUERIT REPETERE QUALITATEM MASCULINITATIS IN ANTECEDENTIBUS SUBSTITUTIONIBUS ADJECTAM, et voluerit etiam excludere foeminas, Fusar. de substit. etc.* =.

29 Tum in decis. 174 num. 3 et seqq. cor. eod. = ibi = *Quod autem talis fuerit fideicommittentis voluntas aperte colligitur pensatis singulis Testamenti partibus, libratisque omnibus conjecturis, simul jungendis pro illa eruenda, leg. nummis etc. Nec refert, quod repetitio masculinitatis non soleat induci in diversa substitutione, diverso modo, et favore diversarum personarum ordinata, Surd. cons. etc. quia id non procedit, quando, ut in casu, agitur de substitutione expresse facta personis de eadem agnatione testatoris, quæ sint licet diversæ, tamen IN ILLIS CENSETUR REPETITA EADEM QUALITAS MASCULINITATIS IN ANTECEDENTIBUS GRADIBUS EXPLICATA* =. Vulgatissimum quippe in jure est, cum de interpretatione sensus, animi, voluntatis agatur, alteram dispositionis partem, alteram informare ita ut UNICO judicio, unica sententia, variis licet verborum formulis omnia constituta præsumantur, auctore CALCAGNIN. de Variat. ult. voluntatis tom. 1 art. 6 num. 39 = ibi = *Quando QUALITAS MASCULINITATIS est expressa in institutione, vel in prima substitutione INTELLIGITUR ETIAM REPETITA IN POSTERIORI, Rota in Romana Fideicommissi de Moronis cor. Eño Priolo etc.* =. Et in art. 7 num. 13 et seq. = ibi = *Tritæ sunt regulæ, quod UNA PARS TESTAMENTI DECLARAT ALIAM Caren. resolut. 5 num. 15, Altograd. controvers. 42 num. 25 lib. 1. Rodulphin. allegat. 144 num. 6, Mans. consult. 10 num. 10 etc., et quod VERBA QUÆ IN UNO SENSU TESTATOR ACCEPIT IN UNA PARTE DISPOSITIONIS, IN EODEM ACCEPISSE DICI DEBET IN ALIA; Altograd. d. controvers. 42 num. 23, et sequen. lib. 1. Palm. Nep. Allegat. 100 num. 18 etc., et quod Testator continuative procedendo, et CUM EADEM PRÆCEDENTER SERVATA FIGURA VERBORUM censetur retento Themate prioris dispositionis, et cum eadem intelligentia processisse: Ros. consult. 69 num. 87 vers. ad hoc dubium, et sequen., Saminiat. controv. etc.* =.

30 Evidentiæ fastigium argumentum attingit siquidem præter *juris* interpretationem, VOLUNTATIS etiam atque animi sensum expendamus, qui in dispositione investiganda maximum et gravissimum est columen veritatis. Redeat, obsecro, fundationis litera = *tibi, filio tuo pri-*

mogenito masculo, ipsius primogeniti filiis masculis de primogenito in primogenitum, et illis non existentibus, aliis filiis tuis eorumque filiis, ac ipsis deficientibus, tuis proximioribus de familia Spinellorum consanguineis similiter masculis et de primogenito in primogenitum, ac deinde foeminis =. Exploratum sane est in prima sede, sive in primogeniti descendentia MASCULOS diserte nominari. Conceptis pariter verbis MASCULI vocantur in tertio loco, sive in descendentia proximioris. Quæ cum ita se habeant, quomodo sana mente concipi poterit ut fundator excluderet foeminas in primogeniti ☞ sobole: admitteret in secundogeniti descendentia: rur- ☞ sus excluderet in progenie proximiorum, ac rursus ultimo loco arcesseret? Possunt hæc absurda in defensionis æstu confingi, sed abnormitate comperta, furiosum est illa tueri.

31 Fundator voluit semper MASCULOS præferre, sive ex primogenito, sive ex proximioribus, sive etiam ex = *aliis filiis* = in quibus ne centies repeteret quod sæpe mandaverat, præsertim cum eorum vocatio aliis esset prius ac posterius circumsepta ubi MASCULORUM prærogativa nitide erumpit, successionem SIMILI RATIONE cum præcedenti et sequenti composuit. Visne in perspicua ac necessaria *voluntate* fundatoris, LITERAM etiam luculentissimam? Habes in eo contextu = *aliis filiis tuis eorumque filiis, ac ipsis deficientibus, tuis proximioribus de familia Spinellorum consanguineis* ☞ *SIMILITER masculis* =. Profecto nisi omnia e contrario sensu judicanda sint, quid aliud sibi vult clausula illa *similiter*, nisi quod eadem *qualitas* sexus in præcedenti dispositione referatur? Utar S. Rotæ suffragio in decis. 28 num. 4 et seqq. par. 8 Recent. = ibi = *Idque confirmatur ex eo quia Fridericus testator postquam posuit in conditione filios Alexandri Lauræ et Posthumæ per dicta verba « et decedentibus Alexandro, Laura et Posthuma sine filiis vel filiabus » subdidit =. Et SIMILITER decedentibus eorum filiis et filiabus sine eorum filiis vel filiabus quandocumque =. Quæ verba idem operantur, ac si testator dixisset: et decedentibus eorum filiis et filiabus sine eorum filiis vel filiabus etc., VIRTUTE SCILICET DICTIONIS ET SIMILITER QUÆ INDUCIT DISPOSITIONEM PRÆCEDENTI SIMILEM, ad text. in L. Clemens etc. eaque REPETIT OMNES QUALITATES ET CONDITIONES IN PRÆCEDENTI ORATIONE SPECIFICATAS* =. Nec regeras paritatem illam ex verbo similiter ad primam vocationem, non ad alteram referri. Repugnat loquendi et arguendi ratio: repugnat *forma* ipsa sermonis, pa-

ritas enim in textu ad FILIOS non ad primam vocationem refertur = *aliis filiis tuis eorumque filiis, ac* IPSIS *deficientibus, tuis proximioribus etc.* SIMILITER *masculis* =.

32 Tertio gravissimum illud occurrit quod fæminæ EXTREMO LOCO institutione vocantur: cum enim fundator prospexerit sibi, filio suo primogenito, aliisque primogenitis; extincta linea primogeniali, aliis filiis suis, eorumque filiis: his non extantibus, proximioribus de familia masculis atque ordine primogenituræ, postremo foeminas vocat clausula illa = AC DEINDE FOEMINIS = Hoc profecto demonstrat foeminas nonnisi POST masculos omnes a fundatore admitti, quemadmodum illius clausulæ ET DEINDE effectum attingit Card. DE LUCA De Fideicom. Disc. 201 § 3 n. 28. =ibi= *Che però essendo nel caso nostro viva la Madre, la quale per tanti capi ne è esclusa, e non essendo il figlio chiamato per la persona propria, mentre della sua chiamata non apparisce, se non CONSECUTIVAMENTE, e SUCCESSIVAMENTE dopo la madre con quella dizione latina, ET DEINDE; Come anche essendo esso in grado più remoto, e di età minore, in concorso di Clelia, anzi del figlio primogenito di questa, quindi segue, che non si sappia vedere a qual fondamento tal pretensione resti appoggiata*=.

33 Contraria denique interpretatio in absurdum luculentissimum corrueret. Fac enim filiorum nomine foeminas recenseri. Dispositionem hisce verbis traducendam haberes = *aliis filiis tuis eorumque filiis etiam FOEMINIS; atque illis deficientibus, tuis proximioribus etc. ac DEINDE FOEMINIS* = ! At quomodo fieri potest ut *foeminis* deficientibus, succedant proximiores ac *deinde* foeminæ ? Concludendum igitur esset FOEMINAS esse SIBI substitutas; sive non modo in institutione, sed etiam in substitutione comprehendi, quod absque contradictione admittere in jure non licet. Rota in decis. 27 num. 9 cor. Lancetta = ibi = *Fortius: quia, si illa verba: eosdemque filios, ac alios filios filiorum, referenda non essent ad solos filios Catharinæ, quorum respectu testator masculinitatem expresse requisiverat; complecterentur etiam filias foeminas, tamquam destituta adjectivo masculinitatis: et tamen illas prudens testator a masculis separavit, vocando ibi: In eventum in quo dicti masculi nati, et nascituri ex dicta Catharina hærede, decederent; itaut certum sit, quod foeminæ sub dicto verbo Filiorum inclusæ non essent; NE ALIAS SEQUERETUR ABSURDUM, QUOD ESSENT SIBIMET IPSIS SUBSTITUTÆ: ad quod evitandum, omnem capiendam esse interpretationem; etiamsi a proprio, et litterali verborum significatu sit re-*

cedendum, dixit Rota =. Eo vel magis quod hanc substitutionem in remotissimum tempus contulit fundator : unde prius universa masculina descendentia vocata censetur. Rota dec. 211 n. 11 par. 14 Rec. = ibi = *Praesertim dum foeminae leguntur vocatae. in tempus remotissimum post deficientiam omnium masculorum ; censetur enim Testator PRIUS VOCASSE TOTAM LINEAM MASCULINAM, ET POST LINEAM FOEMINAM, ut bene Peregr. etc.* =. Foeminae propterea in QUARTA dumtaxat sede vocantur ; ideoque haud aliter successionem ingrediuntur, quam si ex primogenito, ex aliis filiis, ex proximioribus QUÆLIBET MASCULINA PROGENIES evanuerit.

34 Adde institutionis naturam, adde temporis et personae adjuncta. Temporis quidem, saeculo decimosexto, cum studium agnationis et masculinae sobolis impensissimum tota Italia flagraret : personae vero in primis nobilissimae, familiaribus exemplis edoctae quantum esset masculis tribuendum. Nec regeras ineptissime in *indifferenti* jurispatronatus disputatione verba quantum fieri potest latius esse accipienda. Hoc profecto auctoritates ab adversariis recensitae notant *in dubio*, cum de interpretatione non ex VOLUNTATIS conjectura, sed ex JURIS praesumptione agendum sit: absurdum enim esset et iniquum hujusce praesumptivae indifferentiae causa mentem ipsam ac voluntatem fundatoris satis compertam violare. Accedit quod hujusmodi indifferentia generatim admittitur, minime vero cum natura ipsa ac forma institutionis eam respuit. Quid cum fundator formam majoratus, fideicommissi agnatitii, primogeniturae usurpaverit ? Quis indifferentem eam legem dicat, quam fundator ipse ut indifferentiam cohiberet elegit ? Caeterum siquidem tam late patet indifferentia subjecti quantum adversarii contendunt, quorsum obsecro, opponunt minutiora illa discrimina de gradu in eadem linea, de sexu in eodem gradu, de linea substantiae et qualitatis, de effectiva et contentiva, aliaque ejusmodi quae ad salebrosas pertinent fideicommissarii juris indagines ? Ita se res habet, PP. Eñi; adeo secum ipsi pugnant adversarii, ut non modo non cohaerentia proferant, sed sibi potius quam nobis refragari videantur.

35 Age vero, quandoquidem fundationis literam ac sensum atque succedendi ordinem in jure exploravimus, restat ut illa investiganda sint, quae judicia postmodum sequuta, transactionem, possessionem activi juris respiciunt. Haec maximo hiatu, inflatis tibiis intonant adversarii ut strepitu et confragosa exemplorum auctoritate S. Ordinis judicium contorqueant. Nostrum erit osten-

dere putidissima commenta tanto clamore venditari. Objiciunt primo successionis judicium fuisse pro Christina diremptum ab Judice præstantissimo D' Andrea. *Deinde* nostrum jus si quod erat, per concordiam Christinæ fuisse abdicatum. *Tertio* concordiam a cliente probatam extitisse. *Mox* Christinæ successionem solemni rejudicata sancitam. *Tum* hanc a cliente admissam. *Denique* foeminas jus nominandi exercuisse.

36 Quod adversarii objecerint Judicem consultissimum Christinæ jura probavisse, non crederem, Emi Patres, nisi in contrariis offensionibus legerem. Ita ne adversarii miscent quadrata rotundis, ut quod potissimum sibi nocet veluti propitium traducant? Scilicet prudens ille Judex decrevit, uti vidimus, bona Cariatensium *libera* ad feminam ex lege pertinere, atque alia etiam quæ ex perspicua disponentium voluntate fœminis concedi poterant. Quid de PRIMOGENITURIS? Eas secundogeniti filio adscripsit = *al mentovato Signor D. Scipione Spinelli* COME DISCENDENTE MASCHIO CHE TIEN LUOGO DI PRIMOGENITO NELLA FAMIGLIA SPINELLI DI CARIATI = *Summar. præt. Friozzi num.* 3. *lit. N. O.* Alterutrum igitur fateantur adversarii necesse est. Aut Judex legem de bonis Cariatensibus dicens, animum appulit implicite ad juspatronatus, et illud implicite SECUNDOGENITI filiis in locum primi suffectis tribuit. Aut juspatronatus non intuebatur, et ineptissime judicium causæ extraneum opponunt.

37 Alienissimum præterea est quidquid objicitur de transactione, quamobrem = *la successione dei beni, titoli e dignità della casa dei Cariati* = in fœminas migravit, certa Seminariæ Duci pensione constituta. Primo enim nec probant adversarii JUSPATRONATUS in concordiam incidisse, nec præsumi potest, nec probatum aut præsumptum quidquam clienti obsisteret. Haud ostenditur in facto prout oporteret, juspatronatus fuisse concordiæ implicatum; immo vero ex « *præt. Summar. Friozzi pag.* 16. *art.* 3. = apparent SINGULA transactionis subjecta nec verbum excidit de jure nominandi. In jure autem, qua ratione probas jus patronatus alienatum fuisse? An quod patronatus inter jura honorifica recensetur? Verumtamen aliud est quod POSSIT honorum vocabulo comprehendi; aliud quod DEBEAT; quo posito supervacaneum est generale adversariorum axioma et auctoritates quibus innititur refutare.

38 Quid vero si generali etiam atque amplissima denominatione *jurium, universitatis, patrimonii,* alienatio contigisset? Illud exploratissimum est, jus patronatus REALE implicite cum re ejusque juribus in alios tran-

sferri, quin explicita mentio fiat: sed jus nominandi ☞ PERSONALE, nisi explicita sit alienatio, cessione ut ut latissima non contineri. *VIVIAN. lib. 4 cap. 1 num. 11. Aloys. RICC. dec. 179. num. 146 BALD. lib. 3 cons. 1. CRAVETT. cons.* 139 *n.* 5. Eleganter distinctionem exornat **GAGLIARDI** *de jurepatr. 14 numer.* 11. = ibi = *Secus autem dicendum de PERSONALI patronatu. Quoniam heres universum hereditatis patrimonium vendens revera non hereditatem defuncti vendere dicitur, quæ post factam aditionem desivit esse defuncti, effectaque est proprium ipsius heredis patrimonium; nec jus heredis, ossibus ipsius heredis adfixum. Qui propterea universa hereditatis adeptæ bona si vendiderit verbis generalibus, non universitatem, seu jus universum vendit, quia verbum generale bonorum omnium ab homine prolatum non efficit proprie universitatem, nec venditionem jure universalem. Sed talis venditio respectu verborum dumtaxat erit universalis, quæ proinde universitas verbo tenus resolvitur in singularitates, singula nimirum bona comprehendendo, quæ realia sunt hereditatis: **NON JURA PERSONALIA, QUÆ A BONIS HEREDITARIIS SEJUNCTA JUS PRÆSUMIT: IDEOQUE NEC JUSPATRONATUS PERSONALE,** licet ad heredes transit cum universitate bonorum. Ut autem hereditatis emptor juspatronatus hereditarium adquirat,* **OPUS EST UT VENDITOR DECLARET IN CONTRACTU** *sese illud etiam transferre velle ad emptorem etc. Consequens hinc etiam est juspatronatus haudquaquam transire ad emptorem palatii, vel fundi, cum omnibus juribus illius, in quo existat Ecclesia, vel capella quoties jus ipsum patronatus non reale fuerit, sed aliunde competere, quam jure accessionis ad palatium, fundumque: eo vel maxime quod palatium, et fundus reapse universitatem non præseferunt, sed quid singulare: aliter ac feudum, et castrum.* =

39 **SCHMALZGRUEBER** = Jus Eccles. Univers. par. 4 tit. 38 num. 158. De jure patron. = ibi = *Superest igitur, ut per venditionem transferatur solum accessorie, sc. vendita villa, castro ec. cui annexum est: Vivian. cap. 5 cit. num. 2. Laym. lib. 4. tr. 2. cap. 13 num. 20. vers. denique; Vall. hic N. 4 num. 1. Pirh. num. 40. Schmalz. num. 47. Koniq. num. 19. Dixi, cui annexum est; nam* **SI NON UNIVERSITATI BONORUM, SED PERSONÆ** *venditoris* **COHAEREAT,** *adeoque sit personale, et personæ primario competens,* **VENDITA UNIVERSITATE, NON TRANSIT JUS PATRONATUS AD EMPTOREM,** *ut ex probabiliore sententia docet Suar. lib. 4 de simon. cap. 29 num. 19, Garc. par. 5 de benef. cap. 0 num. 16 Zoes. hic num. 13, Pirh. num. 74 Ratio est; quia si tali casu ex vi*

venditionis omnium bonorum etiam ipsum transiret, quia censeretur tanquam pars universitatis bonorum, et per se vendita partialiter, quod SIMONIAM saperet. Aliud vero est de hæreditate, cum qua transit etiam jus patronatus, non quidem ex vi bonorum, quæ relinquuntur in hæreditate, sed ex vi juris hæreditarii, ex vi cujus universum jus defuncti in hæredem transmittitur: quod non fit in emptione venditione. Quid? Ricciardii vel ipsi, quamquam nobis transactionem in jure nominandi objicerent, veritatem semper dissimulare non potuerunt, atque ita Cariatensem arguebant in præt. alleg. § 37 = ibi = Gaudeat igitur « Principissa nostra titulo, gaudeat bonis Cariatensi « majoratui adnexis, PATRONATUM vero CUM ejus- « modi BONIS et titulo non confundat. Majoratus enim « bonorum ac tituli possessor IN JURE PATRONA- « TUS HAUD UNQUAM SUCCEDIT, ut cum universo « Doctorum et Canonistarum coetu docet MOLINA de pri- « mogen. Hispan. lib. 1 cap. 24 num. 29, nisi « *ubi alias juspatronatus ipsis bonis majoratus adnexum est; tunc enim* TAMQUAM CONNEXUM ET ACCESSORIUM, *ad eos, quibus bona majoratus deferuntur, transibit.* =

40 Non mutavit igitur jus nominandi concordia quæ ad alienissimam patronatus cessionem nullo modo potest perduci. Ejusdem furfuris tertia est offensio, quod scilicet Dux Ferdinandus transactionem probaverit. Unde io clamat princeps foemina Margarita, quasi idcirco cliens illius jura sanciverit. Ita se res habuit. Christina concordiæ rescissionem postulabat: illi obstitit Seminariæ Dux, pacta conventa servari contendens. Quid ais ideo eum adversariæ patronatum admisisse? Ostende, sodes, patronatum esse concordia comprehensum. Is quidem nihil præter concordiam probavit, sive nihil aliud quam successionem = *nei beni, titoli, onori, prerogative* = de quibus fuerat disputatum. Aut ostende igitur invictissimis argumentis, actum in transactione fuisse DE JURE PATRONATUS, aut concedas oportet agnitionem hujusmodi, quam tantopere deoscularis, ad causam non pertinere.

41 Tametsi in quarto potissimum capite castra ponunt adversarii, ex quo urgent jus nominandi per *rem judicatam* sibi fuisse quæsitum. Itaque princeps foemina Cariatensis universam pene primi summarii molem iis actibus conflavit, qui rem judicatam præcesserant. Tribunal reapse aulicum = *di guerra e casa reale* = decrevit jus patronatus ad Christinam pertinere. Duo inde consectaria adversarii deducunt: primo si exemplum et

auctoritatem attendas, maximam vim hujusmodi sententiam habere: deinde agentibus modo de eodem jure, rei judicatæ exceptionem esse opponendam. Miror equidem tantam in adversariis ingenuitatem, ut sententiam quæ radicitus NULLA est, insanabili nullitate, immo vero (libere dicam) quæ coram Amplissimo Ecclesiæ Ordine sine temeritatis nota defendi nequit, non obscure neque per cuniculos, sed aperta fronte tueantur! Quid? Contendebat Christina = *che niun diritto ad altri sul padronato attivo dell'anzidetto* BENEFICIO *competa etc.* « *Præt Summar. Friozzi num.* 6 » Agebatur propterea de re *beneficiaria*, quæ AD ECCLESIAM pertinet, et a laico tribunali non potuit nec poterit unquam judicari.

42 Quis credat adversarios etiam hoc jus SACRUM, antiquissimum, sine quo Ecclesiæ incolumitas esse non potest, inficiari? Opponunt fortasse hoc privilegium fuisse dumtaxat ex conventione inita cum Apostolica sede anno 1818 confirmatum. In quo nesciunt quid sibi velint; hoc enim jus a primis Ecclesiæ sæculis vidente et consentiente Ecclesia nunquam fuit abdicatum, nec potuit abdicari, MATERIEM enim attinet penitus Ecclesiasticam. Testatur itaque adversariis domesticus Auctor GAGLIARDI op. cit. cap. 3. in addit. non modo causas beneficiarias etiam de jure patronatus esse ab ecclesiastico magistratu dirimendas, sed et jus notissimum ex Conventione inita anno (☞) 1741 sancitum fuisse = ibi = *Porro hanc Episcoporum jurisdictionem agnovit etiam Justinianus, qui nov. 57. verbis usus Prophetæ Exechielis ne profanentur sancta Dei, aperte adfirmat Ecclesiæ Ministros a fundatoribus præsentatos a Dioecesani Episcopi judicio probandos esse. Quæ cum ita se habeant, CONVENTIONE INITA INTER BENEDICTUM XIV. Summum Pontificem et CAROLUM III. utriusque Siciliæ Regem, num.* 1741 *cap.* 6 *art.* 4 *diserte cautum: CAUSAS BENEFICIARIAS AD EPISCOPALE FORUM PERTINERE, DUMMODO NON AGATUR DE JURE PATRONATUS REGIO AUT FEUDALI etc. Quamobrem exorta controversia inter patronos simplicis beneficii in quadam Ecclesia Aversanæ dioecesi erecti, Regio rescripto sub die* 9 *Jan. an.* 1770 *fuit provisum quod ejusdem Ecclesiæ Episcopus illam definiret* =

43 Ac perditissime regerit Cariatensis adversaria Pragmaticam anni 1786 sanctionem, qua cautum fuit = *alle persone della Nostra Corte* = speciale privilegium tribui, ut judicentur a Magistratu *Belli et Regiæ Domus*. O bona: etiam IN ECCLESIASTICIS! etiam IN BENEFICIIS! Ita ne ecclesiasticis legibus, suis ipsis Conventionibus

Rex *implicite* derogavisset ? Et quamquam etiam vellet, (quod absit) **POTUISSET** ? Nec pudet adeo ridicula proferre ? Tametsi ignoscam equidem nobili adversariæ errorem, cum videam **CURIAM** ipsam, Curiam inquam Melitensem de capitali hoc jure dubitavisse ! ! Scilicet antequam judicio manus admoveret, ab auctoritate **LAICA** postulavit, *utrum Episcopo esset, an laicis in beneficio disputandum* ! Et ab ipsa polytica auctoritate didicit = *dichiarandosi competente cotesta Curia Vescovile nella controversia per la spettanza del padronato sul benefizio anzidetto = Praet. Summar. Ricciardi numer.* 11. = Quid ? Cum Regia vel ipsa voluntas, nuper, anno 1854, hac eadem in causa diserte mandaverit judicium *ad Ecclesiam* pertinere, qua fronte asseris fuisse a **BELLICO** Magistratu dirimendum ?

44 Mitto igitur ex errore judicium bellicum prodiisse, scilicet = *per la SOLA circostanza che con la mentovata transazione tutti i titoli, dignità ed onorificenze erano rimasti alla Principessa di Cariati = Praet. Summ. Friozzi num.* 4 *pag.* 27. quod absurdissimum esse vidimus. Unum exuberat in causa, **NULLITAS** nempe flagrans, luculentissima rei judicatæ. Hinc etiam aliud adversariorum consectarium corruit, scilicet rei judicatæ exceptio : quod enim nullitate laborat, nullo pacto objici potest. At enim, quinto loco regerunt adversarii, Dux ipse Seminariæ Ferdinandus accepto rem judicatam habuit : atqui indignum est propriæ conventioni (in judiciis enim quasi contrahitur) refragari. Hoc etiam in capite nubem pro Junone captant adversarii, atque commentum lepidissimum venditant. Primo non docent clientem in judicio fuisse comprehensum: nec probant deinde ipsum accepto sententiam habuisse. Adsistit ne in judicio Cliens? Diligenti cura acta omnia in Cariatensi Summario lustravi, nec alias in judicio partes reperi, quam *Cajetanum, Octavium, Aloysium et Dominicum Spinelli = Praet. Summar. Friozzi pag.* 38 *pr. et* 39 *pr.* = De Duce **FERDINANDO** ne verbum quidem. Doce igitur quod adhuc non constat, ipsum judicio stetisse. Quid vero quod sententiam accepto habuerit ? **UNUM** Cajetanum, per procuratorem Octavium constat ex Cariatensi summario num. 8. nuncium appellationi misisse, Quid de reliquis? Undenam hanc fabellam de confirmata sententia somniaris ? Quo pacto in responsione asseris § 3 = *Maxime vero cum Seminariæ Dux Ferdinandus alter ex Antonii filiis sit qui .... res ipsas editas judicatas ratas undique habuerunt* ? =

45 Postrema Cariatensis adversariæ offensio *observantiam* respicit: opponit enim primo ex bellica rejudicata, Chri-

stinam anno 1801 Clericum Josephum nominavisse, qui dum in humanis fuit, ad annum usque 1837 beneficium retinuit: deinde Margaritæ conjugem Januarium Spinelli gratiam ab Apostolica sede impetravisse ut administrationem gereret beneficii. Primum possessionis commentum non obstat, cum enim *sententiæ* futilitatem ac nullitatem noverimus, nemo est qui non videat quam inepte possessio proferatur quæ ex ipsa sententia originem ducit. Rota cor. Molines, dec. 434 num. 19 t. 2 = ibi = *supposita evidenti nullitate prædictæ sententiæ latæ de anno* 1645 *neque pariter PRO ULTIMO STATU ATTENDENDA EST favore Monasterii institutio facta de eodem anno ad præsentationem ejusdem tamquam Patroni in duabus tertiis partibus d. Sum. num.* 29. *quia cum talis Institutio fuerit ab Ordinario facta vigore d. sententiæ, ista existente nulla ex ponderatis, pariter nulla, et insubsistens est Institutio, postea sequuta, sicque neutra deservire potest pro ultimo statu favore Monasterii, vel Archiepiscopi ejus Cessionarii* =.

46 Quibus accedit ultimum statum iis qui PROPRIO JURE succedunt minime nocere = PITON. de controv. patr. alleg. 66 num. 47. = ibi = *Tanto facilius in præsenti, ubi non concurrunt, nisi duo status; ille scilicet anni* 1666, *et alter anni* 1681 *ut superius animadversum est, et neuter eorum sufficit etiam in possessorio tam contra Thesauram, quam contra illos de Aquila, VELUTI VENIENTES JURE PROPRIO, dixit Rot. in d. Mediolanen. Beneficii* 1 *Aprilis* 1707 §. *Roborabant, cor. R. P. D. Ansaldo, ubi ad unguem concurrebant duo ultimi status unus per consensum præstitum resignationi, et alter per præsentationem: et decretum fuit non suffragari contra venientes JURE SANGUINIS ex lege fundationis.* = Indultum vero quod attinet Apostolicæ Sedis, non sine causa fortasse illud nos celant adversarii, quippe lucem odit. Quis enim ignorat in hujusmodi concessionibus salutares clausulas apponi ne jura tertiis quæsita lædantur? Etiam Fuscaldius gratiam Apostolicam impetravit, ac nemo inficiabitur quatuor inter partes quæ in hoc judicio sistunt, ipsum deteriori ratione suffragari. Quid si Cariatensis conjux se patronum uti Fuscaldius in petitione asseruit? Putas ne gratias ita præreptas quidquam negotii facessere? Denique ultimum statum in possessorio gravissimum, non posse in petitorio illustre atque præclarum jus vincere, quis ignorat?

47 Hactenus in clientis juribus vindicandis ita causam egimus ut nostra contentio rationum quas adversarii congerunt implicite confutationem foveret: brevissime igi-

tur cum singulis erit disputandum. Fuscaldius perfunctorie, ut arbitror, manus conserere visus est, ne deterrimam causam palam abjiciens obreptionem brevis turpiter confiteretur. Scilicet, qua ratione jus suum probat? Ait se ex Carolo PATRE fundatoris (Petri Antonii) derivare ex linea Salvatoris, quem asserit fratrem Petri Antonii extitisse. *Asserit*, inquam; etenim schema genealogicum quod ipse coram Melitensi Curia proposuit, a partibus PROBATUM NON FUIT. Respondeo igitur primo, nos illius derivationenem nec probare nec admittere, quippe in facto non demonstratur. Quid vero si per absurdum confingeres probabiliter de descendentia constare? Nemo non videt Fuscaldum non ex fundatore, sed ex fundatoris fratre derivare. Non igitur in prima vocationis sede continetur Fuscaldus, scilicet in linea ac sobole primogeniti ex fundatore. Non in altera, scilicet = *aliis filiis TUIS, eorumque filiis* = quia vocabulum illud TUIS semper ad fundatoris progeniem refertur. Restat ut in postremo successionis ordine contineatur, quo vocantur = *proximiores de familia Spinellorum*. = Sed huc merito ac pernecesse redit quod extra opportunitatem adversaria Friozzi nobis objecit nempe semel suscepta FUNDATORIS linea, aliam ingredi non licere nisi universa prioris lineæ descendentia fuerit penitus extincta.

48 Cariatensis Adversaria sequitur, quæ omnes intendit nervos ut causam in secundo vocationis capite ponat, nempe PRIMOGENITIS MASCULIS = *non existentibus, aliis filiis tuis eorumque filiis* = In quo tria potissimum exuberant contra mulierem. Primo demonstret primogenitos masculos (sive in sensu juris eos etiam qui civiliter primogeniti locum tenent) non existere; secus enim fieri nequit *subsidiariae* successioni locus. Deinde contradictionem in adversaria luculentissimam videte. Se præ caeteris proponet uti PRIMOGENITAM: at in secunda illa vocatione = *aliis filiis tuis eorumque filiis* = nulla fit de primogenitis mentio. Cur igitur hanc qualitatem ibi tuetur? Quia scilicet institutio primogenialis est, et primogeniti tum in primo, tum in tertio capite diserte nominantur. At mehercules, ita pariter institutio MASCULINA est, ac MASCULI nominantur tum in primo, tum in tertio capite fundationis. Qua ratione propterea implicitam primogenialem qualitatem fovet, rejicit masculinam? Tertio denique illud occurrit; quod fundator ALIAM LINEAM in secunda illa vocatione locavit. Siquidem communi suffragio doctores constituunt tot lineas censeri, quot fundator stipites designavit, in utroque priori capite DUPLEX linea con-

tinetur. Vocatur enim tum filius primogenitus fundatoris ejusque linea, tum alii fundatoris filii = FILIO TUO PRIMOGENITO *masculo, ipsius primogenitis etc. ALIIS FILIIS TUIS* = . Posuit igitur fundator, antequam ad alterum succedendi ordinem gradus fieret, LINEAE MUTATIONEM : non quam Adversarii contra nos absurdissime de persona in personam configunt, sed realem de stipite in stipitem, quod a jure improbatur, quousque primi stipitis, nempe primogeniti ex fundata discendentia non exaruit. Caetera quæ Cariatensem attinent, fusius in defensione pro re nata occupavimus.

49 Atque ita etiam Ricciardiis responsum arbitror. Hæc familia non secus ac princeps foemina Cariatensis, per Sophiam et Christinam, scilicet PER FOEMINAS ad fundatoris descendentiam pertinet : immo gradu etiam remotior est quam Cariatensis Adversaria. Itaque cum Ricciardii in secundo vocationis capite controversiam constituant, illud perpetuo occurrit non posse de hac subsidiaria successione disputari quousque prior non desideratur. Postremo hoc etiam accedit in Ricciardiis præ cæteris absurdius, quod in altero capite non modo lineæ mutationem, verum etiam sensus ac VOLUNTATIS præsumunt, fingunt enim patronatum de primogeniali in *gentilitium* converti. Præsumendum esset propterea, nulla ratione, nullo indicio, fundatorem vocasse initio primogenitos, deinde familiam, tertio primogenitos eodem contextu, iisdem verbis, eadem institutione ! ! quod quantum a similitudine veri, a recta ratione abhorreat cordatus quisque primo intuitu admiratur. Unum respondeant Ricciardii, quod obtusa equidem minerva hactenus explicare non potui. Si in altera sede patronatus gentilitius est, plane *ad omnes de gente Spinellia* pertinet. Igitur ut secunda sedes extincta censeatur, oportet NEMINEM de gente Spinellia existere. Quæ cum ita sint, quid sibi voluit fundator, cum *tertium* caput adjecit *pro consanguineis proximioribus de familia* ? Quibus consanguineis ? an iis qui secunda sede extincta, in rerum natura non existunt ? . . . . O bone, nonne vides quam ridiculum sit secundum successionis caput adeo porrigere ut tertium inutile et absurdum fiat ?

Quare etc.

Salvator Martini Adv.
Aloisius Vannutelli

Sacra Congregatione Concilii

sive

R. P. D. QUAGLIA

SECRETARIO

MILETEN.

Jurispatronatus, et Institutionis

pro

Excm̃. D. Ferdinando Spinelli Duce Seminariæ et R. D. Petro Militano.

contra

Exm̃um D. March. Margaritam Friozzi, D. Julium Ricciardi, Equitem D. Antonium Spinelli et litis etc.

Restrictus facti et juris

Pro Congregatione diei 1 Decemb. 1855

1855 - Tipografia Pallotta presso la piazza di S. Ignazio

(17

MILETEN.

JURISPATRONATUS

Stantibus etc.

DUBIUM

An Sententia Curiæ Episcopalis Miletensis sit confirmanda vel infirmanda in casu etc.



Emi ac Rmi Patres

1 Propositam quinto Nonas Martias hanc causam, tribus in quadrangulari certamine partibus comperendinationem poscentibus, placuit ad hodierna Comitia ablegari. Causa utut implexa videri possit, si volumen actorum spectes, in puncto est, in paucis fundationis verbis quæ totam controversiam conficiunt. Facta *Conclusionum* copia in *folio* quod R. P. D. a Secretis, dum causa, nobili dumtaxat adversaria Margarita informante proponeretur, vidimus historiam fundationis et præsentationum, quamquam ex adversariæ penu mutuatam, maxima ex parte impune admitti, quod superest, prætermitti posse. Non ea causa est quæ factorum narratione vel distinctionibus egeat. Duo monumenta satis est ob oculos habere: nempe schema genealogicum, atque bullam fundationis: utrumque profecto ut perhibent, utque ex *Folio* arguere licet, in suo summario adversaria proposuit.

2 Pontifex Paulus III decimosexto ineunte sæculo, Apostolicis literis patronatum *Petro Antonio* Spinelli, qui Ecclesias restituerat Divis Faustino et Joanni Theologo sacras, concessit, ejusque primogenitis, consanguineis agnatis masculis, ac DEINDE fœminis. Fervebat eo tempore studium agnationis, majoratuum et primogenituræ. Quæ cum instituta potissimum in Hispania floruissent tum ob illius populi ingenium, tum ex Imperatorum atque optimatum potentia, facta deinde ab Hispanis in Siciliæ regnum atque italicas oras irruptione, aulici

mores, tituli, gloria fumosarum imaginum, æstus nobilitatis, et generosæ stirpis servandæ studium in italos migravit.


3 Nota recolo: familiæ, sanguinis, naturæ vincula in unum fuerant conversa, in *agnationem*, quam singuli civitatum ordines, diverso quamvis tramite sequebantur. Nobilissimi viri integram substantiam, feudali reliquia, primogenitura innodabant: ditiores reliqui in fideicommisso, quod semper agnatitium erat: plebs autem, cujus mentem *Statuta* tradiderunt, in successionibus agnationem impensissime prosequebatur. Nota, inquam, hæc sunt, sed meminisse juvabit iis qui nullo temporum delectu fideicommissariam et primogenialem institutionem a prænobili viro impositam, eo potissimum sæculo, quo patricius ordo in Italia latissime floruit perinde interpretantur, ac si ageretur de testamentariis tabulis in Gallia conditis, ineunte hoc sæculo, sub tribunicia æqualitate atque democratica dominatione.

4 Petitionis quam Carolus Spinelli fundatoris pater, Pontifici Leoni X porrexerat, summa paucis refertur in Bulla Pauli III. sed omnino desideratur alia petitio, quam PETRUS ANTONIUS Caroli filius fundator, Paulo III proposuit ut initum a patre consilium, nec unquam exequutioni demandatum, certis legibus expleret. Verumtamen ex ipso Bullæ contextu apparet, qua ratione fundator successionem in jure nominandi definiret = ibi = *Pro parte tua Nobis fuit humiliter supplicatum ut TIBI, FILIO TUO primogenito MASCULO, ipsius primogenitis filiis MASCULIS de primogenito in primogenitum, et illis non existentibus, aliis filiis tuis, eorumque filiis, ac ipsis deficientibus, tuis proximioribus de familia Spinellorum consanguineis SIMILITER MASCULIS et de primogenito in primogenitum, ac DEINDE FOEMINIS, jus patronatus et præsentandi etc. perpetuo reservare et concedere, ac alias in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.*

5 Quatuor igitur ordines, quatuor vocationis sedes fundator constituit. Scilicet PRIMO Carolum fundatorem, ejusque filios et discendentes masculos, ordine primogenituræ; SECUNDO, alios Caroli filios seu discendentes, eorumque filios: TERTIO proximiores consanguineos: QUARTO loco fœminas. Ex arbore genealogica, quam perhibent adversariam exhibuisse, Patres Emi viderint profecto in descendentia fundatoris unum clientem AGNATUM, mortuis fratribus, unum MASCULUM extitisse. Scilicet Joannis Baptistæ descendentia exaruit, unicam enim fœminam filius illi præmortuus ex

matrimonio suscepit, unde tum nobilis fœmina Margarita, tum alii adversarii Ricciardi originem duxerunt.

6 Quæstio, quæ primo loco fieri potest, hæc est: utrum nempe in prima illa vocatione versemur = *filio tuo primogenito masculo, ipsius primogenitis filiis masculis de primogenito in primogenitum* = seu potius in secunda = *aliis filiis tuis eorumque filiis* = Adversaria, princeps fœmina Margarita Friozzi contendit causam esse in secunda hac vocatione dirimendam, ait enim, per Scipionis obitum absque primogenitis masculis, *extinctam* esse primam vocationem. Quo nihil absurdius fingi potest, ipsa enim adversaria impensissime adlaborat, ut doceat non posse de una ad alteram lineam transitum fieri, nisi prima penitus extincta. At, qua ratione docet, obsecro, primam lineam primogenituræ ex filio primogenito derivantis *extinctam* esse? Nonne masculus supererat in agnatione? Hæc erat descendentiæ species cum moreretur ultimus primogenituræ possessor. Scipio 4 obiit anno 1791, quemadmodum in transactione traditur anni 1795 = ibi = *In Agosto del 1791 si morì il suddetto fu Sig. Duca di Seminara D. Scipione Spinelli, unico figliuolo maschio del detto ultimo defonto Principe di Cariati, D. Giovanni Battista Spinelli* = Joannes Baptista illius pater, ULTIMUS fuit in primogeniali sede possessor, qui obiit anno 1792 = ibi = Atqui eo tempore, quamquam mortuus esset Antonius ultimi possessoris frater secundogenitus, in humanis tamen erat illius primogenitus Scipio, aliique fratres.



7 Igitur in primogenitura bonorum, feudalium, disputatum fuit utrum hæc ad Christinam, seu primogenitam fœminam, an ad Scipionem, primogenitum secundogeniti pertinerent. Quæstio fuit transactione sopita, et prævia in correspectivitatem præstatione, Scipio bona feudalia mulieri concessit *quia in fideicommisso nulla lex erat quæ* ***FOEMINAS*** *excludent* = ibi = *per essere la medesima, chiamata dalle leggi a tal successione, senza che vi sia legittimo fatto dell'uomo in contrario.* = Tum alia etiam de causa: quia fideicommissum NULLUM erat in bonis feudalibus = ibi = *Il fedecommesso ec. fu nullo ed inutile*

rispetto ai beni feudali, perchè a quel tempo era proibito dalla Costituzione del regno =. Quæ omnia longe aliter se habent in primogenitura juris patronatus; neque enim nullitate laborat, neque indistincte masculos nuncupat et fœminas; immo vero illas luculentissime removet = *tibi filio tuo primogenito MASCULO, ipsius primogenitis Filiis MASCULIS de primogenito in primogenitum* =.

8 Joanne Baptista vita functo, contendit adversaria Margarita, extinctam esse primogenituræ sedem, primamque vocationem, ea de causa, quia fundator filium suum, aliosque filios de primogenito in primogenitum vocavit. Atqui ultimus possessor primogenitum *masculum* non habuit: Scipio vero est secundogeniti filius, ac proinde non vocatus. Heic error latet, PP. Emi. Scilicet præsumitur, vocatis *primogenitis*, eos DUMTAXAT succedere, qui primo loco nati sunt. Utique primo nati succedunt præ cæteris, quousque existunt, sed iis deficientibus, secundo geniti *priorum* locum usurpant atque primogenituræ subeunt. Quamobrem communiter receptum est vocabulum primogeniti in hujusmodi institutionibus haud hebraice et naturaliter tantum, sed etiam CIVILITER interpretari, ita ut eo nomine veniat non modo qui prior natus est, sed etiam qui per illius OBITUM vel INCAPACITATEM ex lege succedit. Ita SABELL. Summa divers. Tract. § Primogenitura 64 num. 4 = ibi = ***PRIMOGENITUS** dicitur non solum ille, qui **PRIMO** natus est, sed etiam ille, qui proxime sequitur*, ETIAM SI VERE SECUNDO, VEL ULTERIORI LOCO NATUS SIT, QUANDO PRIMUS MORTUUS FUIT SINE LIBERIS, VEL ALIAS EST INCAPAX, Rot. par. 2 divers. decis. 128 numer. 1 etc., ***TIRAQUELL.** de jure primogenit. quæst. 3 num. 6, **MENOCH.** cons. 97 num. 9 cons. 220 num. 58, et de præsumpt. d. præsumpt. 92 num. 3. etc. Quod primo, vel secundo-genitus consideretur naturaliter, **ET CIVILITER**; naturaliter dicitur ille, qui vere primo, vel secundo loco natus est*, CIVILITER AUTEM QUI PER MORTEM PRIMO, VEL SECUNDOGENITI ILLIUS LOCUM ASSUMPSIT =.

9 ROTA = Decis. 346 par. 12 numer. 1 et seqq. = ibi = *Nam ponderato toto contextu testamenti Alexandri Sarazani institutoris Primogeniturae dignoscitur, quod ipse exoptans conservationem propriæ familiæ, et Patrimonii nedum ad nominis insigniumque declarationem primogenitos successuros adstrinxit, eisque alienationem bonorum prohibuit, sed ut familia* **DE PRIMOGENITO IN PRIMOGENITUM** *traheretur onus nubendi primogenito instituto, et aliis suc-*

cessive substitutis injunxit, *unde cum Jacobus Antonius Sacerdotium assumpserit*, *et sic* *INCAPAX* *effectus fuerit matrimonii*, PRIMOGENITURA AD JOSEPHUM IGNATIUM SEQUENTEM IN GRADU DEVOLUTA FUIT, QUI OB INHABILITATEM FRATRIS NATU MAJORIS PRIMOGENITUS DICITUR ET JURA PRIMOGENITURÆ CONSEQUITUR, ut benè Tiraquell. etc. = Coram Bichio decis. 602 numer. 4 et 5 = ibi = *Nimirum secundogenitus dupliciter accipitur uno modo naturaliter, quia secundo loco genitus fuerit*. ALIO CIVILITER AD EFFECTUS SCILICET CIVILES, INTER QUOS ENUMERATUR SUCCESSIO *Bald. etc. ad quem effectum* SECUNDO LOCO NATUS PER OBITUM PRIMI DESIIT ESSE SECUNDOGENITUS, *ac primus evasit* CUM NEMO EUM ANTECEDAT, *Isern. in cap.* 1 *etc.* =.

10 MANTICA = De Conjectur. ult. volunt. lib. 8 tit. 10 num. 6 et seq. = ibi = *Neque omittendum censeo, quod PRIMOGENITUS etiam dicitur FILIUS SECUNDOGENITUS, SI SOLUS SUPERSIT, aut si primus decesserit, ut eleganter decidit Bald. in leg.* 2 *num.* 5 *de jure emph. ubi vult, quod si quis recipiat fundum in emphyteusim cum hoc, quod non transeat, nisi ad primogenitum*, INTELLIGATUR DE ILLO, QUI TEMPORE MORTIS SUPERVIXERIT, LICET ESSET SECUNDO, VEL POSTERIORI ORDINE NATUS, *quia consideratur tempus quo quis succedere debeat*, UT PRIMOGENITUS DICATUR QUICUMQUE ALIUM ANTE SE TUNC NON HABET, *et sequitur Alex. in l. ex facto etc.* =.

11 Quid igitur est causæ, quamobrem MASCULUS proximior Scipio primogenitus secundogeniti, qui proinde Joannis Baptistæ deficientis loco succedebat, a jure patronatus excluderetur? Audite, obsecro, quid Margarita objiciat ex Folio conclusionum = ibi = Quin objici « jure valeat, post obitum Joannis Baptistæ, præter « Christinam ejusque consanguineam sororem Joannam, « in humanis æque fuisse plures Antonii ejusdem fratris « filios, eosque ideo uti ab Scipione 3 communi Joan« nis Baptistæ et Antonii patre causam habentes, ad pri« mogenialem Cariatensis familiæ lineam pertinuisse. Re« ponit enim primo, Antonii, uti secundo geniti filios, « ad primogenialem *effectivam* Cariatensium lineam per« tinere minime potuisse, quam ultimus dumtaxat pri« mogenituræ possessor constituit =.

12 Sophisma adversariæ duplici ratione profligamus. Ostendimus primo, nullam fieri LINEÆ MUTATIONEM cum successio a Joanne Baptista ad Antonii filios transeat: deinde etsi fieret lineæ mutatio, ad Antonii heredes duntaxat, minime vero ad foeminas patronatum perve-

nire. Absurdum est atque incongruum quidquid objicitur de mutatione lineæ. Verum oppido est, nec inficior, quemque primogenitum, seu quemlibet qui primogeniti locum tenet, novam quasi lineam *naturalem* constituere; verumtamen haud hæc est linea **LEGALIS**, quam prætergredi non liceat. Centum esse possunt lineæ, et centum mutationes de fratre in fratrem, de filio in nepotem, de nepote in patruum, in eadem familia, in eadem descendentia, quamquam linea **LEGALIS** haud immutetur. Hæc autem **UNIVERSAM DESCENDENTIAM** comprehendit a **STIPITE** in fundatione designato: quidquid sit de ramis qui peculiares lineas in generali constituunt. ***PITONIUS*** de controv. patron. alleg. 100 num. 374 et seq. = ibi = *In quibus terminis necessarius non videtur consensus alterius Corporis in alternativa, quæ statuitur inter personas alterius corporis diversi, secus autem in præsenti, UBI OMNES PATRONI, DESCENDUNT AB UNO, scilicet Francisco Vergiolesi, ubi PROPTEREA OMNES DICUNTUR DE UNICA LINEA, familia, et sanguine NON CURATIS RAMIS SUBALTERNIS, ut bene Card. De Luca de Jurepatr. disc.* 33 *num.* 4 « ibi » *In hac materia SPECTATUR PRIMUS STIPES, QUI SI EST UNICUS, UNAM CONSTITUIT LINEAM NON CURATA SUBDISTINCTIONE, QUAE TRACTU TEMPORIS SEQUATUR IN PLURES RAMOS, SEU COLUMNELLOS, QUONIAM OMNES DICUNTUR DE UNA LINEA, INSPECTO STIPITE, SEU TRUNCO NON CURATIS RAMIS = ROTA* in decis. 14 num. 27 de fideicom. coram Falconerio = ibi = *Unde cum illi respectu Alexandræ matris et Guilelmi avi unicam efformarent lineam propter stipitis singularitatem, inde sequitur quod* **ETIAMSI SINT DIVISI IN PLURES PERSONAS SIVE COLUMNELLOS, TAMEN UNICAM CONSTITUUNT LINEAM**, *ut sumpto argumento etc.* = atque in decis. 43 num. 7 de jurepatr. coram Eodem = ibi = *Nec pluralis enunciatio linearum secumfert recessum ab unitate stipitis jam designati, QUEMADMODUM NON REPUGNAT PLURES ATQUE PLURES LINEAS UNICO STIPITI SUBORDINARI, quæ tunc respectu stipitis, UNICAM LINEAM EFFICIUNT* =.

13 Quamobrem ut certo argumento distingui possit utrum UNICA vel plures lineæ fuerint constitutæ, non descendentium divisiones eventuales quæ ad infinitum consurgere possunt, attendendæ sunt, sed numerus dumtaxat primo loco institutorum, unde reliqui descendentes derivant. Ita S. Rotæ Auditorium in decis. 124 Par. 15 num. 4 et seqq. Recent. = ibi = *Neque dicatur Testatorem substituendo filios, nepotes, pronepotes,*

et descendentes masculos institutorum, voluisse constituere plures, ac diversas lineas etc. Siquidem hujusmodi expressio filiorum nepotum, et pronepotum solum præsefert illorum successivam vocationem, in casu deficientiæ filiorum Testatoris, non autem importat constitutionem tot linearum quot sunt personæ expressæ. Cum enim pluralitas graduum de necessitate requiratur ad constituendam lineam, quæ dicitur collectio plurium personarum ab uno, et eodem stipite provenientium l. stemmata ff. de grad. affin. cap. quod dilectio de consang. et affinit. Utique AD DIGNOSCENDUM QUOT LINEÆ FUERINT VOCATÆ NON INSPICITUR ENUMERATIO DESCENDENTIUM, SED QUIDEM NUMERUS PRIMO INSTITUTORUM A QUIBUS TAMQUAM A STIPITE CÆTERI DESCENDENTES EMANANT Paul. de Castr. etc. =

14 Distinctionem cumulatissime exornat **DE LUCA** de Fideicommissis Disc. 117 num. 2 et seqq. = ibi = *Et consequenter planum credidi prætendi non posse expirationem, sed absolutam remanere durationem fideicommissi in universa linea ipsius Cæsaris, qui destinatus fuit UNICUS STIPES hujus dispositionis, dum vocatio restricta non erat ad ejus primogenitum simpliciter, sed erant vocati omnes descendentes masculi de ejus linea etc. dum juxta distinctionem in proposito reciprocæ linearis pluries in præcedentibus traditam, STANTE QUOD PRIMA DISPOSITIO AD UNUM TANTUM DIRECTA EST, cujus descendentes vocentur, TUNC UNICA DICITUR LINEA, omnesque: licet INTER PLURES RAMOS, seu colonnellos divisi, DE UNA ET EADEM ESSE DICUNTUR, unum et idem corpus, seu genus constituentes, ☞ CUM QUÆSTIO RECIPROCÆ LINEARIS, AC TRANSITUS DE LINEA AD LINEAM CADAT, UBI PLURES LINEÆ AB INITIO CONSTITUTÆ SUNT, juxta satis vulgarem, ac receptam distinctionem derivantem, ex text. in cap. 1. de eo, qui sibi, et hæred. suis in usib. fundorum, ut pluries in præcedentibus ad hanc materiam, et sic non agnoscebam, ubi caderet ratio dubitandi.* =

15 In specie, ecquis neget **UNUM** fuisse in primogenituræ ordine stipitem propositum, nempe **PETRUM ANTONIUM** fundatorem? = **TIBI** (Petro Antonio) *filio tuo primogenito masculo, ipsius primogenitis filiis masculis etc.* = Itaque, cum in primo vocationis ordine quæstio cohibeatur, absurdum esset pluritatem linearum in **UNICA** descendentia ex **UNICO** primogeniti stipite somniari. Cliens est secundo geniti filius, sed ex *primogenito*, per patrem, originem ducit. Aut igitur absurdum illud teterrimum audiendum est, quod tot capita tot lineæ

legales in eadem descendentia, aut concludendum **IN EADEM LINEA** primogeniali tum nos, tum principem fœminam Frìozzi versari. Quibus positis, cum in secundogeniti prolem jus patronatus migraverit, unicus est e secundogeniti sobole superstes Cliens Ferdinandus, qui jus primogeniale nominandi adeptus est.

16 Quid vero si transitum de linea ad lineam admitterem? In absurdissima hypothesi, haud nihilominus esset notissimæ illius regulæ violatio objicienda, quæ lineam non omnino extinctam commutari vetat; hæc enim regula vim exerit ubi nullam **SEXUS** prærogativam fundator induxerit. In casu quod ad primam vocationem nemo inficiabitur **MASCULOS** dumtaxat inter primogenitos adcenseri = *Tibi, filio tuo primogenito MASCULO, ipsius primogenitis filiis MASCULIS de primogenito in primogenitum* = Fundator igitur **QUALITATEM** primogenitis adjecit, quæ vincit lineæ prærogativam: atque ut masculo primogenitum deferatur, liceret etiam alteram vel plures lineas transigere. Ita Peregrin. de *fideicomm. art.* 25 *num.* 11. *Rota coram Buratt. dec.* 272 *num.* 15 *et seq. coram Dunozett. Jun. dec.* 651 *num.* 32. *in Bononien. fideicomm. de Gargantis super reservatis* 7 *Mart.* 1729 §. *Attamen, seq. et* 18 *Jun.* 1731 §. *confirmat. quoque, coram Calcagnino, rursus confirmata die* 21 *Jun.* 1734 *coram Crescentio, et in decis.* 51 *num.* 15, 16 *coram Tanara* = ibi = *Hieronymus actor, et Innocentius ejus frater prædefunctus, ex quo ortum habuerunt Sorores Reæ conventæ, constituunt quidem diversum columnellum, non autem diversam lineam, CUM UTRIQUE DESCENDANT EX LAURA FILIA JACOBI ANTONII, ET COMMUNI STIPITE, ut declarando firmant Carol. Ant. De Luca de lin. leg. tom.* 2 *respons.* 20 *num.* 41 §. *Quare multum, Card. De Luca de Fideicommiss. discur.* 104 *num.* 6, *Rota coram Rmo Crispo dec.* 8 *num.* 4, *et coram clar. mem. Card. Falcon. tit. de Fideicomm. dec.* 14 *num.* 27. *Tum insuper quia, UBI ETIAM DIVERSITAS LINEARUM SUBSISTERET, ADHUC NIL PENITUS OFFICERET, nec ullum considerari posset odium fideicommissi saltuarii; quotiescumque enim, ut supra visum est, Cæsar testator IN OMNIBUS GRADIBUS DESCENDENTIÆ SUI PRIMI HÆREDIS VOLUIT PRÆLATIONEM MASCULORUM SUPRA FOEMINAS, ita ut istæ succedere non valeant, nisi ubi illi deficiant, ex hoc sequitur, quod HÆC PRÆROGATIVA MASCULINITATIS VINCERE DEBEAT VI SUA QUODCUMQUE BENEFICIUM LINEÆ, et excludat foeminas positas in linea diversa, et in gradu proximiori, et omnino non extantibus masculis in una linea, prætermissis foeminis faciendus sit transitus ad aliam lineam, in qua illi existunt* =

17 Quod perperam inficiatur nobilis adversaria Friozzi, auctoritatem usurpans Rotæ et Card. De Luca, in disc. 34 de fideicommissis, unde concludit masculos præferri dumtaxat cum *in eadem linea* cum foeminis versentur. Hæc enim interpretatio admittitur *dumtaxat* cum de contraria testatoris voluntate non appareat, cum AGNATIONIS prærogativa ex contextu non erumpat, veluti de auctoritate allegata disserit S. Rotæ Auditorium in Mantissa ad Card. De Luca lib. 10 decis. 28 n. 13, seqq. = ibi = *Minusque obstat ad impediendam Immissionem dictis de Stephanoniis superexistentia Camillæ in linea Annæ, qua proinde totaliter non evacuata nequeat fieri transitus ad lineam Elisabethæ, ex qua descendunt Stephanonii, cum etiam foemina comprehensa dicatur in Fideicommisso ad favorem filiorum ordinato, licet Testator masculorum prælationem exoptaverit Card. De Luca de fideicom. disc. 34 num. 6 et disc. 35 num. 11 et seqq. etc., cum illi semper obstet voluntas Testatoris qui ad fideicommissum, per se ordinatum ILLAS NOLUIT ADMITTI, adeoque NON EXTANTIBUS MASCULIS UNIUS LINEÆ, Fideicommissum PRÆTERMISSA FOEMINA transire debet AD ALIAM LINEAM in qua existunt Peregr. de Fideicomm. art. 25 num. 11, Rota coram Buratto decis. 272. num. 15. et seq., et cor. Dunoz. Jun. dec. 651 num. 32.* =

18 Interea, cum lineæ unitatem probe noverit nobilis adversaria Friozzi, cum sentiat diserte a fundatore impositam sexus prærogativam, ad GRADUS potioritatem convolat, contendens i*n facto* Christinam (unde ipsa originem ducit) Joanni Baptistæ ultimo possessori, gradu proximiorem fuisse: *in jure* vero receptum esse ut primo gradus attendatur in primogenituris, deinde sexus; objicit propterea se utpote gradu præstantem, clienti præcellere, quamquam is aliunde esset ratione sexus præferendus. Atqui in facto respondeo haud laborandum de descendentia ex possessore juris, sed *ex fundatore*; atqui OCTAVO dumtaxat gradu distat a fundatore cliens: Christina vero in gradu inferiori versabatur, quod ex arbore genealogica ab adversariis circumferenda, ictu oculi erumpit.

19 Hæc autem supervacanea censeo in casu, quod enim in jure constituit adversaria, nullo pacto probari potest. Haud inficior ex communis juris censura prius attendendam esse *lineam*, deinde *gradum*, tertio *sexum*, quarto *ætatem*, quod auctoritatis in folio recensitæ demonstrant; veruntamen hæc locum sibi vindicant quoties aliud fundatori non placuerit. Secus vero se res habet cum agnationem fundator dilexerit, et MASCULOS

perpetuo in linea primogeniali vocaverit. Rota in decis. 177 num. 11 seqq. cor. Ottobono = ibi = *Placuerunt etiam Dominis conjecturæ, alias deductæ; nam filii descendentes ex linea masculina leguntur in testamento vocati in perpetuum collective, et unica verborum structura ibi = quos omnes etc. ab ipsis perpetuo ex linea masculina descendentes = quæ quidem vocatio operatur, UT MASCULI IN QUOVIS GRADU, VEL LINEA FOEMINAS ALTERIUS LINEÆ PERPETUO EXCLUDANT, Peregrin. cons.* 59 *num.* 6 *et lib.* 4 *etc. Insuper fuit habita a Testatore ratio conservandæ agnationis, quæ importat reciprocum fideicommissum inter ipsos masculos descendentes; quo casu foeminæ unius lineæ a masculis alterius lineæ excluduntur, Fusar. cons.* 159 *n.* 14. *Molina de primogen. Hispan. lib.* 3 *cap.* 5 *num.* 71 *in fin., Rot. cor. Mantic. dec.* 375 *num.* 5 *et in recent. decis.* 467 *num.* 1 *et* 2 *par.* 5. *Habitam vero fuisse rationem agnationis conservandæ, patet ex enixa vocatione masculorum, per quatuor vices repetita, et replicata, et quia eosdem masculos, ac descendentiam masculinam* semper voluit præferri foeminis =.

20 Et in Mantissa ad ornat. Card. De Luca lib. 10 dec. 30 num. 1 = ibi = *Cum per obitum Prioris Joannis Caroli nullus supersit masculus de linea effectiva fideicommittentis est aperta successio Alexandro in novo gradu istius consanguineo proximiori, licet de linea contentiva, non obstante superexistentia Mariæ Magdalenæ quæ est de linea effectiva, ac proximior omnibus Testatori, NAM AGITUR DE FIDEICOMMISSO MASCULINO in quo foeminæ per viam regulæ exclusæ leguntur adeo ut defecta linea masculina cum vocati fuerint proximiores nulli dubium est quod testator immediate succedere voluerint proximiores MASCULOS lineæ contentivæ, exclusis ne dum foeminis lineæ effectivæ sicuti notant Peregrin. etc.*

21 Redit igitur fundatorem vocasse = *suum filium primogenitum MASCULUM, ac ipsius primogenitos filios MASCULOS de primogenito in primogenitum* =. Redit nullam Christinæ vel ejus filiæ Margaritæ, sive lineæ, sive gradus potioritatem opitulari; at siquidem in gradu vel linea (quod absit) discrimen aliquod admitteretur, fundator MASCULOS vocavit, et quousque in sexu masculino discendentia non exaruerit, haud licet ad foeminas convolare.

22 Huc usque demonstravimus causam successionis in prima vocationis sede, in primogeniali successione esse dirimendam. At princeps foemina Friozzi, cum sentiat hac in parte sibi jus vocationis deficere, omnes contendit nervos ut controversiam ad alteram vocationis sedem perferat, in qua jus traditur = *aliis filiis tuis eorumque filiis* = cum enim in prima vocationis sede, diserta

masculorum præferentia niteat, in altera vero *filii* dumtaxat, *eorumque filii* nominentur, urget etiam foeminas in hoc altero successionis gradu concurrere. Diximus causam in prima linea, in primogeniali adhuc descendentia versari: ac propterea *hypothetice* dumtaxat hanc interpretationem attingimus. Scilicet etiam in absurdissima hypothesi, etiam in vocatione quæ confertur = *aliis filiis, eorumque filiis* = non utriusque sexus soboles, sed MARES dumtaxat recensentur.

23 Haud equidem inficior generali *filiorum* appellatione tum mares tum foeminas comprehendi. Verumtamen haud est cortici inhærendum: et quamquam generali disciplina traditur indifferentia sexus in filiorum denominatione, complures præsto sunt exceptiones notissimæ, quæ in casu speciali contrarium demonstrant. Tria potissimum in themate concurrunt, quibus evincitur AGNATIONIS atque MASCULINI sexus præferentia luculentissima: primo nempe natura institutionis: deinde illius contextus: mox vocatio ipsa foeminarum quæ postremo loco post lineam masculinam conjicitur.

24 Natura, inquam, institutionis. Enimvero nihil magis congruit *primogenituræ*, quam agnates et masculos perpetuo præferri. Quamobrem *filiorum* mentio in primogeniali successione *masculorum* denominationi æquiparatur. PEREGRIN. de fideicomm. art. 25 num. 46 = ibi = *Similiter, ubi EX NATURA REI, masculi et non foeminæ in re illa succederent, VELUTI IN PRIMOGENIIS, feudalibus, jurisdictionalibus et majoratibus, nam ERECTIO IN PERSONAM MASCULI PRO SE ET FILIIS et descendentibus suis liberis aut posteris, INTELLIGERETUR DE MASCULIS, vel saltem de masculis per prius, sicuti plenissime consuluit Paris. cons.* 72 *n.* 7, 8, *et n.* 33 *et* 81 *in* 4 *Caephal. etc.* = Rota cor. Falconer. de Fideicom. et substit. Decis 56 num. 8 et seqq. = ibi = *Caeterum, quod Pompejus de dictis duobus praediis voluisset particularem primogenituram constituere progressivam ad foeminas differentem a Majoratu Patrui, et segregatam a fideicommisso proprio, Domini nullo modo approbare potuerunt; neque enim assistit littera dispositionis, ex præmissis; neque verisimilis voluntas concurrit, aut congrua ratio sic volendi; quod enim dicta prædia Majoratui supponere voluerit, ratio patens est, ut splendor familiæ in primogenitis agnatis magis eluceret: quod vero dicta prædia possiderentur integra, et indivisa per unam foeminam potius, quam per alteram, levissima causa visa fuit; quia foeminæ, quæ radiis viri coruscant, leg. foeminæ ff. de Senatoribus leg. mulieres final. C. de muner., et honorib. lib.* 10 *splendorem propriæ domus, et familiæ non conservant, licet agnatae sint leg. Pronunciatio § fin. ff. de verb. signif. Et ideo Ma-*

jovatus, *et PRIMOGENITURÆ PLERUMQUE FIUNT PRO MASCULIS AGNATIS, NON PRO FOEMINIS, Surd. cons.* 241 *num.* 14 *etc. et verisimile nascitur ab eis, quae frequentius accidunt, Bald. cons.* 311 *lib.* 5 *Decian. resp.* 62 *n.* 75 *lib.* 3. =

25 Accedit quod contraria præsumptio ut filiorum nomen utrumque sexum capiat, universo fundationis contextui adversatur; quippe verba illa = *aliis filiis tuis eorumque filiis* = pluribus interposita sunt vocationis gradibus qui seu præcedant, seu subsequantur, MASCULOS semper ad successionem compellant. Jus nominandi Pontifex concessit = *tibi, filio tuo primogenito MASCULO, ipsius primogenitis filiis MASCULIS de primogenito in primogenitum, et illis non existentibus, aliis filiis tuis, eorumque filiis; ac ipsis deficientibus, tuis proximioribus de familia Spinellorum consanguineis, SIMILITER MASCULIS etc.* = Quibus ex clausulis patet verba = *aliis filiis tuis, eorumque filiis* = nonnisi ad *masculos* extendi posse; primo quod in altera vocatione consanguineitatis *masculinæ*, quæ *immediate* sequitur, clausula adjicitur ☞ SIMILITER, unde necessario concludendum est, etiam in præcedenti, masculos dumtaxat fuisse accersitos: deinde quod in integro contextu impensissimum apparet studium MASCULINAE agnationis.

26 Hisce in terminis haud licet foeminas in filiorum denominatione complecti. Rota decis. 157 num. 2 et seqq. cor. Molines = ibi = *Nec superexistentia Franciscæ foeminæ descendentis a linea masculina Bongini, impedire valet purificationem fideicommissi favore Actorum, quia licet vera sit regula in suis casibus, quod appellatione proximiorum veniant tam masculi, quam foeminæ, de qua Text. in leg. etc. et si vocati sint proximiores de Domo, seu familia ad Text. in leg. Voluntas etc. Tamen in præsenti non applicatur, quia contraria concurrit Testatoris voluntas, eaque desumitur. Tum QUIA IN TOTO CONTEXTU TESTAMENTI SEMPER VOCAVIT MASCULOS IN OMNIBUS SUBSTITUTIONIBUS, et in reciproca linearum etc. Inde insurgit evidens argumentum, quod testator in hac ultima substitutione VOLUERIT REPETERE QUALITATEM MASCULINITATIS IN ANTECEDENTIBUS SUBSTITUTIONIBUS ADJECTAM, et voluerit etiam excludere foeminas, Fusar. de substit. ec.* = Et in decis. 174 num. 3 et seqq. cor. eod. = *ibi* = *Quod autem talis fuerit fideicommittentis voluntas aperte colligitur pensatis singulis Testamenti partibus, libratisque omnibus conjecturis, simul jungendis pro illa eruenda, leg. nummis etc. Nec refert, quod repetitio masculinitatis non soleat induci in diversa substitutione, diverso modo, et favore diversarum personarum ordinata, Surd. cons. etc. quia id non procedit, quando, ut in casu, agitur de sub-*

stitutione expresse facta personis de eadem aquatione Testatoris, quæ sint licet diversæ, tamen ***IN ILLIS CENSETUR REPETITA EADEM QUALITAS MASCULINITATIS IN ANTECEDENTIBUS GRADIBUS EXPLICATA***, *Soccin. Jun. consil. etc.* =

27 GAGLIARDI = de Jurespatron. cap. 11 num. 14 = ibi = *Masculorum insuper prælationem inter descendentes in perpetuum, si pluribus filiis, vel lineis discretive fundator ab initio reservaverit patronatus,* ***INTELLIGITUR VOLUISSE ETIAM DISCRETIVE IN UNAQUAQUE LINEARUM***, *quatenus masculis foeminas unius ejusdemque lineæ excludant* =.

28 Tertio gravissimum illud occurrit quod fœminæ **EXTREMO LOCO** in institutione vocantur: cum enim fundator prospexerit sibi, filio suo primogenito, aliisque primogenitis; extincta linea primogeniali, aliis filiis suis, eorumque filiis: his non extantibus, proximioribus de familia masculis atque ordine primogenituræ, postremo foeminas vocat clausula illa = **AC DEINDE FOEMINIS** = Hoc profecto demonstrat foeminas nonnisi **POST** masculos omnes a fundatore admitti, quemadmodum illius clausulæ effectum attingit Card. **DE LUCA** De Fideicom. Disc. 201 § 3 num. 28. = ibi = *Che però essendo nel caso nostro viva la madre, la quale per tanti capi come ne è esclusa, e non essendo il figlio chiamato per la persona propria, mentre della sua chiamata non apparisce, se non* ***CONSECUTIVAMENTE***, *e* ***SUCCESSIVAMENTE*** *dopo la madre con quella dizione latina,* ***ET DEINDE***; *Come anche essendo esso in grado più remoto, e di età minore, in concorso di Clelia, anzi del figlio primogenito di questa, quindi segue, che non si sappia vedere a qual fondamento tal pretensione resti appoggiata* =.

29 Cæterum contraria interpretatio in absurdum luculentissimum corrueret. Fac enim filiorum nomine foeminas recenseri: mox in suprema institutionis parte, foeminina descendentia vocatur: concludendum igitur esset **FOEMINAS** esse **SIBI** substitutas; sive non modo in institutione, sed etiam in substitutione comprehendi, quod absque contradictione admittere in jure non licet. Rota in decis. 27 num. 9 cor. Lancetta = ibi = *Fortius: quia, si illa verba: eosdemque filios, ac alia filios filiorum, referenda non essent ad solos filios Catharinæ, quorum respectu testator masculinitatem expresse requisiverat; complecterentur etiam filias foeminas, tamquam destituta adjectivo masculinitatis: et tamen illas prudens testator a masculis separavit, vocando ibi: In eventum in quo dicti masculi nati, et nascituri ex dicta Catharina hærede, decederent; itaut certum sit, quod foeminæ sub dicto verbo Filiorum inclusæ non essent;* ***NE ALIAS SEQUERETUR ABSURDUM, QUOD ESSENT SIBIMET IPSIS SUB-***

STITUTÆ: *ad quod evitandum, omnem capiendam esse interpretationem; etiamsi a proprio, et litterali verborum significatu sit recedendum, dixit Rota in Bononien. fideicommissi de Benatiis* 17 *Martii* 1680 § *Tum quia cor. Reverendiss. D. meo Decano, impressa apud Torr. de Majorat. dec.* 41 *num.* 5. = Eo vel magis quod hanc substitutionem in remotissimum tempus contulit fundator: unde prius universa masculina descendentia vocata censetur. Rota dec. 211 n. 11 par. 14 Rec. = ibi = *Præsertim dum foeminæ leguntur vocatæ in tempus remotissimum post deficientiam omnium masculorum; censetur enim Testator* ***PRIUS VOCASSE TOTAM LINEAM MASCULINAM, ET POST LINEAM FOEMININAM,*** *ut bene Peregr. cons.* 39 *num.* 15 *vers. proinde lib.* 6, *Laderch. cons.* 235 *col. ultima vers. est itaque sensus, Rota in Romana, seu Sabinen. fideicommissi* 22 *Maii* 1656 § *et hujusmodi versic. quoties enim cor. bo. me. Dunozetto.* =

30 Denique illuc redeo, unde initio orationis inceperam. Agitur de institutione decimosexto soeculo exarata, in nobilissima familia: videlicet eo potissimum tempore, quo agnationis et masculini sexus prærogativa vigebat; a fundatore, qui ex familiari instituto atque nobilitatis traditione in omnibus agnationis præferentiam servasse præsumitur. Reapse singulæ familiares institutiones agnationis privilegium præseferunt. Ita in testamento Scipionis I. vocatur = *il figlio primogenito e quello che terrà il luogo della primogenitura,* ***MASCULO,*** *e,* ***SE NON VI SARANNO MASCOLI,*** *la figlia primogenita* = *Summar. num.* 2. Rursus in testamento Caroli Antonii primogenitus præfertur = ***ESCLUDENDO LE FEMMINE E I DISCENDENTI DA ESSE*** *nei casi, nei quali mi vien permesso di escluderle coi loro discendenti,* ***E PREFERIRE IL MASCOLO DA MASCOLO*** *primogenito, giusta le grazie concedute dalli Serenissimi Rè di questo Regno a questa fedelissima città e Regno, e suoi baroni e feudatarj* = *Summ. num.* 3. Itaque Elisabeth Spinelli supremis tabulis Carolum Antonium vocaverat, et deinde = *il figlio primogenito ec. e li discendenti* ***MASCOLI*** *in infinitum legittimi e naturali ex corpore legitimo, discendenti da primogenito in primogenito ec. talmente che non succeda l'uno, se non dopo la morte dell'altro senza discendenti* ***MASCOLI.*** *E mancando quandocumque, quod absit, la linea* ***MASCOLINA*** *del figlio primogenito del detto preg. Principe, debbano li scudi* 200*mila colle loro annue entrate provenire e conservarsi* ***NELLA LINEA MASCOLINA*** *del figlio secondogenito . . . . e suoi discendenti* ***MASCOLI*** *ec. e si osservi così,* ***FINCHE' VI SARANNO MASCOLI*** *discendenti da dette linee di detto Signor Principe in infinitum ut supra, di modo che* ***SEMPRE CHE VI SARANNO MASCOLI*** *legittimi e*

naturali discendenti da detto Signor Principe e dette altre linee da lui discendenti, ordine successivo, come di sopra, dalli suddetti scudi 200*mila* ***RESTINO E SIANO ESCLUSE LE FIGLIE FEMMINE*** *del sud. Principe e loro discendenti,* ***ANCORCHE'*** *le dette femmine e le loro discendenti* ***FOSSERO IN PROXIMIORI GRADU*** *etc.= Summ. num.* 4.

31 Neque opponas in *indifferenti* juris patronatus disputatione verba quantum fieri potest latius esse accipienda. Utcumque enim nonnulla rerum judicatarum exempla in *Folio* recensita moneant *indifferentem* esse juris patronatus materiam, hoc profecto notant **IN DUBIO**, cum de interpretatione agitur, minime vero cum de fundatoris **VOLUNTATE** constet: absurdum enim esset contra legem ab eo impositam illius exequi liberalitatem. Quod si tam late patet indifferentia subjecti quantum adversaria contendit, quorsum, obsecro, opponit minutiora illa discrimina de gradu in eadem linea, de sexu in eodem gradu, de linea substantiæ et qualitatis, de effectiva et contentiva, aliaque ejusmodi, quæ ad subtilissimas pertinent et salebrosas fideicommissarii juris indagines? Quid? in iis quæ sibi prodesse existimat, summum jus investigandum præsumit, in aliis posthabendum? Cæterum millies traditum est, et fatuum esset inficiari hujusmodi quæstiones ad instar fideicommissarii juris expendi.

32 Quæ cum ita sint, jam in comperto est clientem Seminariæ Ducem Ferdinandum, fratribus omnibus vita functis unicum esse agnatum in linea primogeniali fundatoris, unicum esse masculum in universa Petri Antonii descendentia, ac proinde jure nominandi pollere. Itaque paucis me expediam in peculiari cum singulis adversariis certamine.

33 Nobis obsistunt *Antonius Spinelli* Dux Fuscaldi, *familia Ricciardi* et princeps foemina *Margarita Friozzi*. Ad Antonium Spinelli quod pertinet, hic a Pontifice, quo sospite lætamur, obtinuit Apostolicas Literas pro suspensione collationis ad decennium, data sibi fructus percipiendi facultate. Sed gratia *conditioni* adhæret: **VERIFICATO PRIUS JURE PATRONATUS.** At siquidem jus suum nominandi Antonius probavisset, profecto gratia Apostolica non indigeret: et pariter illi gratia non suffragatur, cum jus patronatus non demonstret. Nuncium igitur mittat oportet concessioni donec controversia de patronatus pertinentia fuerit expleta.

34 At quomodo probat jus suum Antonius? Ait se ex Carolo, **PATRE** fundatoris derivare, ex linea Salvatoris, quem *asserit* fratrem Petri Antonii fundatoris extitisse. Nescio equidem quid coram Sacra Congregatione moliatur Fuscaldius; unum scio, coram Melitensi Curia

ab eo schema genealogicum propositum fuisse, quod NON PROBATUR. Respondeo igitur primo nos illius descendentiam nec probare nec admittere, quippe in facto non demonstratur. Quid vero si per absurdum confingeres probabiliter de descendentia constare? Nemo non videt Fuscaldum non ex fundatore, sed ex FRATRE fundatoris derivare. Quamobrem primo illud recurrit quod extra opportunitatem adversaria Friozzi nobis objecit, nempe semel suscepta fundatoris linea, ALIAM ingredi non licere, nisi universa prioris lineæ descendentia fuerit extincta. Non igitur in prima vocationis sede continetur Fuscaldus, scilicet in linea, ac descendentia FUNDATORIS. Non in altera vocationis sede, scilicet = *aliis filiis TUIS eorumque filiis* = quia vocabulum illud TUIS semper ad fundatoris descendentiam refertur.

35 Nec postremo ad tertium successionis ordinem, quo vocantur = *proximiores de familia Spinellorum* = licet convolare: idque duplici ratione. Primo enim NOVA esset ineunda linea, quod, uti diximus intolerandum est quousque vel unus et descendentia supersit lineæ primo loco vocatæ. Deinde quod etiamsi ad aliam lineam confugiendum esset, proximiores vocantur DE FAMILIA. Atqui nomine familiæ censentur vocati dumtaxat qui descendunt EX TESTATORE, minime vero qui sunt ab alio stipite prognati. Rota cor. Molines, dec. 507 num. 15 = ibi = *Cæterum pro coronide animadversum etiam fuit, quod quatenus per hypothesim illud pronomen sua adjectum familiæ præseferret in partem proœmiali civilem, et rigorosam significationem pro inducendo fideicommisso agnatitio, hujusmodi illatio mirifice conspirat in exclusionem ejusdem Senatoris Francisci Ghislerii, quia licet fuerint substituti agnati PROXIMIORES masculis DE FAMILIA testatoris; CENSENTUR tamen VOCATI DUMTAXAT ILLI QUI DESCENDUNT EX COMMUNI STIPITE, SEU EX EODEM COLUMNELLO EJUSDEM TESTATORIS, non autem illi (qualis est Dominus Senator Franciscus) qui descendunt A DIVERSO STIPITE seu Columnello remotiori, et nihil aliud commune habent præterquam genericum nomen familiæ contentivæ, remotæ, et gestationem eorumdem armorum, ut pluribus distinctis casibus, tradit in puncto Andreol. contr. 338 a num. 5 ad 7, optime Rota coram Otthobon. decis. 217 a num. 2 ad 5, et coram Priolo decis. 199 numer. 23, et 24, et dixit formiter discusso articulo in Romana Fideicommissi de Caffarellis 7 Junii 1694 cor. bon. mem. Emerix.* =

36 De familia *Ricciardi* brevior etiam mihi controversia videtur. Hæc enim familia non secus ac princeps fœmina Cariatensis per Sophiam et Christinam, scilicet FOE-

MINIMO nexu ad fundatoris descendentiam pertinent. Immo etiam remotior GRADU est quam Cariatensis adversaria. Eadem propterea adversus Ricciardios referenda sunt, quæ adversus Christinæ filiam exposui. Cæterum, facta contrarii libelli copia, rationum momentis quæ Ricciardii allegaverint, occurram.

37 Nonnulla diluenda manent quæ nobilem adversariam attinent *Margaritam Friozzi*. Hæc nititur in primis solemni concordia anni 1795, quo contractu Christina adepta est = *la successione dei beni, titoli e dignità della Casa dei Cariati* = unde contendit etiam jus patronatus in eam migravisse. Ac primo, quamquam adversariæ admitterem nomine titulorum et dignitatum jus nominandi usuvenire, illud exploratissimum est, jus patronatus REALE implicite cum re ejusque juribus in alios transferri, quin explicita mentio fiat: sed jus nominandi PERSONALE, nisi explicita sit alienatio, cessione ut ut latissima non contineri. *VIVIAN lib.* 4. *cap.* 1 *num.* 11. *Aloys. RICC. dec.* 179 *n.* 146 *BALD. lib.* 3 *cons.* 1. *CRAVETT. cons.* 139 *n.* 5. Eleganter distinctionem exornat GAGLIARDI *de jurepatr.* 14. *num.* 11 = ibi = *Secus autem dicendum de PERSONALI patronatu. Quoniam heres universum hereditatis patrimonium vendens revera non hereditatem defuncti vendere dicitur, quæ post factam additionem desivit esse defuncti, effectaque est proprium ipsius heredis patrimonium; nec jus heredis, ossibus ipsius heredis adfixum. Qui propterea universa hereditatis adeptæ bona si vendiderit verbis generalibus, non universitatem, seu jus universum vendit, quia verbum generale bonorum omnium ab homine prolatum non efficit proprie universitatem, nec venditionem jure universalem. Sed talis venditio respectu verborum dumtaxat erit universalis, quæ proinde universitas verbo tenus resolvitur in singularitates, singula nimirum bona comprehendendo, quæ realia sunt hereditatis:* NON JURA PERSONALIA, QUÆ A BONIS HEREDITARIIS SEJUNCTA JUS PRÆSUMIT: IDEOQUE NEC JUSPATRONATUS PERSONALE, *licet ad heredes transit cum universitate bonorum. Ut autem hereditatis emptor juspatronatus hereditarium adquirat, OPUS EST UT VENDITOR DECLARET IN CONTRACTU sese illud etiam transferre velle ad emptorem etc. Consequens hinc etiam est juspatronatus hauquaquam transire ad emptorem palatii, vel fundi, cum omnibus juribus illius, in quo existat Ecclesia, vel capella quoties jus ipsum patronatus non reale fuerit, sed aliunde competere, quam jure accessionis ad palatium, fundumque: eo vel maxime quod palatium, et fundus reapse universitatem non præseferunt, sed quid singulare: aliter ac feudum, et castrum.* =

38 Quid autem quod in casu ne præsumi quidem posset jus

patronatus in transactione reapse comprehensum fuisse? Ignosceremus equidem si de donatione, de cessione quomodocumque ageretur; sed res est de transactione, titulo oneroso, et CORRESPECTIVITATE conventa. Fac propterea, momento temporis, contrahentes dixisse, transigi de bonis, actionibus, *et jure patronatus*, quorum intuitu viginti nummorum millia solverentur; profecto de jure nominandi irrita concordia esset. Ita cit. Auctor ibid. num. 14 = ibi = *Ad alterum nunc titulum onerosum transferendi patronatus in particulares successores progrediamur, scilicet transactionem. Hæc etiam, si nihil temporalis a transigentibus detur, vel vicissim adquiratur jurispatronatus intuitu, rata habebitur quod ad articulos jus ipsum spectantes: quemadmodum e contrario nullius erit momenti, ubi TEMPORALIS REI GRATIA concordiam super controverso patronatu inverint. Porro ex definitionibus Alexandri III. TRANSIGI SUPER RE SACRA ET LITIGIOSA NON POTEST: etenim res sacræ ut possidentur aliquo dato vel retento, sive promisso, speciem credimus simoniæ. Alias si gratis, et amicabiliter inter se litigantes componant, sacris canonibus nequaquam dicimus obviare. Idem propterea Pontifex damnavit ut simoniacam pactionem, transactionemque super jure præsentandi initam inter laicos, et religiosos ob temporalem fructuum portionem reservatam religiosis, qui præsentationem laicis contra dimiserant* = Qua ratione igitur *tacite* comprehensum in transactione contendas quod ne *expresse* quidem poterat comprehendi? Quomodo Viri in primis consultissimi qui transactioni præfuit voluntas ita detorqueri potest, ut quod juri communi adversatur illi placuisse arbitremur?

49 Denique etsi voluisset Seminariæ Dux de patronatu disponere, non poterat, cum de jure *gentilitio*, minime vero hereditario ageretur. *TONDUT. par.* 3 *quæst. benef. cap.* 144 *num.* 14 *et* 15 *COVARR. lib.* 2 *cap.* 18 *num.* 14 *GAGLIARDI cit. cap.* 14 *num.* 2 = *ibi* = *Verum hereditarius tantum patronatus ad particulares transire valet successores: propterea quod heres patroni de patronatu disponentis voluntatem, factamque patronatus translationem impugnare, aut rescindere nequaquam potest, ex rationibus supra expensis cap.* 10 *num.* 30 *SECUS VERO DICENDUM IN GENTILITIO, ET FAMILIARI mixtove PATRONATU, quem ad extraneos transferri quovis titulo non posse tradunt unanimiter Doctores. Quoniam quæsitum successoribus ex propria persona venientibus, ab ipsoque fundatore vocatis jus auferre, infringere, vel quomodolibet minuere nequeunt patroni notissimis juribus: quin nec fundator ipse post perfectam adsentiente Episcopo fundationem mutare unquam potest voluntatem suam detrimento, damnoque successorum.* =

40 Absurdissima pariter est altera adversariæ offensio, de sententia Magistratus BELLI ET DOMUS REGALIS. Plane absonum fuisset coram laico Tribunali hujusmodi præsidium captare: at coram S. Congregatione non absonum modo, sed et ecclesiasticæ jurisdictioni injuriosum censeo. Ubi nam gentium audivimus de re *beneficiaria a bellico* magistratu decerni? Immo vero, non modo ex jure communi, sed etiam ex conventione inter Apostolicam Sedem et utriusque Siciliæ Regem inita sancitum est juris patronatus quæstiones ad ECCLESIASTICUM dumtaxat judicem pertinere. Redeat cit. Auctor op. cit. cap. 2 in addition. = ibi = *Porro hanc Episcoporum jurisdictionem agnovit etiam Justinianus, qui nov. 57 verbis usus Prophetæ Ezechielis ne profanentur sancta Dei aperte adfirmat Ecclesiæ ministros a fundatoribus præsentatos a Dioecesani Episcopi judicio probandos esse. Quæ quum ita se habent Conventione inita inter Benedictum XIV Summum Pontificem, et Carolum III utriusque Siciliæ Regem num. 1741 cap. 6 art. 4 (quem Noster etiam indicarit) diserte cautum: caussas beneficiarias ad Episcopale forum pertinere, dummodo non agatur de jure patronatus regio, aut feudali in iis tantum caussis, quarum decisio ex eo pendet articulo, utrum sit patronatus feudo adnexus, an non, aut de universitate bonorum in aliis beneficiis laicalibus jurispatronatus obnoxiis. Quamobrem exorta controversia inter patronos simplicis beneficii in quadam Ecclesia Aversanæ Dioecesis erecti, Regio rescripto sub die 9 Jan. ann. 1770 fuit provisum quod ejusdem Ecclesiæ Episcopus illam definiret. Postremo Concordatorum lege ann. 1818 art. 20 sancitum quod Episcopi caussas Ecclesiasticas in eorum Foro cognoscerent, atque de illis sententiam ferrent. Illud autem hic observandum restat quod in caussis beneficiariis de patronatu ecclesiastico, et laicali Regiis quoque rescriptis Episcopalis jurisdictio apertissime agnita fuit.* =

41 Quibus non obstat quod Cariatensis adversaria objicit, nempe Seminariæ Duces sive transactionem, sive judicium bellicum probavisse. Siquidem enim transactionem probarent, non ideo admitterent alienationem juris patronatus. Judicia vero bellica licet admiserit Scipio, ut adversaria contendit, tralatitium est in fideicommissaria institutione quemlibet ex vocatis PROPRIO jure, non hereditario, neque ex persona heredis gravati succedere. Rota decis. 73 num. 4 cor. De Veri « ibi » *Filius itaque ad primogenituram successit JURE PROPRIO ET INDEPENDENTER A PATRE, et nullo pacto cogi possit paternum factum servare, ejusque solvere obligationem. In primis juris elementis scriptum est alteri per alterum inutiliter stipulari et promitti; et sæpe constitutum est res inter alios gestas initamque transactio-*

nem non posse aliis et quidem absentibus præjudicium facere. =

42 Neque ad *ultimum statum* confugiat Cariatensis adversaria, auctoritates in re notissima producens. Quis ignorat ultimum statum in patronatu attendi? Sed neminem latet PACIFICUM esse debere ut aliquo in pretio haberi possit PITON. *de controv. patron. alleg.* 22 *n.* 18; in casu vero ex judiciali contentione originem duxit. Accedit quod bellica sententia evidenti nullitatis vitio laborat ex incompetentia Judicis, nec proinde statum parere valet. *Rota cor. Molines, dec.* 434 *n.* 16, 19 *t.* 2. Denique et illud redit quod supra memoravimus, alienum factum iis qui *proprio jure* succedunt minime nocere; unde sequitur ultimum statum ex persona scipionis attendi adversus clientem non posse. PITON op. cit. alleg. 66 n. 47 « ibi » *Tanto facilius in præsenti, ubi non concurrunt, nisi duo status; ille scilicet anni* 1666 *et alter anni* 1681 *ut superius animadversum est, et neuter eorum sufficit etiam in possessorio tam contra Thesauram, quam contra illos de Aquila,* VELUTI VENIENTES JURE PROPRIO, *dixit Rot. in d. Mediolanen. Beneficii* 1 *Aprilis* 1707 § *Roborabant, cor. R. P. D. Ansaldo, ubi ad unguem concurrebant duo ultimi status, unus per consensum præstitum resignationi, et alter per præsentationem: et decretum fuit non suffragari contra venientes* JURE SANGUINIS *ex lege fundationis.* =

Quare etc.

Salvator Martini Adv.
Aloysius Vannutelli

Sacra Congreg. Concilii
sive
R. P. D. QUAGLIA
SECRETARIO

MILETEN. JURISPATRONATUS
pro
Exĩo D. Ferdinando Spinelli Duce Seminariæ
et R. D. Petro Militano
contra
Exĩam D. March. Margaritam Friozzi, D. Julium Ricciardi, Equitem D. Antonium Spinelli et litis.

Restrictus facti et juris
cum Summario
Pro Congregatione diei 28 Aprilis 1855

1855 - Tip. Pallotta presso la piazza di S. Ignazio

N. 625

MELITEN

JURISPATRONATUS

Eminentissimi et Reverendissimi Patres

1 Distentus controversia inter Principem Avellini et Principissam Lancellotti proposita in Rota diei 23 labentis Aprilis cogor, dilationem aliam, saltem Congregationis unius, a comitate Vestra, Eminentissimi et Reverendissimi Patres, implorare. Post integrum expensum processum Actorum, quae hanc controversiam respiciunt, et post ipsum paratum ingens Summarium, perbreve tempus satis mihi est ad conficiendam defensionem pro nobili cliente Equite Antonio Spinelli Duce Marianellae, qui munitus, Literis Apostolicis Summi Pontificis PII IX quoad controversi jurispatronatus possessionem, alter est ex quatuor litigatoribus de ejusdem jurispatronatus pertinentia.

2 Taedet enimvero post primam obtentam superiori mense dilationem ex nondum recepto ab Archivio S. Congregationis Processu Actorum, dilationem hanc aliam, utut perbrevem, petere. Sed credite, Eminentissimi, et Reverendissimi Patres, defuit tempus, quo Clienti adessem; quamobrem ratio vel una hujus petendae dilationis defectus temporis ex superventis rerum adjunctis ad defensionem conficiendam. Quam dilationem sane perbrevem, aliisque litigatoribus prorsus innocuam, consequuturum a comitate, et aequitate Vestra, Eminentissimi, et Reverendissimi Patres, confido, Rescripto = *Dilata ad sequentem* = quemadmodnm obsequentissime deprecor.

Quare etc.

BENEDICTUS GIUSTINIANI ADV.
FRANCISCUS LASAGNI

19

SACRA CONGREGATIONE CONCILII

R. P. D.

ANGELO QUAGLIA

SECRETARIO

MELITEN = Jurispatronatus

PRO

N. V. Equite Antonio Spinelli Duce Marianellae

CONTRA

N. M. Margaritam Spinelli et litis

Memoriale pro Dilatione

Pro Congregatione diei 28 Aprilis 1855

ROMA — Fratelli Pallotta Tipografi in Piazza Colonna
24 Aprile 1855

MILETEN.

JURISPATRONATUS



Eminentissimi et Reverendissimi Patres

1 Ex tribus, quos contradictores experimur, vadimonium et hodie rursus deserit Eques Antonius Spinelli DE FUSCALDIS, quem ceterum a Cariatensi Spinelliorum familia esse alienissimum, ad supremum usque evidentiae gradum in praeterito Restrictu ostendimus. Qualibet itaque de eo investigatione seposita praestat de ceteris disserere, ac praecipuas eorum exceptiones diluere. Anteaquam vero singulis seorsim occurram difficultatibus, in utroque libello eorumdem nomine distributo propositis, illud operae est pretium firmiter memoria recolere, utramque contrariam defensionem pugnare, non cum *novissimo* solum Abbatiae, de qua loquimur, *statu* ac jugi, et pacifica *patronatus possessione*, qua ultra diuturnum annorum fere sexaginta spatium clientulae parens Christina ac primogenialis ejusdem linea fruitur, verum cum duplici insuper, solemni, et absolutissima REJUDICATA a legitimis Magistratibus jamdiu edita, acceptoque etiam a litigatoribus singulis habita, quarum hercle legem, et auctoritatem nefas hodie adversariis est in discrimen vel leviter adducere.

2 Et re quidem vera illud Ferdinandi Spinelli Seminariae Ducis, tuetur defensor Cariati Principe Joanne Baptista Spinelli sine masculis liberis defuncto, controversum patronatus jus ex Paulinae Constitutionis lege, non in primogenitam quidem ejus filiam Christinam, sed in alterum potius ex secundogeniti ipsius Joannis Baptistae fratris Antonii filiis commigrare debuisse, vel tamquam sub primogeniali linea comprehensum, vel tamquam masculum. Quo vero ad Comites Ricciardi ad id potissimum eorum cohibetur defensio, quod post extinctam masculinam Joannis Baptistae lineam, idem patronatus jus originariam, ac primogenialem ejus indolem amiserit, ac mere GENTILITIUM evaserit, adeoque praeter

Christinam descendentibus etiam ceteris a Petro Antonio Spinello Seniore factum fuerit commune, eosque inter singulos in capita debeat partiri. Verum utrumque commentum id genus non una, sed duplex res absolutissima diluit judicata, *altera* scilicet ab anno usque 1793 a Regio Judice Delegato Xaverio Maria D'Andrea edita, *Summ. num.* 3. *litt. I*, atque *altera* anno 1801 a Regio Magistratu, cui nomen « *Udienza Generale di guerra e casa reale* evulgata, quam benigne recolere Eminentissimos Patres deprecamur in *Summ. num.* 7. *et seqq.* Et quidem vera illud *generatim* prior statuit resjudicata, quod post Jo. Baptistae obitum « *la successione dei beni TITOLI, E DIGNITA' della Casa di Cariati . . . . . spetta alla nominata Eccellentissima Signora Principessa di Cariati Donna Cristina Spinelli di lui nipote primogenita ex filio praemortuo, cit. num.* 3. *litt. I.* sub qua ceterum amplissima nuncupatione « DEI BENI TITOLI, E DIGNITA' » controversum etiam patronatus jus contineri et suomet quisque facile percipit sensu, et luculentius etiam ostendemus inferius. Illud vero nominatim atque expressim fuit altera definitum. « *che il diritto di nominare il Rettore nella Chiesa di S. Fantino, e S. Giovanni Teologo . . . . . . ha spettato, e si appartiene alla illustre* **PRINCIPESSA DONNA CRISTINA SPINELLI** *cit. num.* 7. *litt. A. num.* 8. *et seqq.* quod mea hercle fide, magisque, quam fando exprimi valeat, non masculinam solum, sed *gentilitiam* etiam ejusdem patronatus juris indolem evidenter excludit.

3 Secus quippe si mere gentilitium, non primogeniale renunciari illud meruisset, non Christina equidem solum, sed descendentes omnes ex familia Spinelli, et consanguinea praesertim ipsius Christinae soror Joanna, singulique Antonii filii ad illius fruitionem debuissent in capita necessario vocari quod sane res ea judicata nullatenus probavit. Qua fronte itaque duplici ejusmodi rejudicata firma, atque immota manente turbas ciere, tum Antonii filius Ferdinandus tum Comitis Julii Ricciardi liberi valent quoad exclusivum, ac primogeniale Christinae jus; illudque sibi, vel tamquam gentilitium, vel tamquam agnatitium, ac masculinum audent vindicare? Maxime vero cum Seminariae Dux Ferdinandus, alter ex Antonii filiis sit, qui victi in utraque ea controversia discessere, ac res ipsa editas judicatas ratas undique habuere *cit. n.* 3 *lit. G et n.* 8. Julii vero liberi in universa hereditaria Christinae jura successerint, teste enim *Sum. n.* 3, ejusque proinde facta, sive res judicatas ab ea impetratas nequeant oppugnare. Aut utraque igitur res ea judicata delenda, aut veluti cer-

tum, et indubium retinendum, Joanne Baptista sine masculis liberis defuncto *primogeniale* quidem adhuc mansisse, non gentilitium patronatus jus evasisse, de quo praesens agit contentio; *masculina* solum ejusdem indole sublata; illudque in unam Christinam ex integro coaluisse; quod utrumque aedepol sancitum jamdiu est, ac pro veritate proinde habeatur oportet ad text. in Leg. 207 *ff. de reg. jur.* « ibi» **RES JUDICATA PRO VERITATE ACCIPITUR.»**

4 Et gravissimum reapse, sive, ut ita dicam, omnino insuperabilem rerum hujusmodi judicatarum obicem, de quo silet ubique Ricciardiorum orator, apprime novit egregius alter Ferdinandi defensor. Hinc pro aris, ac focis tuetur, nullo prorsus in pretio haberi easdem mereri, utpote a laicis, et incompetentibus bellicisque tantum magistratibus editas. Facile tamen perditissima id genus diluitur decipula. Mitto enim scurrile, ac nugatorium esse, post juge annorum plusquam **SEXAGINTA** silentium earumdem vim et validitatem atque obiter quidem et incidenter carpere. Mitto eo hercle, id absurdius in themate, quum utramque litigatores singuli habuerint acceptam *cit. n.* 3 *lit. G et n.* 8, ex iisque imo alteram suprema etiam auctoritate sua Siciliarum Rex approbaverit, *cit. n.* 3 *lit. F.* His inquam penitus missis aegrae mentis somnium est, deliriumque vere perditissimum res de quibus loquimur judicatas ab incompetenti, et illegitimo Magistratu fuisse editas.

5 Si priorem enim spectes, non aliter ea prodiit nisi ex speciali Supremi Principis Delegatione, teste *cit. num.*3 *lit. B.* Quo vero ad alteram, illud praestat memoria recolere ex legibus per id temporis Neapolitano Regno vigentibus contentiones omnes super mera, simplicique **PERTINENTIA** juris patronatus mere laicalis licet ecclesiastica beneficia respicientis exortas, non ad Ecclesiastica quidem, sed ad **LAICALIA** pertinuisse tribunalia, ad ecclesiasticos e contra Judices controversiis dumtaxat ablegatis super ecclesiastica eorumdem beneficiorum **INSTITUTIONE** excitatis. Cum causa itaque anno 1801 Principissam inter Christinam, et Seminariae Ducem, aliosque Antonii filios acta, non ecclesiasticam respiceret institutionem beneficii rectori debitam, sed ad unam **PERTINENTIAM** patronatus juris cohiberetur, teste *cit. n.* 7 *et seqq.* haud hercle succensendum, quod ad laicos fuerit Judices eadem delata, et communi consensione ab iisdem dirempta.

6 Nil vero mirum, quod ceteros inter laicos Magistratus illius fuerit cognitio ad regiam Aulam « *di guerra e casa reale* » ablegata. Quum **REGIAE** enim **DOMUI** fo-

rent addicti tum Principissa Christina, utpote « DAMA DI CORTE » tum Dux Seminariae, aliique ejus fratres causa hinc ex fori privilegio iisdem tributo ad praefatum deferri debuit Tribunal tamquam anno 1786 subrogatum regio alteri magistratui, olim nuncupato « *Alcaidato* » cui privativa fuerat antiquitus jurisdictio concessa controversias omnes dirimendi pertinentes « ALLE PERSONE DELLA NOSTRA CORTE » ceu videre est in *Sum. in calce n. un. lit. A, et B*. Stat itaque Tarpeja rupe firmius nefas hodie esse nedum Seminariae Duci, verum Julii etiam liberis ipsius Christinae haeredibus, utramque superius memoratam rem editam judicatam carpere earumque auctoritatem in discrimen proprio lubitu adducere, sive *masculinam*, vel *gentilitiam* controversi patronatus indolem tuendam suscipere, quae cum diserta earumdem lege e diametro pugnat.

7 Hisce autem accedit Judices, nedum novissimus Abbatiae status, verum diuturna etiam rei observantia, sive jugis patronatus possessio apud Christinam, ac primogenitos illius descendentes perpetuo manens. Pacificum enim partes inter est, in novissima ejusdem Abbatiae vacatione unam Christinam patronatus jure sibi rejudicata tributo usum fuisse, Josepho Spinelli in illius Rectorem praesentato. Litigiosam autem novissimam id genus nominationem fuisse, statumque proinde eam minime facere, gratuita, seu mendacissima potius asseveratio est omnino spernenda. Quo vero ad diuturnam rei observantiam ac jugem, et pacificam Christinae, ejusque primogeniti possessionem, ex ipsomet litigatorum omnium silentio, post rem judicatam anni 1801 usque ad hodiernae litis initium costanter servato, invectissime ea comprobatur. Nemo enim in tam diuturno temporis intervallo querelam ullam super controverso patronatu excitavit.

8 Quin imo et illud insuper vere gravissimum constat in themate, anno 1837, novissimo Abbatiae Rectore defuncto, UNUM primogenitum Christinae filium Hernestum, tamquam exclusivo illius patronatus jure praeditum, ab Apostolica Sede obtinuisse, universos ejusdem Abbatiae redditus sibi addici; quod sane non impetrasset, nisi de illius patronatus Supremo Pontifici vel Apostolici Indulti Exequutori constitisset; veluti simile ostendit indultum, non sine obreptionis, ac subreptionis vitio ab Antonio impetratum, relatumque in praet. *Summ. num.* 15., quod adamussim, utpote falso innixum supposito, (patronatus jure Antonio deficiente) exequutione postea omnino caruit. Non una itaque, vel altera solum res

judicata Christinae favore evulgata, verum novissimus etiam Abbatiae status, et constans praesertim plusquam SEXAGINTA annorum observantia, a Supremo etiam Pontifice, Apostolico indulto Hernesto favore obsignato, numeris omnibus confirmata, insuperabile sive adversariis singulis obicem praebent, quominus aut primogenialem patronatus indolem *in genere*, sive legitimam, et exclusivam illius pertinentiam ad Christinam ejusque primogenitos oppugnare aut masculinam ejusdem qualitatem in *specie* valeant tueri! Hisce praehabitis foret jam supervacaneum commenta singula seorsim persequi, quae ab utroque contrario Oratore in medium proferuntur. Ne pugnam tamen reformidare videamur sit primum sermo

De Ferdinando Spinelli Seminariae Duce

9 Duo porro in ejus propinantur libello. *Primum* nimirum, quod ipsemet, licet a secundogenito Joannis Baptistae fratre descendens, utpote a Scipione tamen III. communi utriusque fratris stipite, profluens, non ad diversam quidem, sed ad unam eamdemque primogenialem lineam pertineat, et sub priore proinde vocationis sede comprehensus debeat censeri. *Alterum* quod in secunda etiam vocationis sede MASCULINI SEXUS qualitas, licet silentio omnino praeterita, tacite tamen adjecta haberi mereatur. Nil tamen utroque commento deterius, ac levius. Atque ut a priore exordiar, illud praestat sedulo, matureque ponderari; in priore vocationis sede non universis quidem Petri Antonii, ejusque liberorum descendentibus controversum patronatus jus fuisse tributum; sed nominatim, atque expressim concessum. illud fuisse Petro Antonio, ejusque *filio primogenito masculo, et ipsius* PRIMOGENITI FILIIS MASCULIS DE PRIMOGENITO IN PRIMOGENITUM « *Summar. num.* 1 *litt. B.* Quum Pontifex itaque primam vocatorum seriem cohibuerit ad primogenitum dumtaxat Petri Antonii filium, et ipsius primogeniti filii masculos DE PRIMOGENITO IN PRIMOGENITUM; absurdum hercle est omnium absurdissimum contendere, descendentes omnes Petri Antonii, utpote ab uno eodemdemque communi stipite vel proximiore, vel remotiore derivantes, unicam eamdemque lineam constituere, ad eumque proinde adversarium etiam pertinere, licet a secundogenito Joannis Baptistae fratre ortum habentem.

10 Nil siquidem in foro notius, quam in primogenituris id genus primogenitos tantum cujuslibet possessoris filios primogenialem lineam efformare, ceteris omnibus ex eo

descendentibus, nonnisi ad contentivam ejus familiam pertinentibus, quod sane est diversissimum. Neque themati quidem congruunt auctoritates cunctae sine delectu in §§ 8, *et seq.* Ferdinandi libelli congestae. Ex iis enim plurimae id unum statuunt, primogenito nimirum deficiente, secundo etiam, vel alteri loco natos in illius locum succedere, et civiliter uti primogenitos haberi; Verum initio aliud est, quod secundo, vel tertio geniti in deficientis primogeniti locum valeant subingredi; aliud vero, longeque aliud, quod in una eademque praedefuncti primogeniti linea comprehensi debeant censeri. Praeterea licet fingas sub primogeniali vocatorum linea secundo etiam, vel tertio loco genitos aliquando contineri; tunc solum id obtinet, ubi primogenitus ante primogeniturae adeptam possessionem naturae cesserit liberis nullis superstitibus relictis. Ubi semel enim in verum, propriumque primogenitum fuerit eadem ingressa, sub ejus hercle linea comprehensus nequit secundogenitus censeri, neque ad eum valet ejusdem primogeniturae successio deferri, nisi utpote ad diversam vocatorum lineam pertinentem, et post sejunctam, ac primogenialem possessoris lineam penitus extinctam.

11 Ita praeter auctoritates ceteras in distributo libello adductas communi calculo edocent *Surd. cons.* 403 *num.* 16 68 71 *et* 134 *Menoch. cons.* 981 *n.* 10 *et sequen.*, *Bardellon. cons.* 60 *num.* 23, *Galvan. cons.* 1. *num.* 80, *Capreol. tract. de success. ab intes. lib.* 1 *num.* 628 *et sequen.*, *Sutrigliel. de feud. art.* 37 *cent.* 2 *n.* 193, *Spin. de testa. gloss.* 19 *num.* 64, *Gramat. decis.* 354 *num.* 6 *Cras. de success.* § *SUCCESSIO ab intestato quaest.* 2 *n.* 11, *Sperell. decis.* 72 *num* 12, *Tusch. litt. P. conclus.* 658 *num.* 3 *et sequen. per tot.*, *Paul. Christin. dec.* 34 *num.* 11 *et decis.* 41 *num.* 37 *et sequen. vol.* 6, *et Sabell. summ. diver. tract. verbo* « ***PRIMOGENITURA*** » *num.* 15 « ibi » *Quod primogenitus, et omnes illius descendentes excludant* SECUNDOGENITUM, ET TOTAM EJUS *lineam, ita ut donec* SUPEREST ALIQUIS DE LINEA PRIMOGENITI, NON ADMITTATUR SECUNDOGENITUS, *nec aliquis ab eo descendens, est intelligendum ubi* DICTUS PRIMOGENITUS SUPERVIXIT PATRI COMMUNI, *et in ejus persona fuit confirmata primogenitura; secus autem si primogenitus instituentis, vel ordinantis majoratum, sive primogenituram praedecesserit patri communi, nulla unquam dum viveret adepta possessione, vel successione majoratu* ».

12 Quo vero ad auctoritates ceteras relatas in contrario libello §§ 12 *et seqq.*, ea quidem non aliter suam sibi

vindicant vim, nisi ubi testator, aut fundator descendentes omnes ab uno, eodemque stipite, **PER MODUM COLLEGII**, aut vocaverit, aut fuerit contemplatus; Nil enim in ejusmodi casu mirum, quod ii singuli, utpote ad instar collegii ab initio vocati, unam, eamdemque communem lineam constituant, licet in ramos plures, seu columnellos postea divisam, ceu eadem sunt verba *Card. De Luca, aliorumque Doctorum in cit.* §§ relata; quod sane hodiernae contentionis thesi minime congruit. Illud enim perpetuo redit firmissimum, non omnes quidem Petri Antonii descendentes in prima vocationis sede fuisse in themate vocatos; sed primogenitos tantum cujuslibet possessoris filios *de primogenito in primogenitum*; Quae oppido verba, cum non interruptam primogenitorum seriem respiciant, licet impedimentum nullum valeant parare, quominus primogeniti linea extincta secundo, etiam, vel tertiogeniti ex altera vocationis lege in illius locum succedant, non sinunt tamen, uti sub una, eademque primogeniti linea comprehensos eosdem haberi; sed ad aliam sejunctam, diversamque vocatorum lineam eos pertinere invictissime ostendunt.

13 Priore autem tali pacto exploso Ferdinandi commento facilius etiam alterum diluitur in masculina patronatus indole residens. Si ubi enim masculis tantum filius ejusmodi jus tribuere tum in prima, tum in tertia vocationis sede Pontifici placuit; vel ipsa hercle discretiva orationis methodus quoad secundam vocationem adhibita apertissime evincit, sub generali *filiorum, ac descendentium* nomine, non masculos tantum sed foeminas etiam, eorumque descendentes fuisse in ea comprehensos. Quod sane retinendum potissimum in themate, quum de **INDIFFERENTI** activi patronatus agatur materia, nullum agnationis conservandae studium, aut votum urgeat; ac nedum triplex, et concatenata, ut inquiunt masculorum vocatio; verum perpetua insuper foeminarum exclusio per modum regulae omnino deficiat, neque imo in remotiori etiam ceterorum consanguineorum vocatione fuerint masculis substitutae. Num enim verosimile, Judices, in altera, ac remotiore vocationis sede, masculis deficientibus, foeminas, licet minus dilectas, fuisse iis subrogatas, eas vero, licet arctiori sanguinis vinculo cum Petro Antonio conjunctas, in anteriore descendentium vocatione fuisse penitus exclusas? Nugae! Crepundia!

14 Eoque inverosimilius id Judices quum alii Petri Antonii filii, et descendentes non aliter quidem fuerint secundo loco vocati, nisi *masculis* primogeniti filiis **NON EXISTENTIBUS**. Si Pontifex enim ipse eorum vocationem

ad specialem casum cohibuit, quo masculina primogeniti linea exaresceret, ac MASCULI ejusdem filii haud amplius existerent, absurdum foret mente concipere, ab ejusmodi vocationis sede foeminas ipsius possessoris filias vel descendentes alias ex Petro Antonio, excludere eum voluisse. Ac mole quidem sua argumenta singula corruunt exadverso insinuata ad ejusmodi foeminarum exclusionem inducendam, quam ceterum scitum est ex notissima Fulgosii theorica locum numquam obtinere, nisi id suadeant « DEMONSTRATIONES ADEO CLARÆ, ATQUE PERSPICUAE, UT OMNEM TOLLANT DUBIETATIS ALEAM, QUAEQUE IN ALIUM SENSUM DETORQUERI MINIME POSSINT », ceu totidem verbis tradit *Fierli Celebr. Doct. Theor. pag.* 101 *et seq.*, milliesque S. Rotae Auditorium statuit.

15 Nilque reapse futilius primum, atque enervius, quam foeminarum, earumque descendentium exclusionem arguere ex *primogeniali* controversi patronatus juris indole. Si de primogeniali siquidem ageretur fideicommisso pro agnationis, familiaeque conservatione instituto, aliquo forte in pretio ejusmodi haberi mereretur conjectura, licet natura sua levissima. Quum de indifferenti vero activi jurispatronatus materie agatur in themate scurrile ac nugatorium est, ex mero, simplicique primogeniturae vinculo eidem tributa foeminarum exclusionem inferre. Neque majoris quidem est ponderis; sed in adversarios potius retorquetur, argumentum alterum haustum ex quarta vocationis sede *foeminis* postea tributa. Haec enim postrema earum vocatio, utpote alteri cohaerens, quae descendentibus Petri Antonii Spinelli eorum CONSANGUINEOS substituit, ad foeminas tantum eorumdem CONSANGUINEAS natura sua aeque cohibetur, neque foeminas proinde ab ipso Petro Antonio descendendentes valet complecti, et anteriori earumdem vocationi, de qua in praesens loquimur, nedum minime adversatur sed apprime imo congruit.

16 Idemque pariter sentiendum de conjectura altera, longe hercle futiliore, ex eo deprompta, quod in tertia rursus vocationis sede nominatim pariter de consanguineis MASCULIS meminerit Pontifex. Num enim novum id, et luculentius discretivae argumentum haud exhibet, Judices, quod masculini sexus qualitas nonnisi in prima et tertia, vocatorum linea fuerit a Supremo Principe praescripta; quod sane naturali etiam congruit rationi? Quid enim aequius, quid justius quam in prima etiam vocationis sede, prout in tertia fuit postea cautum, masculos foeminis fuisse praelatos; in secunda vero, prout in quarta, deficientibus masculis antea contemplatis, foe-

minas quoque indifferens patronatus jus fuisse tributum? Ceterum quoad Ferdinandum pertinet, nedum res duplex jamdiu edita judicata, et diuturna observantia, novissimoque Abbatiae statu undique confirmata, nedum intima patronatus indoles, verum solemnis etiam vetat TRANSACTIO anno 1795 partes inter signata, quominus jus ullum sibi vindicare in praesens valeat.

17 Duo enim conceptis fuerunt verbis in tabulis iis cautum. Primum nimirum, quod firma, atque immota perpetuo consisteret res prior judicata a Regio Delegato anno 1793 edita, et ab ipsomet Supremo utriusque Siciliae Rege jamdiu comprobata, quae Christinae generatim tribuerat « *la successione dei* BENI, TITOLI, E DIGNITA' *della Casa Cariati* », *Summ. num.* 3 *litt. I.* Alterum vero, quod ea una, ejusque successores perfrui perpetuo deberent tum bonis cunctis « *così feudali, e burgensatici della Illustrissima Casa di Cariati* » tum potissimum omnibus, et singulis « TITOLI, ONORI, PREROGATIVE, E DIGNITA' DELLA MEDESIMA » *ibid. litt. M.* mero vix, simplicique TITULO Ducis Seminariae Antonii descendentibus tributo *ibid. litt. Y.* Neque ambigendum hercle sub amplissima id genus transactione, ac sub generica nuncupatione « DI TITOLI, ONORI, PREROGATIVE, E DIGNITA', » laicale etiam, de quo loquimur, patronatus jus fuerit comprehensum. Id enim nedum res statuit judicata superius memorata, *Summ. num.* 7, verum Ferdinandus ipsemet propugnandum suscepit, ac declarari etiam obtinuit in judicio altero super ejusdem transactionis nullitate anno 1817 a Christina instituto, *Summ. num.* 4.

18 Quin aliquid turbent auctoritates exadverso congestae in §§ 35 *et seq. Ferdinandi libelli.* Eae siquidem pugnant initio cum generali, magisque recepta Doctorum, ac Tribunalium sententia, qua passim docemur, una cum bonorum generalitate jus patronatus etiam transferri ad tradita per *Sabell. Sum. Diu Tract. verbo Jus patronatus num.* 11 « ibi » *Juspatronatus potest* CUM UNIVERSITATE BONORUM *in alium transferri* » et *Rot. cor. Coccino Dec.* 2225 *num.* 16 « ibi » *Jus patronatus transit cum hereditate* ». Praeterea de mero, eo, simplicique casu loquitur, quo ad BONA dumtaxat hereditaria fuerit cessio cohibita, *quasi* personale patronatus jus sub taxativa bonorum nuncupatione haud contineatur. Res vero in themate est de cessione, non bonorum modo, sed jurium etiam » TITOLI, ONORI, PREROGATIVE, E DIGNITA' » *cit. n.* 3 *litt. U*, ad quam aedepol classem HONORIFICUM patronatus jus dubio procul pertinere, neque scepticus quidem iret inficias.

19 Longeque deteriori omine contrarius tuetur Orator transactionem eam Ferdinando, propriomet jure ad patronatus fruitionem vocato, minime obesse. Haud enim recolam, Judices, non proprio quidem, ac privato nomine suo, sed SUCCESSORUM etiam suorum nomine fuisse eam a Scipione Spinelli germano Ferdinandi fratre, super id temporis Seminariae Duce obsignatam *Summar. num.* 4., ejusque insuper compendio Ferdinandum ipsum in praesentiarum frui. Hoc inquam silentio praeterito, nonne probatum invictissime *in praet. restrictu* est, cum pariter ipsum eamdem transactionem facto suo solemni, ac judiciali probasse, illiusque nullitatem reclamante Christina numeris omnibus eam servari obtinuisse, teste *Summ. num.* 4.? Quo pacto itaque, revoluto hodie pallio, ei licet tabulas eas, tamquam a se alienas, despicere, quarum ceterum exequutionum in proprium etiam commodum sibi jamdiu vindicavit. Cuncta itaque icto postulant foedere abnormem Ferdinandi petitionem hodie rejici, plenumque confirmationis robur quoad eum adjici Miletensis Curiae sententiae, quae ad trutinam revocatur.

De Julii Ricciardi liberis

20 Nec secus quidem sentiendum quoad Comitis Julii Ricciardi liberos; quorum defensio duplici nititur falso supposito. Ad id enim universum ejusdem robur cohibetur, quod controversum patronatus jus; VEL, *primogenialem* ejus indolem amiserit vix ad secundam vocationis sedem migravit, adeoque mere *gentilitium* renunciari mereatur, VEL sub generali fideicommissorum abrogatione fuerit comprehensum, et hereditario tantum jure in Christinae liberos coaluerit. Commentum tamen primo loco ex adverso insinuatum res primum diluit judicata a Christina ipsamet, unde causam Julii liberi habent, anno 1801 impetrata, quae tamquam PRIMOGENIALE ejusmodi patronatus jus EI UNI TAXATIVE attribuit *Sum. num.* 7., *et seq.*

21 Diluit autem eo vel fortius intrinseca ejusdem patronatus indoles. Neque egregius porro ipsemet adversariorum defensor audet inficiari tum in *prima*, tum in *tertia* vocationis sede PRIMOGENIALE controversum patronatus jus dubio procul fuisse, utpote tributum, vel « *primogeniti filiis masculis de* ***PRIMOGENITO IN PRIMOGENITUM***, » vel « *proximioribus de familia Spinellorum consanguineis . . . . . de* ***PRIMOGENITO IN PRIMOGENITUM*** ». *Summ. litt. B.* Qui fieri autem, Judices, potest, ut in SECUNDA, et INTERMEDIA aliorumque

Petri Antonii filiarum, ac descendentium ejusdem indoles in GENTILITIAM repente mutata censeatur? Res oppido vere singularem redoleret absurditatem; Num enim verosimile est, Sacratissimum voluisse Principem, PRIMOGENIALE primo vinculum concessioni suae adjicere; mox TOLLERE, ac denuo iterum imponere? Porro quod ad vocatorum pertinet personas, rationi equidem congruit, diversum earum GENUS, sive masculos primum Antonii, ejusque primogeniti filios primogenitos, mox ceteros eorum descendentes, ac tertio tandem loco proximiores consanguineos de Spinelliorum familia in distinctis vocationum sedibus fuisse contemplatos.

22 Quo vero ad intimam ejusdem patronatus indolem, a naturali ipsamet abhorret ratione tueri, in uno eodemque actu partim primogeniale, partim gentilitium patronatus jus fuisse institutum. Quam ceterum abnormem contrariam interpretationem constans, et subsequens refellit OBSERVANTIA; qua scitum est nullam meliorem dubiarum rerum interpretem dari. Dum anno siquidem 1801 rectore suo viduata est Abbatia, innumeri supererant ex Petri Antonii descendentibus, neque Christinae ipsimet consanguinea deerat soror Joanna; Nemo tamen ex iis patronatus jus, tamquam *gentilitium*, sibique pariter *commune* ausus est vindicare. Neque secus contigit anno 1837, dum novo Abbatiae Rectore Josepho defuncto, unus primogenitus Christinae filius Hernestus tamquam unicus, et legitimus patronus, ejusdem redditus sibi assignari descendentibus aliis omnibus silentibus ab Apostolica Sede impetravit. Nil itaque post tot, adeoque gravia rationum momenta, tum ex rejudicata anni 1801, tum ex intrinseca jurispatronatus indole, tum ex diuturna demum, et constanti observantia hausta, concipi Judices valet decipula ex adverso insinuata scurrilius, ac levius, eaque proinde omnino despicienda.

23 Vix autem pacato ferri animo valet offensio altera ex generali fidecommissorum abrogatione in Neapolitano etiam regno invecta a contrario defensore hausta. Quis enim est in forensi palestra hospes adeo, ac peregrinus, quem lateat, PATRONATUS JURA sub abrogatariis legibus id genus haud fuisse umquam comprehensa? Integram oppido Ricciardiorum defensor proferat legem ea desuper re in Neapolitano etiam Regno evulgatam, et contrariae asseverationis calumnia in invitos cujuslibet oculos illico erumpet. Quod ceterum suadent etiam innumerae PATRONATUS controversiae apud Neapolitanum etiam regnum interea temporis exortae, et ad Sacrum quoque Ordinem non raro delatae,

quibus certe nullus fuisset amplius locus, si patronatus jura fuissent generatim in ditione ea abrogata. Somniata itaque tum *gentilitii*, tum *hereditarii* patronatus exceptione a Ricciardiorum defensore proposita in themate corruente, firma quoad eos etiam singula rationum manent momenta favore nobilissimae Clientulae in praeterito restrictu adducta.

Quare etc.

PETRUS ROSSI ADV.

RAPHAEL BORGHI

SUMMARIUM IN CALCE



De officio audientiae generalis belli, et regia domus
Titulus LXXIII = Prammatica I.

Num. Unico
Regii magistratus delle armi, e casa reale *competentia vindicatur.*

Essendo uno de'più importanti oggetti della nostra paterna cura per la pubblica felicità, quello di mantenere i nostri amatissimi sudditi ne'diritti della proprietà, e della libertà civile fra le giuste proporzioni, che allo Stato di Monarchia si convengono; ed avendo noi conosciuto, che al conseguimento di tal fine non altrimenti può devenirsi, che col rendere a'cittadini facile e spedita l'esecuzione delle leggi, quando avvenga, che ne implorino essi nè loro bisogni la protezione: abbiamo considerato che la via più sollecita sia quella di ridurre alla necessaria unità le molte Giurisdizioni, che per le circostanze de'tempi si è creduto opportuno far deviare da tribunali ordinarii, affidandone l'amministrazione a particolari Magistrati. Ma nel tempo medesimo abbiamo riflettuto, che l'applicazione di questi principi generali deve soffrire delle limitazioni per quelle persone, che pel rispettabile ed eminente ordine, al quale sono ascritte, godono di un foro separato, in contrassegno della superiorità, che dà ad essi sugli altri cittadini l'onorata loro professione. E poichè è stata sempre Nostra mira, che i privilegi del foro militare siano da tutti gli Ordini dello Stato rispettati oltre modo, affinchè la Nazione apprenda da questi estrinseci apparati, che la professione più onorata della Monarchia sia quella delle armi. Quindi è che per combinare insieme così il principio generale di una giusta diminuzione delle separate Giurisdizioni, che quello della perpetua fermezza dei privilegi del foro militare, abbiamo creduto necessario l'affidare ad un solo tribunale le funzioni giurisdizionali, che finora si sono separatamente esercitate dall'uditore generale degli eserciti, da quello di Marina, da quello de'Castelli di Napoli, e dal delegato di Casa Reale; cosicchè dalla soppressione di questi magistrati par-

ticolari formandosene un solo collegio, la proprietà, e la libertà civile di quelli cittadini, che vi appartengono, ricevano dal suffragio di molti quella morale sicurezza, di cui potevano temere forse giustamente dal giudizio di un sol solo.

Litt. A. Mossi pertanto dalle suddette ragioni, e dalla riflessione, che alle PERSONE DELLA NOSTRA CORTE, le quali sono nella maggior parte militari, avrebbe l'incertezza del proprio foro recato gran ritardo alla necessaria celerità degli affari, qualora si fosse lasciato correre l'antico sistema; molto più, che la Giurisdizione dell'uditore degli eserciti abbracciava nella sua origine ben anche le persone di Corte, e solo negli ultimi anni del glorioso regno del Nostro Augusto, ed invitto padre Carlo III fu loro accordato un magistrato separato sotto il nome di *Alcaide di Corte*: abbiamo ordinato l'emanazione della presente Real Costituzione, alla quale intendiamo accordare la qualità derogante ad ogni legge (che sino al presente giorno sia stata in osservanza) in quelle parti, che vi siano contrarie, e la qualità confirmativa nelle altre parti nè tacitamente, nè espressamente in essa comprese. E comandiamo Sovranamente, che da oggi in avanti

I. Restino abolite le cariche di Uditor Generale degli Eserciti, di quello de'Castelli di Napoli, e di Delegato della Real Casa e Corte, e conosciuto sotto il nome di Alcaide, come anche tutti gli uffizj a quelle annessi co' loro rispettivi subalterni, Portieri, Birri, Servienti ec.

Litt. B. II. Tutte le giurisdizioni, diritti, preeminenze ec. che fin oggi sussistono in forza delle Reali Ordinanze, Leggi del Regno, Ordini Generali, e specialmente delle Istruzioni emanate da Sua Maestà Cattolica Nostro Augusto Genitore in Luglio dell'anno 1750 per l'elezione dell'ALCAIDATO di Corte, vogliamo espressamente che restino concedute alla nuova Udienza (che si nominerà *Udienza Generale di Guerra e Casa Reale*) nell'istesso modo e forma che separatamente si esercitavano da'soppressi Magistrati, senza introdurre innovazione alla osservanza delle Reali Ordinanze, e di altri Sovrani Stabilimenti, fintantoche non venga da Noi diversamente stabilito colla pubblicazione delle nuove Ordinanze militari.

III. La nuova Udienza sarà composta di un Presidente, che Noi sceglieremo frà più benemeriti Uffiziali Generali de' Nostri eserciti di terra, e di mare: di un Vice-presidente togato, che prenderemo frà Ministri della Nostra Camera di S. Chiara, di tre Consiglieri, da sceglier si parimenti frà Ministri de' tribunali della Nostra Capitale; di un'Avvocato Fiscale; di un'Avvocato de' Poveri, di un Segretario; di un Procuratore de'Poveri, e di un Procuratore Fiscale; di una banca di Subalterni composta di un Mastrodatti, e da non più di dieci Scrivani, quattro per le cause criminali, e sei per le civili, di tre Portieri, e di una Guardia, composta da un Capitano, ed otto Birri.

IV. Resteranno per ora nel piede attuale tutti i Tribunali Militari Provinciali, gli Uditori de' Castelli, gli Assessori di Piazze così di questo Regno, come de' Presidii di Toscana, senza alcuna innovazione; con ammettersi soltanto da questi Tribunali le appellazioni alla nuova Udienza nello stesso modo e forma, che si è finora praticato co'soppressi Magistrati a tenore de'militari stabilimenti.

Omesso ecc.

Dato in Caserta li 17 Febbraro 1786.

FERDINANDO

S. Congregatione Concilii

R. P. D. QUAGLIA

SECRETARIO

MILETEN. JURISPATRONATUS

Pro

Excma D. Margarita Spinelli Principissa Cariati

Contra

Excmos DD. Comitem Julium Ricciardi nomine etc., Ducem Ferdinandum Spinelli, Eq. Antonium Spinelli, et litis etc.

A

RESTRICTUS RESPONSIONIS

cum Summario in calce

Pro Congregatione diei 28 *Aprilis* 1855.

25

Roma 1855 = Stabilimento Tipografico
Via del Corso N. 387.

MILETEN.

JURISPATRONATUS

SUPER PRÆTENSA DILATIONE



Eminentissimi, ac Reverendissimi Patres

1 Quotquot in hujusmodi causa experimur contradictores dilationem ii cuncti a S. Ordinis benignitate flagitant. Ea autem una omnium cantilena, quod fuerit nimirum iis singulis omnino impossibile, amplissimi actorum processus exemplar accipere. Heu tamen nugatores! Num enim verosimile, Judices, est neminem ex contrariis defensoribus potuisse ad hanc usque diem ejusdem exemplar conscribere; dum a Decembri usque mense superioris anni ab omni procul fastidio acta cuncta quae ad causae defensionem erant necessaria, ex eo eruere datum nobis facillime fuit? Oppido si unus, vel alter ex adversariis de ejusmodi defectu hodie conquereretur, fides forte aliqua ejusdem asseverationibus foret habenda. Quum unum tamen idemque carmen ii singuli recinant, neque ambigi econtra valeat ex iis aliquos turpiter mentiri, atque exoptatum processus exemplar longe antea ad eos pervenisse, illud vel inviti fateamur oportet, nonnisi EMENTITAM, CALUMNIOSAM, et ad defensionis dumtaxat opportunitatem, sive ad desperatam pro iis causam in aevum protrahendam EXCOGITATAM renunciari mereri unam, eamdemque dilationis causam ab iis singulis adductam. Speramus itaque jure merito, ea omnino posthabita propositae dubii formulae rescriptum « *Affirmative ad primam partem, negative ad secundam* » sive « *sententiam Curiae Miletensis esse confirmandam* » Patres Eños fore hodie dubio procul daturos, veluti humili denuo studio rogamus.

2 Neque ambigendum quidem, quin *ementita, propudiosa*, et ad opportunitatem dumtaxat *excogitata* renunciari mereatur dilationis causa, cui singuli contrarii defensores nituntur. Constat enim Judices, a die usque QUARTO MENSIS MAII superioris anni a sibi inimica Mile-

tensis Curiae sententia ad S. Ordinem adversarios provocasse, teste *nov. Sum. n.* 1 *litt. A*, ac fere integrum proinde ANNI spatium interea temporis effluxisse, quod unum oppido, licet deessent cetera, satis foret superque, ne sub dilationis fuco foret adversariis sinendum, litis hujus exitum non sine gravi Ecclesiae detrimento diu adhuc protrahere. Nil siquidem in canonica jurisprudentia notius, quam beneficiales controversias, quas Ecclesiae interest celeriter dirimi, ne ex diutina beneficiorum vacatione detrimentum ea accipiat, haud esse facile, proculque a vero, gravi, et legitima causa protelandas.

3 Ita litteralis edocet textus *in notissima Clementina Dispendiosam de judiciis cui perbelle plaudit Ferrari Bibl. Can. Verbo judicium num.* 15, *et* 16, S. Rota in *Recen. par.* 6 *dec.* 124 *num.* 30 « ibi » *Datur* BREVIOR *terminus ad inducendam devolutionem, et expeditionem causae in beneficialibus, quam antea contingerat,* NE EX DIUTURNA VACATIONE DAMNUM SENTIRENT ECCLESIAE » *Decis.* 333 *num.* 4 *cor. Benincasa* « ivi » *Evidens fit quod instantia* SOLUM TENDIT AD PROCRASTINANDUM EXPEDITIONEM QUOD IN CAUSIS BENEFICIALIBUS PERMITTI NON DEBET JUXTA STYLUM *nostri Tribunalis, et Decis.* 931 *num.* 11, *et* 12 *coram Lancetta* « ibi » AGITUR DE CAUSA BENEFICIALI, CUJUS DEFINITIO DIU PROTRAHI NON DEBET, SED CELERITER TERMINARI; *et quae propterea causis executivis, et summariis aequiparatur* ».

4 Hisce autem illud insuper accedit gravissimum, quod lite scilicet in sequelam interpositae appellationis apud S. Ordinem ex adverso contestata, actisque cunctis coram Miletensi Curia gestis ad eum ablegatis, iam inde a die 18 NOVEMBRIS SUPERIORIS ANNI rescriptum « PONATUR IN FOLIO » Sacra tulit Congregatio *cit. nov. Sum. num.* 2. Cui sane postea haerens egregius R. P. D. a Secretis Clientula id flagitante, ot dubii formulam composuit, et decreto suo jussit, causam proponi in Comitiis mensis JANUARII, *d. Sum. n.* 3 *litt. A.* Neque mora hujusmodi adversarii contenti, ineunte Januario mense Congregationem aliam destinari coram eodem R. P. D. Secretario institere, *nov. Sum. n.* 4, votique compotes facti plenissime sunt decreto altero ab eodem lato, quo litigatoribus omnibus plaudentibus, ac probantibus causae disceptatio dilata est ad CONGREGATIONEM MENSIS FEBRUARII « clausula etiam adjecta » OMNINO ET INFALLANTER » *cit. n.* 4 *litt. A.*. Et licet adeo fortuna adversarios juverit, ut integro mense Februario nulla fuerit apud S. Ordinem Congregatio;

haud tamen animo ii fracti, contra novissimi decreti legem, clausulamque mox memoratam communi consensione eidem adiectam, novam rursus dilationem ab R. P. D. Secretario nudius tertius postularunt, *Sum. n.* 5, quam tamen abnormem eorum petitionem ad S. Ordinem is ablegavit *cit. n.* 5 *litt. A.*

5 Quid itaque post diuturnam adeo moram incivilius, Judices, quam adversarios adhuc urgere, causam hodie differri, a mense usque MAJO superioris anni ex eorum provocatione ad S. Congregationem delatam, et semel iterumque ex R. P. D. Secretarii decreto dilatam, cujusque demum cognitio ad Congregationem elapsi mensis Februarii fuerat communi placito, atque OMNINO, ET INFALLANTER ablegata? Num in aevum licebit litem natura sua expeditissimam protrahere? Oppido licet fingeres, veritati congruere, quod gratuito contrarii asseverant defensores, processus nimirum exemplari eos adhuc carere, id certe nonnisi eorumdem IGNAVIAE foret tribuendum? Num enim credi, Judices potest, a NOVEMBRI etiam mense, quo Sacra jussit Congregatio hodiernam controversiam *poni in folio* « *cit. num.* 2 », fuisse iis reapse omnino impossibile, optatum exemplar accipere? Et si diu adversarii distulere, opus hujusmodi suscipere, num ex eorum negligentia detrimentum ferre Clientula cogetur? Porro scitum est vigilantibus, non dormientibus jura succurrere; factumque, aut negligentiam suam sibi quidem, non adversario nocere.

6 Jure ergo, ac merito novissimam dilationis petitionem Februario labente mense ex adverso propositam ad S. Ordinem ablegari jussit egregius R. P. D. a Secretis, *nov. Summ. num.* 5 *litt. A.*, ac jure, et merito sperat hodie Clientula nobilissima, rejecturam eam Patres Sapientissimos fore. Pugnabat enim ea, prout et hodie pariter pugnat, non dicam cum decretis ceteris longe anterioribus, quibus a Novembri usque mense causam in folio describi Sacra jusserat Congregatio; sed cum apertissima praesertim, ac solemni postremi decreti lege, qua communi accedente litigatorum omnium consensu fuerat sancitum, in comitiis mensis Februarii eam OMNINO, ET INFALLANTER proponi oportere *nov. Summar. num.* 4 *litt. A.* Nemo siquidem est hospes adeo, ac peregrinus in foro, quem lateat post hujusmodi clausulas decreto adjectas haud amplius licere futili praesertim sub obtentu causae definitionem differre.

Quare etc.

PETRUS ROSSI ADV.

RAPHAEL BORGHI

S. Congregatione Concilii

R. P. D. QUAGLIA

SECRETARIO

MILETEN. JURISPATRONATUS

SUPER PRÆTENSA DILATIONE

Pro

Excma D. Margarita Spinelli
Principissa Cariati

Contra

Excmos DD. Comitem Julium Ricciardi nomine etc., Ducem Ferdinandum Spinelli, Equitem Antonium Spinelli, et litis etc.

RESTRICTUS RESPONSIONIS

cum novo Summario

Pro Congregatione diei 3 *Martii* 1855

Roma 1855 = Stabilimento Tipografico
Via del Corso N. 387.

Emo D'Andrea

SUMMARIUM



Copia ec. 4. Uffizio. Napoli 18 Decemb. 1852.
Grande Archivio.

Num. 1
Ex fundatione descendentia demonstratur.

Certifica, che riscontrato il processo col titolo vol. 7. = Interpositio decreti pertinentiæ petiti per Illmam Principissam Cariati D. Cristinam Spinelli, et ejus super intendentem Illmum D. March. Gregorium Bisogni Aulæ S. R. C. Præfectum ut intus reg. nella Pandetta corr. sotto il num. 3289 in esso dal fol. 96 a tom. 12 etc. Leggesi copia del testamento chiuso, e sigillato fatto dall' Illmo Sig. CARLO SPINELLI Duca di Seminara nel giorno 8 Marzo 1565 in Napoli, ed aperto il dì 8 Giugno 1572 stipolato per Not. Tommaso Anello Ferresca colla presentata del giorno 29 Novemb. 1799 nella qual copia alle pag. 114 al num. 115 e 96 a 97 si legge tra l' altro quanto segue.

Foglio 114 a tergo a 115. Copia ec.

Item lo detto Testatore lascia a Geronimo Mazzapico suo servitore il Creato non se li debba domandare conto ne ragione di qualsivoglia denaro, che avesse ricevuto, e speri tanto in vita da qm Illmo Sig. *Pierantonio Spinelli Conte di Seminara suo Padre*, come in vita di esso Sig. Duca per virtù del presente testamento, e legato lo quieta e libera, ed assolve, e le rimette e dona tutto quello, che fosse per tal causa, o altra qualsivoglia si fosse, e apparisse debitore quovis modo etc.

Fogl. 97 a tergo 97. = Essendo l' istituzione dell' erede capo, e principio di ciascun testamento, senza la quale Testamentum de juris censura dicitur esse nullum; per questo il Sig. Duca Testatore istituisce, e fa suo erede universale *Scipione Spinelli Conte di S. Cristina suo figlio primogenito* legittimo e naturale sopra lo stato, e ducato di Seminara contado di S. Cristina Baro-

nea di Anella, e contado di Cariati novamente comprato per esso Sig. Duca e sopra tutto, e qualsivogliano altri beni di esso Sig. Duca, mobili, stabili, burgensatici, e feudali etiam titulati dovunque siti, e posti, et in qualche modo consistono oro argento gioje ragioni, azioni, crediti, e nomi dei debitori præter et excepto l' infrascritti legati, e fedecommessi, quali vuole, che ad ungnem sieno osservati secondo la continenza di quelli.

Num. 2
Idem probatur, atque evincitur ex antiqua familia Spinelli traditione consuevisse in ultimis voluntatibus agnationem præferri, et foeminas nonnisi masculis deficientibus vocari.

Certifica inoltre, che riscontrato l'altro processo intitolato Vol. 3. = Real dispaccio, e scritture attinenti alla controversia fra il Sig. D. Scipione Spinelli, e l' Illma Sig. D. Cristina Spinelli sulla spettanza dei Maggiorati e beni della casa Cariati Laudo del Consigliere di Andrea reg. nella Pandetta corrente 1924 in esso dal fog. 67 a 80 leggesi un obbligazione in stampa intitolata riflessioni, che servono di risposta alle note fatte per parte di D. Scipione Spinelli sul majorasco di Carlo, e sul Testamento di Carlo Filippo Antonio Spinelli Principe di Cariati, nelle quali obbligazioni al fog. 69 a tergo leggesi fra l' altro quanto segue.

Fol. 69 a tergo. Copia ec. = Il terzo testamento è del Duca di Seminara *D. Scipione Spinelli*, costui venendo a morte scrisse il suo testamento nel di 3 Agosto dell' anno 1603 per mano del Notaro Ottavio Buono Cuore di Napoli, in cui instituì erede *il suo figliolo primogenito per nome D. Carlo Spinelli*, soggiungendo così, e ritrovandosi a tempo di mia morte Carlo Spinelli mio figlio primogenito, ed erede universale morto con figli maschi, e femmine, ex suo corpore legittime discendenti, in questo caso istituisco erede mio in tutti li beni predetti *il figlio primogenito e quello che tenerà il luogo della Primogenitura masculo, e se non vi saranno mascoli, la figlia primogenita*, o quella, che terrà luogo di primogenita di detto Carlo ætatis et SEXUS, prærogativa servata etc.

Num. 3
Idem demonstratur

Certifica inoltre, che riscontrato il sopradetto processo dell' interposizione del decreto di spettanza in esso al fol. 48 a tergo al fog. 60 leggesi copia estratta dal Mastrodatti del S. R. C. Gio.

Maria Graziano del testamento chiuso, e sigillato fatto dall' Illmo Principe di Cariati *D. Carlo Filippo Antonio Spinelli* nel dì 30 del mese di Giugno dell'anno 1724, ed aperto nel giorno 14 Feb. dell' anno 1725 per mano del Not. Antonio Gennaro Sancilla di Napoli con presentata dello stesso sud. dei 29 Novembre 1798 nella qual copia al fol. 50 a tergo a 54 leggesi quanto segue

Fol. 50 a 54. E come che l' Istituzione dell'erede è capo, e principio di qualsivoglia testamento, senza la quale de juris censura il testamento si dice esser nullo. Per questo sopradetto Principe testatore per ogni miglior via, che posso, e voglio, e dalla legge mi viene permesso istituisco, ordino, e fo a me mio erede universale, e particolare l' Eccmo Sig. D. Scipione Spinelli Duca di Seminara mio fratello utrinque, congiunto in tutta la mia eredità, ed in tutto, e qualsivogliano miei beni mobili e stabili burgensatici, e feudali anche titolati di qualsivoglia titolo, oro, argento, esigenze crediti, entrate nomi dei debitori denari contanti, animali di qualunque sorte, industrie ragioni, azioni, eredità, e successori, ed altre qualsivogliano ragioni, che mi aspettano, e possono aspettare in qualsivoglia modo, ed in caso che si trovasse a me premorto, che Dio non voglia il detto sig. Duca di Seminara mio Nepote, ed erede istituisco, e sostituisco in tal caso a me, mio erede l' Eccmo Sig. D. Gio. Battista Antonio Spinelli Conte di S. Cristina figlio Primogenito di detto Sig. Duca, e ritrovandosi questi premorto, che Dio non voglia, a tempo di mia morte, istituisco, e sostituisco quel figlio, e discendente di esso Sig. Duca, che sarà primogenito, e terrà luogo di primogenito chiamato dalla legge delle investiture dei miei feudi, ed in virtù delle sostituzioni, capitoli, ed altre leggi del Regno a succedere nella mia eredità feudale, il quale succeda così nell' eredità mia feudale come nella mia Eredità Burgensatica, ESCLUDENDO LE FEMMINE, E I DISCENDENTI DA ESSE *nelli casi, nelli quali mi vien permesso di escluderle colli loro discendenti* E PREFERIRE IL MASCULO DA MASCULO *primogenito giusta le grazie concedute dalli Serenissimi Re di questo Regno a questa fedelissima Città e Regno, suoi Baroni e Feudatarj*; ed in caso, che

il detto Sig. Duca, o il detto Sig. Conte, o altro discendente di detto Sig. Duca, come sopra fossero a me superstiti, gravo ciascuno di essi che sarà mio Erede ad adire, ed adita la mia Eredità morisse quandocunque la mia Eredità Burgensatica, e l'intero valore dei miei beni feudali una coll' augmento del tempo, che potranno ricevere detti feudi al majorato istituito B. M. del fu Principe di Cariati D. Carlo Spinelli mio avo da me confermato, e roborato di Reg. assenso per l' obbligo dei beni feudali, e sottometto li beni burgensatici, ed il valore, e prezzo di detti beni feudali una col detto augmento a tutti li vincoli, sostituzioni, e leggi contenute nel detto majorato ordinato dal detto Principe D. Carlo ec.

Num. 4
Idem demonstratur. Certifica inoltre, che riscontrato il ridetto processo relativo al laudo del Consigliere D. Andrea in esso dal fog. 122 al 137 esiste copia estratta dal Mastrodatti Tommaso Guarracino, e Gno Filippo De Pasquale dal R. Ass. del dì 12 Ottobre 1682 con presentata del 22 Giugno 1791, nella qual copia al fog. 122 a 125 si legge quanto segue.

N. 122 a 125 copia ec. *Io D. Isabella Spinelli Principessa di Torsia* vedova more Romano vivente dichiaro aver fatto il mio ultimo Testamento in scriptis solennemente chiuso e sigillato per mano di Notar Pietro Capasco di Napoli, nel quale ho instituito il mio erede universale e particolare in tutti i miei beni, ed anco fattivi alcuni legati, e disposizioni, come da d. Testamento appare, al quale in ogni cosa mi riferisco. E perchè a ciascun Testatore è lecito aggiungere, e mancare al suo Testamento, e quanto in quello si contiene, eccetto quello, che nel presente mio Codicillo viene mutato, ed alterato faccio per ogni miglior via, che posso e voglio il presente mio Codicillo e suggetto, quale voglio, che vaglia per ragione di codicillo, e per ogni altra miglior via ec.

Ed avendo sempre io predetta Principessa desiderato, *che la Casa dei Sig. Principi di Cariati, e suoi successori si conservino nello splendore, ed onorevolezza, che conviene* e coll' ajuto di Dio debba sempre augmentarsi, ed esaltarsi; ed avendo per l' esperienza considerato, *che in tutte le case ancor-*

che nobilissime si conservano grandi in quanto insieme si conservano le facoltà, mentre mancandone quelle non può mantenersi il decoro, nè dignità alcuna, che però delle persone precedenti per evitare simili travagli sempre si è avuto particolar cura in procurare la conservazione dei beni nelle famiglie colle strettissime proibizioni di alienare. Pertanto avendo fatta matura riflessione sopra le convenienze, e considerazioni sudette, ed avendo ancora riguardo all' ottima qualità, ed ossequio portatomi dall' odierno Sig. Principe di Cariati *D. Carlo Antonio Spinelli mio amatissimo Nepote*, lascio jure et titulo institutionis eredis particularis ed in ogni altro miglior modo, e via, che di ragione mi viene permesso scudi 50 mila che devo conseguire per causa di dette doti ut supra una cogli altri scudi 150 mila del modo ut infra moltiplicandi al detto D. Carlo Antonio Spinelli odierno Principe di Cariati mio Nepote, ed altri chiamati ut infra etc. e dopo sua morte in essi interamente, ed in deminutamente succeda, e debba succedere *il figlio primogenito, e che terrà luogo di primogenito* legittimo, e naturale ex corpore legitm. discendente da esso odierno Sig. Principe D. Carlo Antonio, e *li discendenti MASCOLI da quelli in infinitum* legittimi e naturali ex corpore *legit. discendentino da primogenito in primogenito, e che teneranno luogo di primogenito* abili però a casarsi, osservandosi però sempre l' ordine della Primogenitura e di primogenito in primogenito, come di sopra talmente non succeda l' uno se non dopo la morte dell'altro *senza discendenti* MASCOLI. E mancando quandocumque quod absit *la linea* MASCOLINA del figlio primogenito del detto Sig. Principe debbano li detti scudi 200 mila colle loro annue entrate provenire, e conservarsi NELLA LINEA MASCOLINA del figlio secondogenito legittimo, e naturale del detto Sig. Principe D. Carlo Antonio, e suoi discendenti MASCOLI legittimi, e naturali ex corpore discendenti da primogenito in primogenito, dimodochè *sempre siano preferiti li primogeniti*, o *chi terrà di primogeniti* abile però a casarsi, così successivamente in difetto, absit, di detta linea MASCOLINA discendente da detto secondo genito, debbano succedere quelli figli legittimi e naturali ex corpore legittime discen-

dentino dalle linee del terzo genito di detto Sig. Principe D. Carlo Antonio di primogenito in primogenito ut supra, e così del quarto genito in difetto della linea *mascolina* del terzo genito, ed altri successivamente servato sempre fra di loro l' ordine, e prerogativa di primogenitura, e che terrà luogo di primogenitura, e si osservi così, **FINCHÉ VI SARANNO MASCOLI** discendenti da dette linee di detto Sig. Principe in infinitum ut supra, di modochè **SEMPRE VI SARANNO MASCOLI** *legitimi, e naturali discendentino da detto Sig. Principe, e delle altre linee da lui discendentino ordine successivo, come di sopra dalli sud. sc.* 200 *mila* **RESTINO E SIANO ESCLUSE LE FIGLIE FEMMINE** del suddetto Principe, e loro discendenti, ancorchè le dette femmine, e le loro discendenti *fossero in proximiori gradu*, e li mascoli fossero in grado remotiori, ne possano dette femmine pretendere cosa alcuna sopra li detti scudi 50 mila ec. ed in difetto quod absit di detta linea mascolina di detto Sig. Principe primo loco chiamata dalla linea mascolina del sudetto D. Gio. Battista nel secondo luogo chiamato nelli detti scudi 200 mila debba succedere il detto Sig. *Carlo Spinelli similmente fratello utrimque congiunto del detto Sig. Principe* al presente in sacris, quando però dal Sommo Pontefice fosse abilitato con sua dispensa a potersi casare, et non aliter, nec alio modo ec.

Sacra Congreg. Concilii

sive

R. P. D. QUAGLIA

SECRETARIO

MILETEN. JURISPATRONATUS

pro

Exmo D. Ferdinando Spinelli Duce Seminariæ

et R. D. Petro Militano

SUMMARIUM

Apr. 1855 - Tip. Pallotta presso la piazza di S. Ignazio

23

NOVUM SUMMARIUM



Nella Reverendissima Curia Vescovile di Mileto col solito dovuto rispetto comparisce il Signor D. Ferdinando Spinelli Duca di Seminara, e dice come nella causa del Beneficio Rettoria o Abbadia sotto il titolo de' SS. Fantino e Giovanni Teologo, vertente in essa Curia, fra l'istante, D. Giulio Ricciardi Conte de' Camaldoli, Cavaliere D. Antonio Spinelli, Marchesa Friozzi, D. Margherita Spinelli, e Sacerdote Don Gaetano Greco nelle loro rispettive qualità come dagli atti: tutti domiciliati nella Capitale di Napoli con atto dell' Usciere di questa Regia Giustizia Don Antonio Lombardi sotto il dì ventotto Aprile prossimo scorso ad istanza del Revmo Procuratore Fiscale di essa sudetta Curia Decano D. Giuseppe Palumbo, del quale non apparisce registro; fu intimato al suo Procuratore copia di una sentenza emessa nel giorno venti detto Aprile corrente anno, registrata nel Burò di questa Città nel giorno istesso col numero 436 al Registro 10 volum. 51 fol. 72 casella 6 col pagamento grana venti, segnato il Ricevitore Ricosta, colla quale si è deciso nei seguenti termini. « Nos Joseph Antonius Morrone Illmi ac Rmi Dni Philippi Mincione Miletensis Episcopi Vicarius Locumtenens et Officialis in spiritualibus et temporalibus Generalis J. U. Q. D. pro Tribunali sedentes justitiam prae oculis habentes, dicimus, decernimus, et definitive decretamus jus Patronatus in Rectoria seu Abatia sub Titulo SSrum Fantini, et Joannis Theologi a Paulo III. concessum Comiti Petro Antonio Spinelli spectavisse et spectare ad hodiernam Chariati Principissam Margaritham Spinelli, Ducis Ferdinandi Spinelli, Comitis Julii Ricciardi, qualitate prout ex actis: nec non praesentationes Sacerdotum Cajetani Greco de Neapoli, Petri Militano Civitatis Palmarum, atque hodierni Ducis Castrovillarum Josephi Friozzi rejiciendas prout praesenti Decreto rejicimus,

Num. 1.
Appellatio a die usque 4 *MAII superioris anni ex adverso interposita.*

et praecipimus ut infra, juris terminum praedicta Cariati Principissa idoneum et habilem Rectorem seu Abbatem nominet et praesentet Ordinario Diocesano ; alias Rectoria sive Abbatia ut supra vacans providebitur jure devolutionis; reservamus demum provisiones quoad expensas. . . .

E poichè colla divisata sentenza venne non poco leso e gravato (sic) l'istante nei suoi diritti, e temendo di venir più leso e gravato in appresso, così colla presente istanza ne propone formale appello al SSmo Signor Nostro Papa Pio IX., ed alla di lui S. Sede Apostolica, affinchè dalla medesima gli venga impartita quella giustizia che gli fu negata da essa Rma Curia, ed intendendo proseguire tale istanza di appello, chiede semel, bis, tertio, saepe, saepius, saepissime, instanter instantius, instantissime di venire spediti gli Apostoli a suo favore protestandosi di nullità di qualunque ulteriore atto si volesse fare, pendente la discussione di questo appello, altrimenti sempre dice di nullità per li motivi che sieguono.

Omesso ec. Ant. Scarano Proc.

Litt. A.

MILETI DIE QUARTA MENSIS MAII MILLESIMI OCTINGENTESIMI QUINQUAGESIMI QUARTI 1854 praesentata fuit praesens instantia in hac Episcopali Curia per comparentem petentem. Et in fidem etc.

Canonicus Dominus Antonius Signoretta Cancellarius.

Num. 2.
Rescript. ponatur in folio *a die usque* 18 *Nov.* 1854 *editum.*

Die 18 Novembris 1854

PONATUR IN FOLIO.

Num. 3.
Clientulae petitio, *qua causa ad Cong. mensis Januarii fuit ablegata.*

Sacra Congregatione Concilii
R. P. D. Quaglia Secretario
Mileten. Juris Patronatus

Citentur infrascripti exadverso principales, ac alias omni etc. ad comparendum etc. et videndum concordari dubium; alias mandari disputari infrascriptum; nec non destinari Congregationem pro propositione Causae; et decretum etc. ad dict. diem.

Instante Excellentissima D. Margarita Spinelli Principissa Cariati; pro qua D. Raphael Borghi Procurator.

Dubium = *An sententia Curiae Episcopalis Miletensis sit confirmanda vel infirmanda in casu etc.*

D. Franciscus Lasagni extus D. Equitis Antonii Spinelli exlis.

D. Aloysius Gizzarelli extus D. Comitis Julii Ricciardi nomine etc. exlis.

Die 18 Decembris 1854.

Feci in manibus domesticorum etc.

Litt. A.

Die 19 Decembris 1854. Relatione facta comparuit D. Raphael Borghi Procurator petiit ut supra.

Decr. destinationis.

Ex tunc Illustrissimus, et Reverendissimus D. mandavit disputari suprascriptum dubium, et destinavit Congregationem mensis Januarii proxime futuri parte praesente quoad Lasagni, et quoad Gizzarelli cum intim.

Sacra Congregatione Concilii
R. P. D. Quaglia Secretario
Mileten.

Num. 4.
Contraria instantia pro alterius Congr. destinatione.

Citetur D. Raphael Borghi extus D. Margaritae Spinelli exadverso principalis ad comparendum etc. et videndum destinari aliam Congregationem in locum illius jam destinatae pro propositione Causae; et decretum etc. ad d. diem.

Instante Excmo D. Antonio Fuscaldo Ducis Marianellae, pro quo Dom. Franciscus Lasagni Procurator.

Die 5 Januarii.

Feci in manibus famulae.

Litt. A.

Die 9 Januarii 1855. Relatione facta comparuit D. Franciscus Lasagni Procurator petiit ut supra.

Decr. consonum ablegans causam ad Congreg. mensis Februarii OMNINO et INFALLANTER.

Ex tunc Illustrissimus, et Reverendissimus D. destinavit Congregationem mensis Februarii OMNINO, ET INFALLANTER parte praesente.

Sacra Congregatione Concilii
R. P. D. Quaglia Secretario
Mileten.

Num. 5.
Novissima, et abnormis contraria petitio pro alterius Cong. destinatione.

Citentur infrascripti exles, ac alias omni etc. ad comparendum etc., et videndum destinari aliam Congregationem in locum jam destinatae pro propositione causae, de qua agitur; et decretum etc. ad dictam diem, et horam.

Instante D. Ferdinando Spinelli Duce Seminariae, pro quo D. Aloysius Vannutelli Proc.

D. Raphael Borghi extus D. Margaritae Spinelli Cariati exlis.

Die 3 Februarii 1855
Feci in manibus famulae.

Litt. A.
R.P.D. Secr. decretum jubens adversarios UU. JJ.SS. coram S. Congregatione.

Die 9 Februarii Lecta in termino proservato. Relatione facta comparuit D. Aloysius Vannutelli Procurator petiit ut supra.
Ex tunc Illustrissimus, et Reverendissimus Domin. mandavit Instantem uti jure suo in die propositionis causae partibus praesentibus.

S. Congregatione Concilii

R. P. D. QUAGLIA
SECRETARIO

MILETEN. JURISPATRONATUS

SUPER PRÆTENSA DILATIONE

Pro

Excm̃a D. Margarita Spinelli
Principissa Cariati

M

NOVUM SUMMARIUM

1

Roma 1855 = Stabilimento Tipografico
Via del Corso N. 387.

MILETEN.

JURISPATRONATUS

Emi ac Rmi Patres

1 Antequam de jure activo nominandi contrariis allegationibus respondeam, præstat quæ de illius exercitio, sive de nominatione ipsa, familiæ Ricciardiæ Orator objicit expendere. Ait nempe clientem Seminariæ Ducem Ferdinandum, post lapsum quadrimestris nominavisse. Ita ille postquam præsentationes tempestive propositas in quadrimestri a scientia vacationis Ordinarius admisit putat novum hoc offendiculum, quod in Miletensi Curia profligatum fuisset, Romæ exceptum iri.

2 Scilicet is terminum deducit ex die VACATIONIS tertio Nonas Junias, atque inde concludit adm. Rev. D. Petrum Militano quinque et ultra post vacationem mensibus nominatum fuisse. Mirum sed illud accidit quod cum illi asserenti absque probationibus fides haberi nequeat, ille NIHIL PROBAT. Eninvero qui nominationem præposteram demonstrare satagit, eam non ex die vacationis, sed EX DIE SCIENTIAE ducere tenetur. Jurisprudentiam notissimam confirmat FARGNA de jurep. par. 3 can. unic. cas. 1 num. 7 = ibi = *Tempus datum a jure ad præsentandum non est continuum . . sed est utile*; *quod* NON A DIE VACATIONIS *sed a die* SCIENTIAE *vacationis*, ET QUIDEM VERÆ ET CERTÆ, *non autem* (☞) *præsumptæ vel interpretativæ, aut a die non impedimenti incipit currere et computari* = Accedit PITONIUS all. 96 num. 3 et 4 = ibi = *Quæ scientia non debet esse præsumpta et conjecturalis, sed* POSITIVA ET INDUBITATA ET CERTO PROBANDA = probanda scilicet ab iis qui præsentationem uti intempestivam atque illegitimam traducunt. Quibus vehementer assentitur Tribunal in decis. 173 num. 1 et seq. par. 2 Rec. = ibi = *Ad præsentandum non currit tempus patronis, nisi* A DIE SCIENTIAE *vacationis cap. etc. et ad prædictum effectum requiritur* PROBATIO SCIENTIÆ *vera, et concludens; et* PRÆSUMPTIVA, ET VEROSIMILIS NON SUFFICIT = decis. 406 num. 1 d. par. 2 decis. in dec. 115 num. 11 et seq. § 5 = ibi = *Tempus*

. . . . *non currit, nisi* **A DIE SCIENTIÆ VERÆ** *patronorum, et non interpretativæ* = in Sutrina Beneficii 22 Junii 1818 § 7 cor. Odescalchi, in Firmana Jurispatronatus 2 Dec. 1840 § 6 cor. Muzzarelli = ibi = *Haud res agente quod Protasius post legitimum quadrimestrem terminum beneficii vacatione elapsum Aloysium præsentaverit. Ejusmodi namque terminum . . . haud profecto ex beneficii vacatione, sed* EX VACATIONIS SCIENTIA *dimetiendum esse, ex canonica æquitate, tradit Reiffenstuel in decretal. scientiam autem* PRÆSERTIM AD ODIOSISSIMUM CADUCITATIS EFFECTUM, *haud sane præsumi posse, sed evidenter probari debere unanimiter tradunt etc.* = Et in Conf. 5 Julii 1851 § 6 cor. eod.

3 Quod si scientia nunquam præsumitur, nisi invictissime probetur, furiosum esset illam præsumere in casu, in quo potius DIUTURNAM IGNORANTIAM conjectari pernenecesse fas est. Cliens, quemadmodum patet e summario Ricciardi num. 6. et 10, atque ex universo processu, lares habet NEAPOLIS. Vacatio obtigit in parvo oppido *Palme* in Miletensi diœcesi, sive ut ait Orator familiæ Ricciardi initio allegationis = *in extremis Calabriæ finibus* = Distat hic locus BISCENTUM et QUINQUAGINTA circiter millariis a Metropoli. Adde studium in universa familia Spinelli ne index vacationis ad clientem perveniret. Rem magnam præstitit mehercules siquidem exeunte mense Julio illius nuncium accepit. Tunc procuratorem mittens, Mense Augusti se ipsum nominavit, atque deinceps facultate utens a lege tradita, digniorem nominandi, mense Novembri, scilicet nec dum lapso quadrimestri ex die scientiæ præsbyterum præsentavit.

4 Neque hæc tantum nobis præsumptio opitulatur donec contrarium adversarii locupletissime ostendant, sed alia etiam gravissima, ex Ordinarii admissione desumpta, quam habetis in Summario Ricoardi num. 10. Quippe cum Ordinarius accepto nominationem habeat, necessario præsumendum est eam LEGITIMO TEMPORE ex die scientiæ evenisse. Ita Piton. in cit. all. 96 n. 4. 5. = ibi = *Ideoque licet facta fuerit præsentatio 19 Octobris 1706 et sic post quinque menses a die obitus Cascinæ, 11 Maji, attamen dicitur facta in tempore quadrimestris a die, qua heredes Josephi habuerunt notitiam obitus Cascinæ, nisi impetrator* **PROBET** *notitiam istam fuisse habitam statim, ut in specie firmant Pax Jordan. Gabriel. Barbosa. Garzia etc. Eoque magis quia Ordinarius hanc præsentationem admisit,* EX QUO INSURGIT ALIA PRÆSUMPTIO QUOD FUERIT FACTA TEMPORE DEBITO*, ut concludit Pax Jordan. lucubrat. tom.* 2

lib. 10 *tit.* 7 *num.* 351 = *ibi* = *Subamplius undecimo ut SI PRAESENTATIO FUERIT ADMISSA PER ORDINARIUM, PRÆSUMATUR FACTA TEMPORE DEBITO* = Nec regeras fortassè præsentationem exceptam fuisse per clausulam = *si et in quantum* = hæc enim apponitur nè lædatur jus alteri quæsitum, si quid objici queat, sed præsumptionem non delet, auctore LAMBERTIN. de jurepatr. lib. 2 par. 2 qu. 1 artic. 25 n. 8 = ibi = *quando per habentem instituere fuerit admissa præsentatio et non rejecta, PRÆSUMETUR PRO PRÆSENTATIONE, et sic illam factam fuisse INFRA TEMPUS datum a jure, quamvis admissio fuisset facta SI ET IN QUANTUM, quia omnino admissa est, et illa verba si et in quantum, apponuntur ut audiantur oppositiones quas non nego debere admitti et posse PROBARI per opponentes* = et VIVIAN. de jurepatr. lib. 7 cap. 6 n. 9 = ibi = *Si autem præsentatio fuerit admissa, PRÆSUMITUR FACTA TEMPORE DEBITO, etiamsi fuerit admissa SI ET IN QUANTUM, prout de stylo fieri consuevit* =.

5 Quæ cum probe sentiat adversarius Ricciardi, perperam insinuare contendit clientem cum mense Novembri præsentavit, jamdiu jure suo cecidisse, quia SE IPSUM antea nominaverat, laicum, ac proinde inhabilem Rectoriæ, quæ clericum requirit: unde concludit pro ea vice haud eum potuisse præsentationem iterare. Quod perditissime objicitur, quandoquidem notissimo jure patrono laico permittitur infra quadrimestre ex die scientiæ NOVAM in digniorem nominationem conferre: præsertim si bona cum fide prius incapacem nominavisset. Ita S. Rotæ Auditorium in decis. 16 Jurepatronat. coram Falconerio num. 1 = ibi = *Quamvis ex rationibus deductis in secunda decisione, nulla dici posset præsentatio etc. subsistente etiam nullitate præsentationis a patronis in personam Bandillii exaratæ, ILLIS COMPETIT NOVUS TERMINUS AD DENUO PRÆSENTANDUM, quique illis currere incipit a die dumtaxat declaratæ et acceptatæ nullitatis primæ præsentationis, ad textum in cap. si electio de electionibus in 6, quando præsertim in ea nulla fraus, nullusque dolus intercessit, ut tradunt Vivian. de Jurepatr. par. 2 lib. 5 cap. 2 num. 27 et lib. 7 cap. 40 num. 30, Rota coram Seraphin. decis.* 1007 *num.* 7 = Et in decis. 41 num. 5 post Monacell. tom. 2 in Append. = ibi = *Franciscus .... recedendo tamen a nominatione præcedenter facta in personam simplicis Clerici, non elapso adhuc quadrimestri, fecit aliam nominationem in personam Sacerdotis, quod manifeste convincit ipsum noluisse contemnere præceptum Te-*

statoris, *et propterea si ipse non fuit contumax*, *et durante adhuc termino quatuor mensium*, *voluit corrigere suum errorem*, *faciendo præsentationem*, *juxta legem fundationis*, **DEBET ILLIUS NOMINATIO OMNI JURE SUBSTINERI** per Text, etc. Et *gloss. in cap. fin. verb. ex vi de Jurepatr. circa finem* « *Propter hoc non puniuntur*, *quia correxerunt factum suum præsentando*, *prout debeant*, *et admittit etiam Tondut. in contrarium alleg. resol. benef. q.* 118 *num.* 32 =.

6 Quibus positis, brevi animadversione rem conficiam. Quæstio universa in jure ACTIVO nominandi posita est. Igitur aut familia Ricciardi jure pollet, aut non. Si jus activum legitime tuetur, jam incassum de caducitate ac devolutione disputamus; haud enim devolutum jus clientis dici posset, quod is (in absurdissima hypothesi) non haberet. Quod si; ut in restrictu ostendi et mox plenius evincam, nullum familiæ Ricciardi jus competit, ☞ perperam de jure devoluto clamitat. Si qua enim devolutio fieret, hæc profecto non favore comitis Ricciardi qui nullo jure pollet, sed favore ORDINARII eveniret. Idipsum dicas de principe foemina Friozzi ac de Fuscaldio, eo vel magis quod tum illa tum Fuscaldius ☞ IMCAPACEM nominaverunt, nec tempore habili nominationem iterarunt. Causa igitur universa posita est in pertinentia juris activi.

7 Hoc sibi vindicare nititur familia Ricciardi, in sua allegatione, quæ duplici æque falso nititur supposito. Constituit nempe primo nos in ALTERA testamentariæ vocationis sede versari = *aliis filiis tuis, eorumque filiis* =. Deinde in hac altera vocatione juspatronatus mere GENTILITIUM habendum esse. Perdite utrumque: primum enim admitti nequit quia in primogeniali adhuc hæret prima vocatione successio; alterum non modo nequit admitti, sed admissum etiam, adversarios Ricciardi luculentissime excludit.

8 Committitur primo loco jus nominandi, = TIBI FILIO TUO PRIMOGENITO MASCULO, IPSIUS PRIMOGENITIS FILIIS MASCULIS DE PRIMOGENITO IN PRIMOGENITUM (deinde secundo loco) *et illis* NON EXISTENTIBUS, *aliis filiis tuis, eorumque filiis* = Igitur antequam ad secundam vocationis sedem veniamus, in conditione positam = *illis non existentibus* = demonstra- ☞ re fas est *lineam* PETRI ANTONII *ejusque filii primogeniti* NON EXISTERE. At quomodo hoc absurdum probas? Nonne cliens in secundogeniti Antonii linea versatur? Nonne ille ex Petro Antonio ejusque primogenitis recto tramite originem ducit? Nonne ad primogenialem successionem directe, immediate, secundoge-

niti soboles vocatur, extincta primogeniali? Nonne hæc quæ naturaliter secundogenita nuncupatur, civiliter tamen in casu primogenialis habetur.

9 Adde quod in secunda vocatione linea quidem non immutatur, non mutati *Petri Antonii* stipite, sed ad aliam descendentiam, fit gradus. Quippe ea verba = *ALIIS filiis TUIS, eorumque filiis* = Petro Antonio directa sunt. Voluit propterea fundator primo succedere descendentiam filii primogeniti ex Petro Antonio: mox descendentiam ex aliis ILLIUS filiis. Ante igitur quam ad alios fieret gradus necessario præsumpsit UNIVERSAM primogeniti descendentiam extinctam esse. Nimis enim absurdum fuisset descendentiam ex aliis filiis PRAEFERRE descendentiæ ex primogenito. Paucis, voluit, primo loco non naturales duntaxal, sed et *civiles* primogenitos arcessere, seu vocavit omnem primo nati descendentiam *ordine primogeniturae*. Quod eo vel magis tenendum est quia primogenituræ institutio quamdam suapte natura PERPETUITATEM habet, ait Sacer Ordo in decis. 16 n. 1 cor. Arguelles = ibi = *Qui primogeniturum facit, omnia quae ad perpetuitatem sunt necessaria facere intelligitur, ut post Decacons.* 397 n. 7 *Burg. de Paz. Molina etc.* =

10 Censetur propterea fundator *universae* primogeniti descendentiæ prospexisse antequam patronatus ad alios migraret. Ad rem Car. DELUCA = de Fideicomm. disc. 206 num. 5 et seqq. = ibi = *Etiam isto casu, quoties agitur de fideicommisso ordinato per viam, sive cum ordine primogenituræ videtur potius dicendum..., quoties non constet de præcisa, ac taxativa voluntate restricta ad illam personam, ejusque descendentiam, et non ultra,* EX NATURA PRIMOGENITURÆ, *ut censeatur* PERPETUA *et non expiret in primo, ex deductis, quoniam tunc, ubi non accedat plusquam clara, et expressa voluntas, in cujus concursu cessant omnes quæstiones, et argumenta, omnino verius est, admittendum non esse transitum de uno genere prius vocato, et admisso, in quo præsupponenda est major dilectio,* IN ALTERUM SUBSIDIARIAE VOCATUM, *nisi primo totaliter evacuato,* TAM IN PRIMOGENITO *jam admisso,* QUAM IN ALIIS POSTEA VENIENTIBUS CUM EODEM ORDINE PRIMOGENITURAE; *quasi quod vocatio non sit unius, vel alterius personæ, sed potius sit* TOTIUS ILLIUS GENERIS *vocando primum, ut exprimeretur id, quod de jure inest, atque subintelligitur quoties agatur de successione individua, et singulari, quamvis non exprimatur, ex insinuatis d. disc.* 212 *et alibi. Et sic demonstrative potius, quam taxative.* = Atqui in prima vocatione, servato primogenituræ ordi-

ne, **MASCULI** dumtaxat vocantur: ex quibus unicus per **MASCULINAM** descendentiam superest cliens Ferdinandus.

11 Verumtamen, quando Adversarii quæstionem tantopere ad alteram vocationis sedem affectant traducere, latius in restrictu demonstravimus, etiam in hac absurda hypothesi fundatoris mentem masculinæ soboli suffragari. Unum est inter adversariam Friozzi et familiam Ricciardi discrimen, quod illa primogenialem ordinem etiam in altera vocatione interpretatur: hæc autem mutationem fieri de primogeniali in gentilitium præsumit. In primo casu nihil est quid addendum videatur: si primogenialis prosequitur vocatio, jam agnationis emicat studium, atque in restrictu ostendimus masculini sexus descendentiam in universo orationis contextu, atque hac potissimum in parte præferri. Nonnulla addenda sunt, quæ interpretationem attinent familiæ Ricciardi. Mitto equidem absurditatem hujus interpretationis, quæ paucis in verbis **TRES** voluntatis mutationes confingit: primo enim primogeniale masculinum: deinde gentilitium; tertio rursus primogeniale masculinum: quarto foemininum jus succedendi proponit. Immo liceat paulisper hæc omnia admittere: ostendam profecto Ricciardios sua vel ipsa defensione suisque armis profligari. Evincam deinde omnino exclusivam masculorum vocationem.

12 Quid si gentilitium esset juspatronatus? Primo loco sequeretur tum Margaritam, tum Ricciardios esse removendos: illa enim *decimo* gradu **A FUNDATORE** Petro ☞ Antonio distat: illi *undecimo*; cliens autem *octavo* dumtaxat. Atqui elementare est in patronatu gentilitio omnes de familia pariter in capita succedere, sed gradu remotiores **QUOAD FUNDATOREM** a proximioribus arceri. **LOTTER.** de re benefic. lib. 2 quæst. 11 num. 23 et seq. = ibi = *Et hæc quidem in patronatu Gentilitio, in quo etiam succeditur in capita, non autem in stirpes, cum verba fundatoris, omnibus de gente conveniant; Rota etc. intelligendo hoc tamen de ipsa successione in solido patronatu, non item in exercitio circa jus præsentandi, quia istud non potest pertinere, nisi ad eum de familia, qui pro tempore est* ***PROXIMIOR FUNDATORI****, juxta text. in leg. cum ita, § in fideicommisso, de legat. 2, Bald. cons. 1 num. 8 lib. 3, Cald. cons. 19 de jur. patr., Covar. pratic. quæst. 38 num. ult., vers. alioquin, Franc. de March. decis. 1235 num. 4 par. 1 quam sententiam probavit Rota in Pientina Jurispatronatus 10 Junii 1602 coram Litta* =. Rota Decis. 661 num. 25 et seq. cor. Molines = ibi = *Non obstat quod nequeat dici fuisse in eis determinatum*

modum præsentandi inter patres, et filios potius ordine simultaneo, quam successivo, cum etiam IN JUREPATRONATUS GENTILITIO exercitium circa JUS PRAESENTANDI PERTINEAT AD ILLUM de familia, qui pro tempore est PROXIMIOR FUNDATORI juxta doctrinam Lotter. etc. =.

13 Nec satis: omissa etiam disparitate gradus, alio ex capite tum Margarita tum Ricciardi rejiciendi sunt. Scilicet juspatronatus gentilitium (ut Ricciardi contendunt) AGNATIONI potissimum opitulatur. Cum autem compertissimum sit fœminas agnationem quoad se conservare, sed in alios non deducere, ideo receptum est in patronatu gentilitio posse quidem fœminas ex masculo succedere; sed sive fœminas, sive masculos EX FOEMINIS admitti omnino non posse. Rota in decis. 106 num. 6 coram Celso = ibi = *Minus obstat, quod Franciscus de Theolomæis adversarius habeat quoque præsentationem ab illis de Pardinis, Geminianis, et Nuccorinis descendentibus ex foeminis familiæ de Carolis, nam ultra quod non apparet illos, aut eorum auctores ullo unquam tempore præsentasse, et existere in possessione præsentandi, cessat difficultas, dum versamur IN PATRONATU GENTILITIO, vel mixto, in quo FOEMINÆ, ET DESCENDENTES, EX EIS NON ADMITTUNTUR, cum in eis deficiat hujusmodi qualitas*, Ferret. con. 132. numer. 3 lib. 1, Peregrin. etc. =

14 Rursus in dec. 708 tom. 2 par. 18 numer. 14 Recent. = = *E contra vero illi, a quibus præsentationem reportavit Constantius, nec habent quasi possessionem præsentandi, nec sunt de familia nobili Mantegatia, et quatenus aliqui PER FOEMINAS ab illa descendant, adhuc IN HOC JUREPATRONATU FAMILIARI NON SUCCEDUNT, Rota cor. Royas decisione* 446 *num.* 6 *cor. Celso decis.* 106 *numer.* 6, *et cor. Eminentissimo Ottobonio decis.* 230 *n.* 22 = PITONIUS Discept. Eccles. 53 num. 31 = ibi = *Cum autem sola Catharina eamdem præsentationem expleverit, id evenisse necessario fatendum est, ex quo Juspatronatus agnitum fuerit pro familiari, et GENTILITIO, ad quod admittuntur quidem foeminæ de agnatione, ac immediate descendentes ex masculis, quemadmodum erat Catharina, ad Text. in leg. pronunciatio ff. de verb. signific. decis. Sicil. impress. apud de Luca de feud. num.* 389, *Rota cor. Merlin. decis.* 890 *num.* 4 *post Vivian. de jurepatr. decis.* 69 *num.* 2 *ec. NON AUTEM DESCENDENTES EX FOEMINIS, QUAMVIS MASCULI, quales erant filii earumdem Lucretiæ, et Aureliæ, ad firmata per Capon. discept. etc.* =

15 Postremo, etsi juridica argumenta deficerent, literalis

ipse fundationis textus occurreret, qui *masculini* sexus præferentiam mirifice demonstrat. Non modo enim pluries masculorum iteratur vocatio, sed in hac ipsa sede = *aliis filiis tuis* = quippe in altera immediate sequenti vocantur, ait fundator = SIMILITER = masculi; ergo in prima immediate præcedenti, masculos dumtaxat fuisse arcessitos præsumendum est. Fundatio hæc habet, deficientibus primogenitis = *aliis filiis tuis*, *eorumque filiis; ac ipsis deficientibus*, *tuis proximioribus de familia Spinellorum consanguineis* ☞ *SIMILITER masculis.* = Quibus accedit DISCRETIVA vocationis forma: cum enim primo successio deferatur *primogenitis*, mox *filiis*, tertio *consanguineis*, quarto ea verba sequuntur = ET ☞ DEINDE *foeminis.* = Foeminæ igitur nonnisi in subsidium, quarto loco post masculos primogenitos, descentes, consanguineos admittantur. Nec secus se res habere poterat in testamento quod sæculo decimosexto conditum est. At quem latet mentem institutorum, juxta familiæ traditiones, juxta TEMPORIS mores esse interpretandam? Quid ais, filiorum appellatione foeminas contineri? Maxime si de recentiori jurisprudentia loqueris: verumtamen fundationis tempore, in nobilissima familia, ac præsertim in FIDEICOMMISSARIIS legibus tanta erat agnationis præsumptio ut conditio *si sine filiis*, de MASCULIS dumtaxat esset usurpanda = *Card. Mantica. decis.* 351 *n.* 1 *seq.*

16 Perperam familia Ricciardi transitum de linea prædilecta ad aliam opponit. Nemo inficiatur quod auctoritates ab adversariis recensitæ evincunt, lineam primogenialem ante esse explendam quam altera instituatur. Sed primo limitatio illa occurrit quam adversarii Ricciardi in sua allegatione § 16 fatentur, auctoritate Card. De Luca = ibi = *Non expectata omnimoda evacuatione utriusque lineae masculinae ac foemininae admittitur iste transitus, foemina neglecta, quatenus JUXTA ANTIQUOS ET CONTINUATOS MORES suadeat ratio agnationis.* = Deinde illud perpetuo redit quod licet improprie quot capita, tot lineæ efficiantur in descendentia, proprie tamen de linea ad lineam transitus non fit, nisi plures ab initio STIPITES fundator designaverit. Auctoritatibus in restrictu allegatis adde decis. 1263 num. 7 cor. Lancetta, tom. 5 = ibi = *Quin masculi Juliae promereantur praelationem ex lineae prerogativa, in qua defecit ultimus masculus, et in qua ipsa reperitur*, QUIA CUM TESTATOR NULLAM FECERIT LINEÆ DIVISIONEM, SED UNICAM A SUO FRATRE CONSTITUTAM CONSIDERAVERIT, SEQUITUR UT OMNES EX EODEM FRA-

TRE DESCENDENTES IN EADEM LINEA CONTINEANTUR.

17 Ad transactionem quod attinet, tum Margaritam tum Ricciardios adversus clientem Ferdinandum concordes equidem admiror: uterque enim ait Clientem ex inita a majoribus atque a se probata concordia, juri suo nominandi nuncium misisse. De Margarita nil mirum: quippe nisi concordiam tueatur, nihil est quo defendi possit. Miror tamen de Ricciardiis; qui sibi apertissime contradicunt. Ut Margaritam arceant, merito contendunt juspatronatus cum universitate bonorum non alienari - *nisi ubi alias juspatronatus IPSIS BONIS majoratus ADNEXUM EST* (Alleg. Ricciardi § 37) idque confirmant auctoritate MOLINAE. Ut nos arceant, objiciunt per concordiam jus nominandi a nobis implicite abdicatum fuisse!! Universum absurdissimæ contentionis præsidium est in iis concordiæ verbis - *titoli, onori, prerogative, dignità* - quia jus honorificum est patronatus, ac nomine jurium continetur. Quod ut probent; verbuscula proferunt, auctore Devoti qui ait patronatum esse *jus honorificum*. Quid inde? proba, sodes, alienatione jurium, etiam jus patronatus contineri. Atqui contrarium in allegatione locupletissime demonstravimus. Si quid amplius adversarii requirant; adeant Pitonium de contr. patr. all. 100 num. 260 qui hæc habet - *Cum non viderim tenorem renunciationis, potest esse quod non fuerit renunciata hæreditas, sed cessa fuerint JURA competentia vel competitura, QUORUM APPELLATIONE NON TRANSIT JUSPATRONATUS, ut in decis. 266 num. 6. 7. part. 11. et decis. 10 num. 9 eadem part. 11* = et Rotam in decis. 63 num. 8 seq. coram De Veri - ibi - *Nec constat quod juspatronatus expresse translatum fuerit titulo dotis, quæ marito tradita est. Nam juspatronatus mixtum GENERALI JURIUM MENTIONE, quae in tabulis nuptialibus occurrit CEDI transferrique NON POTUIT etc. Quacumque igitur JURIUM expressio, QUAMVIS AMPLA ET GENERALIS quæ in contractu fiat nuptiali, NON COMPREHENDIT JUSPATRONATUS.*

18 De BELLICA re judicata, quam adversaria Cariatensis opponit, satis egimus in coaeva allegatione. Inde perperam illa ULTIMUM STATUM veluti sibi propitium venditat. Scilicet status ille litigiosus fuit, a sententia quæ evidenti NULLITATE laborat, originem duxit, atque ex FALSA CAUSA concordiæ, quam Christina allegavit *Summar. Friozzi num. 6 litt. E.* - successionem in patronatu postulans - *servata la forma dell' istromento DI TRANSAZIONE* - et quod - *tutti i titoli, dignità, ed onorificenza erano rimasti alla Principessa di Cariati* - *Somm. Friozzi n. 4 lit. B.*

19 Ut omnia in unum colligam, licet nobis impune sive Principis Cariatensis, sive familiæ Ricciardi hypothesim confingere. Admittis ne cum Cariatensi adversaria nos adhuc in PRIMOGENIALI successione versari? Inde concludas necesse est *masculum* dumtaxat adcenseri: in prima vocatione = *primogenitis filiis masculis* = ex conditione masculinitatis expressa; in secunda = *aliis filiis etc.* = ex conditione implicita, indole primogenituræ, studio agnationis et institutionis contextu. An cum Ricciardiis placet patronatum GENTILITIUM interpretari? Cliens erit præferendus sive foeminæ Cariatensi, sive masculis Ricciardiis qui ex foemina originem ducunt: ac demum omnibus præstat, quippe gradu proximior est fundatori.

Quare etc.

Salvator Martini Adv.
Aloysius Vannutelli

Sacra Congreg. Concilii

sive

R. P. D. QUAGLIA

SECRETARIO

MILETEN. JURISPATRONATUS

pro

Exmo D. Ferdinando Spinelli Duce
Seminariæ
et R. D. Petro Militano

contra

Exmam D. March. Margaritam Friozzi,
D. Julium Ricciardi, Equitem D. Antonium
Spinelli et litis.

Restrictus Responsionis

Pro Congregatione diei 28 Aprilis 1855

25 Apr. 1855 - Tip. Pallotta presso la piazza di S. Ignazio

MILETEN.

JURISPATRONATUS



Eminentissimi et Reverendissimi Patres

1 Praesens controversia proponebatur in Congregatione diei 3. Martii hujus anni, in qua dilationem postulantibus Adversariis rescriptum fuit « *dilata ad primam post Agnos* ». Cum per nos expleta jam fuerit illa die distributio Restrictus facti et juris cum Summario et schemate genealogico, et cum nil sit addendum hodierna die quoad excmam Clientem nostram, hinc benignitatem Vestram exoramus, *Emi Patres*, ut Restrictum ipsum cum adnexo Summario, et schemate velitis reassumere, meritissimum exinde proferentes rescriptum « *Sententiam Curiae Episcopalis Mileti esse confirmandam* », prout enixis precibus exposcimus.

Quare etc.

RAPHAEL BORGHI

S. Congregatione Concilii

R. P. D. QUAGLIA

SECRETARIO

MILETEN. JURISPATRONATUS

Pro

Excmā D. Margarita Spinelli Principissa Cariati

Contra

Excmos DD. Comitem Julium Ricciardi nomine etc., Ducem Ferdinandum Spinelli, Eq. Antonium Spinelli, et litis etc.

A

MEMORIALE REASSUMATUR

Pro Congregatione diei 28 *Aprilis* 1855.

Roma 1855 = Stabilimento Tipografico
Via del Corso N. 387.

